

Florentiae Superiorum Permissu. Ad Insigne Apollinis in Platea Magni Ducis 1745

ANTONII MARIAE
GRATIANI
A BVRGO S. SEPVLCRI
EPISCOPI AMERINI
DE SCRIPTIS INVITA MINERVA
AD ALOYSIVM FRATREM

LIBRI XX. NVNC PRIMVM EDITI

CVM ADNOTATIONIBVS

HIERONYMI LAGOMARSINI E SOC. JESV

Volumen II.



FLORENTIAE MDCCXLVI.

Ex Typographio ad Insigne Apollinis in Platea Magni Ducis.

HIERON. LAGOMARSINVS

E SOC. JESV

SCIPIONI MAFFEJO

S. D.

ANtonii Mariae Gratiani, ſanctiſſimi doctiſſimique Amerinorum Pontificis, alterum De Scriptis Invita Minerva volumen, mea opera diligentiaque e tenebris, in quibus ad hanc diem jacuerat, in lucem extractum, & aliquot meis adnotationibus illuſtratum, mitto ad Te, Scipio Maffei, rogoque, ut minerval hoc, Tibi a me maxime libenti

gratoque animo oblatum, excipias, & ne non modo munus ipſum, ſed ne muneris quidem ipſam appellationem nomenque adſperneris. Etſi enim numquam aut Tv ullum tuum doctrinae aperueris ludum aut ego celebrarim, profiteor tamen, Te mihi ad hoc tempus fuiſſe, &, ſi vita utrique noſtrum ſuppeditarit, in poſterum etiam fore doctorem. Quae tam varia atque praeclara a Te ſcripta tam multis voluminibus adhuc ſunt, legi ingenti cum ſtudiorum meorum utilitate omnia: legam porro, deinceps quae ſcripſeris, certe non minore. Non dabo hoc auribus tuis, quod dicam, ſed veritati. Scriptores tulit aetas haec noſtra doctiſſimos paene innumerabiles. Plura mihi videor ex tuis unius ſcriptis nova, quam ex omni caeterorum Scriptorum numero didiciſſe. Facultas ſimilia docendi par reliquis fortaſſe non defuit: parem voluntatem video defuiſſe. Itaque alii ea, quae disjecta antea atque diſperſa multifariam legebantur, collegerunt: alii, vincta quae erant numerorum certa lege, diſſolverunt, aut contra libera atque ſoluta vinxerunt: denique eaſdem plerumque res non eadem, qua priores, ſive lingua, ſive ſtili atque ordinis compoſitioniſque ratione tractarunt. Hujus atque ejuſmodi generis quam multa ſunt ſcripta? Certe plurima, atque haud ſcio an pleraque. Quid igitur? Num rem ipſam reprehendo? Immo vehementer probo. Num ſcriptores illos judicio meo ſententiaque condemno? Ego vero iis ſingularem & laudem tribuendam, & gratiam habendam exiſtimo, ſive quod hominibus

aut

aut discendi operam laboremque minuerunt; aut molestiam levarunt, aut spatia ac tempora contraxerunt, sive scribendi suâ quisque ratione atque instituto rem litterariam juvare, deque eruditis bene mereri voluerunt. Sed profecto, nisi novi aliquid, hoc est, nemini antea cogniti, aut certe numquam a quoquam proditi, scriptores adferant, si ea modo, quae aliunde cognosci, etsi majore aliquo cum labore aut molestia aut temporis jactura, possunt, sibi tradenda suis scriptis existiment, adjutores ego eos potius ad discendum, quam germanos verosque discentium doctores appellare consuevi. Te vere, Scipio, Te, inquam, dicere tua scripta legentium plane doctorem possum. Fuisti Tu quidem is certe mihi; cujus nullus est a me vel exiguus libellus perlectus, in quo non aliquid, atque adeo multa didicerim, quae, ab aliis scriptoribus sive ignorata sive occultata, nisi me Tu docuisses, unde discerem habere neutiquam potuissem. Est vero liber quidam Tuus, isque magnitudine prope inter caeteros praestans, in quem nova tam multa tamque praeclara congessisti, ut de illo quiddam magnificentius, quam quod de Thucydidis historia a M. Antonio illo vetere oratore proditum memoriae apud Ciceronem legimus, praedicari posse videatur. „ Thucydides, inquit lib. II. de orat. cap. 56. omnes dicendi artificio, mea sententia, facile vicit: Qui ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero consequatur. „ Tu vero in illa tua Veronensi, quam significari a me

pro-

profecto intelligis, historia, ita creber es rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero, harum autem ipsarum crebritatem rerum novarum frequentia consequaris. Novas autem non eas res dico, quas ut historicus narras, quae, quum abs TE ex veteri memoria monumentisque repetantur, novae esse non possunt, sed eas, quas acutissimo ingenio ex ipsarum rerum narratione elicis ac veluti extundis, de quibusque, acerrimo ac sagacissimo judicio adhibito, criticus certissimus sapientissimusque dijudicas. Quae quidem mirifica facultas aut in excogitando aut in dijudicando tua si una modo aliqua in arte aut scientia constitisset, tamen, quum tantopere excellat, sane admiranda esset, & ad plurimos in uno aliquo doctrinae certo genere erudiendos pertineret. Nunc vero, quum tam late pateat, ut una omnes propemodum sciendi partes pervagata sit atque complexa, multo esse admirabilior debet, atque eo gratior, quo pluribus in omni doctrinarum genere prodesse potest. Non poetis, non oratoribus, non historicis, non antiquitatis reliquaeque philologiae studiosis, non mathematicis, non philosophis, non theologis, in tuis scriptis, rerum antea aut ignotarum aut non satis exploratarum copia, discendique materies, & in sua cuique facultate multum proficiendi commoditas atque opportunitas deest. Ac Theologorum quidem gravis illa atque sanctissima natio, sive eorum, qui actiones moresque hominum praeceptis & consiliis suis moderantur ac regunt, sive eorum, qui in divinae naturae

ejus-

ejusque proprietatum perveſtigatione ac contemplatione verſantur, tantos Te proceſſus in utraque facultate efficere potuiſſe, hominem praeſertim aliis quibusdam diſſimilium ſtudiorum generibus deditum, maximeque cùm opera tum animo, aetatis fere omni tempore, diſtentum, magno ſane opere miratur; & cum Tibi de ſingulari iſta tua theologica ſcientia gratulatur, tum maximas utilitates univerſae theologiae atque omnibus theologis, aliquot tuis ſane doctiſſimis in vulgus editis commentariis, illo praeſertim de divinae gratiae doctrina, a priſcis Eccleſiae ſapientiſſimis patribus Graecis Latiniſque tradita, adlatas & conſtitutas putat. Id ita eſſe, equidem intelligere omnes, qui tua illa legerint, credo, ſed non omnes audere palam atque libere, quod intelligunt, confiteri. Ego & illis & reliquis libris tuis omnibus legendis didiciſſe me ac plurimum profeciſſe non modo confiteor, ſed prae me etiam fero; Tibique tantum eo nomine debeo, quantum doctori ſuo diſcipulum debere fas eſt. Non potes igitur officii mei gratique animi hoc munus, ac plane, ut ſupra dixi, minerval adſpernari. Quod ſi Gerardi Joannis Voſſii ſententiam in ſuo linguae Latinae etymologico ſequutus, Minerval non tam mercedem, veteri magiſtro debitam, eſſe ſtatueris, quam „ gratuitum „ munuſculum, quo aliquis ſe in diſciplinam tradens „ novo commendabat magiſtro: „ tum ego, de iis, quae etiamnum mihi ex reliquis libris tuis, quos exſpectamus, diſcenda reſtant, cogitans atque ſollici-

tus

tuâ, futuro doctori meo commendare me, mihique eum conciliare praesenti munusculo voluisse profitebor: ut Tu illud, sive veterem, mihi quam tradidisti, sive novam, quam traditurus es, doctrinam attenderis, repudiare, tamquam verum minerval atque legitimum, omnino non possis. Hujus autem ipsius, Tibi quam habere, de mea eruditione insigniter merito ac merituro, gratiam conor, idem Tu mihi commonstrator ac tamquam praeceptor exstitisti; qui meae Societatis hominibus, a quibus adolescentia olim tua, in Parmensi nobilium juvenum collegio, per quinquennium optimis disciplinis ac moribus instituta atque informata est, gratissimum Te semper studiosissimumque praebueris: ut incertum sit, plusne illi alumno Te laetentur ac se propemodum jactent, an Tu institutoribus illis tuis tribuas ac deferas. Ego quidem tam multis in rebus per Te doctus atque eruditus, Deum opt. max. enixe rogare non desinam, ut, quo diutius possim doctrina ista tua atque eruditione proficere, diutissime Te salvum atque incolumem praestet. Vale, Vir praestantissime, interque eos merito tuo praecipuo ac singulari numerande,

Qui Phoebo digna loquuti,
Inventas & qui vitam excoluere per artes,
Quique sui memores alios fecere merendo.

D. Florentiae Nonis April. an. a Chr. N. CIƆIƆCCXXXXVI.

ANTONII MARIAE

GRATIANI

A BVRGO SANCTI SEPVLCRI

DE SCRIPTIS INVITA MINERVA

AD ALOYSIVM FRATREM

LIBER XIII.

JAm pridem, frater, expectare te, ut, his omissis, aliquando tandem ad me ipsum veniam, atque huc properare animum tuum, taedereque morae, intelligo. Ego vero invitus sane ac retrectans facio; sed, quod semel recepi, exsolvendum utique est tibi: quando id, quicquid est, commentarioli domi clausum abditumque fore confido. Me parentes infantem re-
iquerunt, vix trimulum mater, biennio post pater. Ac ma-
er quidem, ut fere illa aetas & postremo edita pignora
hariora parentibus sunt, ita dilexit, ut, cum reliquos o-
nnes filios nutricibus alendos tradere consuevisset, me suo
dmoverit pectori, suoque lacte aluerit, & moriens primo
b osculis avelli, deinde a conspectu auferri passa non sit,
& ultimum spiritum edere in obtutu parvuli filii voluerit.
n tam infirma aetate, & omnis egenum opis, derelictum, cu-
us educaverit cura, equidem nescio, cum tutores, diripien-
is fortunarum nostrarum reliquiis, quam juvandis nobis, ma-

gis intenderint; & me ipsi quoque mox fratres neglectum, posthabitumque deseruerint, alius alio, quo cujusque sors tulit, profecti. Thaddaea soror, mulier diligens & suorum amans, suscepit, ac pari cum liberis suis studio habuit. Vbi adolescere & sapere aliquid caepi, etsi a re, a disciplina, a cura meorum inopem destitutumque esse me facile sensi, non tamen unquam abjeci animum. Sustentabar spe quadam, cujus nec causam noram, nec nosse poteram, sed aliquid semper adfore mihi confidebam, quo sublevarer; & praesentium ignarus incuriosusque futura meditabar opperiebarque. Jam adoleveram: & propinqui & amici, &, ut quisque conjunctus nobis, foras extrudebant, hortabanturque, ut ne, absentibus caeteris fratribus, solus domi desiderem; &, quo alacrius facerem, etiam indolem laudabant. Eodem sua sponte animus ferebatur; & me, cum domesticae difficultatis, tum ipsius jam patriae(1) taedere videbatur. Cupiebam abire, nec tamen, potissimum quo proficiscerer, nec ipsa profectio quo spectaret, sciebam. A te, frater, qui tum Romae eras, ut ad te venire me patereris, petii. Memini, te negasse mihi, & spem meam distulisse. Sed tu interea per amicos egeras, ut in domum Ascanii Cardinalis Sanctae Florae, atque in numerum adolescentium ingenuorum, quibus mos domestica munia, etiam servilia, Principibus praestare, reciperer. Nam & Claudius, ut diximus (2, Sfortiae, Sanctae Florae Comiti, Cardinalis hujus fratri, operam navabat. Tum me ultro Romam accersivisti. Cum venissem anno MDLIII. Julio III. Pontifice Max. & tua sponte, & consilio amicorum adductus sententiam mutasti. Illi enim perditum iri me ajebant, si non exculto prius aliqua liberali facultate ingenio, quod habile satis bonumque sive videbatur eis, sive, ut mihi animum facerent, praedicabant, in anceps ac saevum Aulae servitium, id aetatis, dederer. Egisti igitur tu mecum, ut in praesentia, omissa cogitatione Aulae, animum ad perdiscendas litteras appellerem. Ego, cum vix prima grammaticae rudimenta attigissem, annumque jam decimumseptimum agerem, & mihi ipsi adultior juvenisque viderer, recusabam; & ad

pue-

1 Scripserat Librarius *ipsa jam patria*. Priorem vocem Gratianus sua manu mutavit in *ipsius*, posteriorem nescio quo casu non attigit, mihi emendandam relinquens.

2 Libro IV. pag. 132. „ Primus „ omnium Claudius vita excessit Turchiarae in oppido Parmensis agri, „ cum juvenis belli studiis deditus „ Sfortiae, Sanctae Florae Comiti, „ claro ejus tempestatis duci, cujus „ a poculis erat, operam navaret, vix „ dum alterum & vigesimum annum „ transgressus, egregia corporis specie „ & pari animi indole. „

ueriles exercitationes revolvi non durum ſolum moleſtumue erat mihi, ſed etiam mei ipſius me magnopere pudeat. Verum, contendente te, in auctoritate tua fui. Eſt in oro Julii atque in finibus Carnorum haud ignobile oppidum, cui a Fano Danielis eſt nomen, edito ſitum in colle, qui leni clivo aſcenditur, impoſitum viae, qua in Germaniam per Carinthiam itur, ameno & maxime ſalubri coelo. Hic adoleſcentes docebat Jo. Petrus Abſtemius, vir culto ingenio & erudito, & eo diligentior, quod praefinierat diſcipulorum numerum, nec ſupra triginta admittebat. Omnes domi ſuae juſta mercede alebat inſtituebatque, victu ſobrio, arcta & ſevera diſciplina: & erant totius gentis nobiliſſimi, Savorniani, Turrii, Porcilii, Valvaſonii, Coloreti, Sbroliavaci, & praeterea Veneti aliquot, patricii generis, Juſtiniani, Mauroceni, Grimani, Contareni, Garzonii, Balbi (1). Auctore Joanne Carga, homine docto ac tum in Romana Aula in primis gratioſo, quocum tibi omnia amicitiae ac familiaritatis jura intercedebant, qui inde erat, & ex eadem diſciplina prodierat, eo miſſus ſum. Abſtemius inſtitutionem ſuam ex tam longinquo peti, & ab uſque Roma millia paſſuum quadringenta, erudiendi 2) gratia, ad ſe veniri, magno ſibi honori atque gloriae ducens, laetanter me amanterque accepit; & non ſtudioſe ſolum, ſed etiam ambitioſe docere atque inſtituere eſt aggreſſus. Aeque utilis mihi & ambitio illius, & pudor meus fuit. Itaque adeo pertinaci labore incubui atque inſtiti rei, ut, & Abſtemii & mea opinione celerius, e Grammaticorum ſalebris evaſerim, meque ad Ciceronem & ad caeteros Latinae linguae parentes contulerim. Cum, quantum ex Abſtemio poterat, hauſtum a me videretur, ex foro Julii, auctore te, Patavium tranſii: ubi apud Nicolaum Gratianum Vtinenſem, in Patavina ſchola jus civile celebri fama docentem, habitavi; virum doctrinae quidem minime vulgaris, ſed probitatis atque innocentiae plane eximiae, & ab eo, vel ob id, quod pari cognomine utebamur, praecipua benevolentia ſum habitus: cum alii item aliquot nobiles juvenes, doctoris diligentiam atque ſtudium ſecuti, contubernio ejus, quod mos civitatis fert, uterentur. Anno demum MDLX. Romam re-

1 Eſt etiam Genuae Balborum familia longe nobiliſſima, ab Veneta illa, ut multi auctores ſunt, propagata.

2 *Vt erudiretur*, non *ut erudiret*. Rarum, &, ut arbitror, ſolius Juſtini lib. 17. „ Athenas quoque, erudiendi gratia, miſſus. „

dii, cum tres & viginti essem natus. Tu quidem aberas, frater, & eo maxime tempore orientis regna obibas. Sed praeparaveras mihi, in cujus fidem clientelamque concederem; meque multo ante Jo. Francisco Commendono Cardinali, qui tum erat Episcopus(1), tradideras, viro secundissimae in urbe famae, et sane maximis animi atque ingenii ornamentis, & ad maximas res agendas explicandasque nato; qui tum magno atque stabili gressu ad summos honores contendebat. Atque hoc illud fuit, frater, quod mihi, inde a pueritia, tacita spe, adfuturum, ut dixi, praesagiebat animus. Nam brevi me Commendonus tanta est charitate complexus, tanta ego illum fide, tanta pietate amare & colere caepi, ut revixisse mihi in eo patrem existimarem, & ipse pari animo me, haud secus quam filium, & dilexerit semper & tractaverit. Vixi quinque & viginti cum eo annos, usque ad illius obitum(2), eo jure, ea auctoritate, eo totius familiae erga me obsequio, honore, studio, ut si ego unicus filius, ac si illa paterna mihi domus esset. Per me unum ad gratiam ejus aditus: ipsae sorores ejus, ipsi sororis filii me adibant, me uno, si quid ab eo cupivissent (3), interprete, me uno, si qua re offendissent, deprecatore utebantur. Neque haec a me per ambitionem (nam ille, secundum fidem, nihil aeque in suis ac modestiam pudoremque probavit exegitque) sed illius stabili & constanti decreto ita fiebant, non solum tot annorum spatio nunquam immutata atque imminuta, sed flagrantiori semper voluntate. At quanta illi cura morum meorum, ut ad religionem, ad probitatem, ad humanitatem informarentur excolerenturque! Quanto studio mea studia non juvit modo, sed etiam rexit! Ipse mihi selectos Platonis libros, ipse Aristotelis Rhetoricam, Ethicam, Politicam est interpretatus; ipse ingenium meum, fervore juventae diffluens, & dulcedine Latinorum carminum, quibus factitandis plus aequo indulgebam, per inania aberrans, coercuit, ad graviora atque solidiora studia revocavit direxitque. Suis inde testimoniis, quibus plurimum fidei tribuebatur, plurimum auctoritatis inerat, sua commendatione assidue provexit, magnam no-

Jo. Franciscus Commendonus.

Magna apud Commendonum gratia.

Ab eo institutus & eruditus.

1 A Paulo IV. Pontifice Max. an. 1555. Episcopus Zacynthiorum fuerat creatus Commendonus: in Cardinalium collegium a Pio IV. Pont. M. anno deinde 1565. die duodecima mens. Mar. adlectus.

2 Obiit Commendonus Patavii die 25. Decembr. an. Chr. N. 1584. aetatis suae 60.

3 Autographum manifesto errore praefert *capivissent*.

nostri, etiam apud summos viros, opinionem fecit. Rerum suarum omnium, omnium cogitationum, omnium consiliorum participem semper habuit. Nihil tam grande, nihil tam arcanum fuit, sive publicum sive privatum, quod me celatum voluerit. Intimum pectus ejus, intimus animus notus mihi apertusque, perinde ac meus, erat. His ego captus, atque talem parentem, talem virum nactus, quid mirum, frater, si in eo omnia mihi esse statui, si me illi ita addixi, ut oblitus patriae (1), oblitus meorum, oblitus mei ipsius viderer, & nihil, nisi illum unum, cogitarem, unum ferrem, unius commodis, unius amplitudini servirem? ut tu, frater, interdum mecum expostulares, quod animum ab aliis omnibus ita avertissem, ut me nulla domus, nulla (2) meorum, nulla tui ipsius cura jam tangeret; qui, duobus & quadraginta annis, patriam ipsam non reviserim, nec, nisi senex, demum red-

1 Patriam, vivente Commendono, non revisit Gratianus, immo non nisi anno 1595. primum, deinde anno 1598. ad eam adiit. Utriusque rei autographas ipsius litteras habeo, unas ad Angelum *del Bufalo*, Ameria die 22. Julii an. 1595. Florentiam datas, in quibus: „ La lettica, *inquit*, ritorna alquanto tardi, per essermi fermato quattro giorni nel Borgo S. Sepolcro, et per haver voluto, che si riposi due anche qui. Io prego VS. a far in mio nome humilissima riverenza a S. Altezza (*Ferdinando M. Etr. Duci III*) & renderle infinite gratie del favore, che s' è degnata farmi &c. „ alteras ad Cardinalem Aldobrandinum die 19. Decembr. an. 1598. Romam datas: „ Diedi, *inquit*, avviso di me a V. S. Illustriss. da Bologna a li 8. di dove passai a Fiorenza, & di là me ne sono venuto al Borgo di S. Sepolcro, per diverse occorrenze di casa mia &c. „ Burgi autem ne totos quidem triginta dies tum constitisse eum, ex litteris, ad Episcopum Civitatis Novae die 30 Jan. an. 1599. Ameria datis, intelligimus. „ Dopo due mesi dalla partita mia di Venetia, mi son condotto in Amelia, trattenuto in diversi lochi dal mal tempo, che ostinatissimamente ha voluto accompagnarmi fin quà, & anco da varie occupationi domestiche, le quali mi han ritenuto *quasi un mese* al Borgo S. Sepolcro. &c. „ Quae omnia pugnare videntur cum iis, quae in Summario libri I. quod in Operis praefatione retulimus, leguntur, & quidem Gratiani ipsius, non Caroli aut librarii, manu perscripta: „ Scrisse dell' origine del Borgo, *ancora che egli non vi stesse mai*. „ Atqui ad septimumdecimum aetatis annum Burgi commoratum esse eum constat. Sed ejus commorationis ratio in Summario non habetur, et perinde, ac nulla, ducitur propterea, quod illa aetas ad cognoscendam instruendamque patriae historiam minime idonea fuerat. Dicamus igitur, ob similem causam, ne illius quidem paucorum dierum, annis 1595. et 1598. in patria commorationis, habitam a Gratiano fuisse rationem, quum scripsit, se Burgi *numquam* esse commoratum. Verum ego, quod quidem ad Burgense anni 1599 iter pertinet, alia etiam ratione expediri rem posse censeo, si nempe statuamus (id quod mihi verisimile ac prope exploratum est) non modo opus hoc *de scripsit invita Minerva*, sed operis etiam Summaria illa ab eo Venetiis, antequam se Burgum, mense Decembri ejusdem anni, conferret, fuisse perfecta.

2 Pro *ulla* autographi edidi *nulla*.

redierim (1), unde adolescens discesseram. Caeterum, ut eo redeamus, unde paulum digressi sumus, anno MDLX. quo ego Romam redii, atque Commendoni domum intravi, longum illi iter, ac perdifficilis provincia mandata est. Evectus paulo ante ad Pontificatum Maximum fuerat Jo. Angelus Medices, Mediolanensis, quem Pium (2) quartum dixere. Is, postulantibus regibus, & maxime Ferdinando (3) Caesare, ut Concilium Christianae Reip. haberetur, quo novis quotidie orientibus sectis, quibus divinarum rerum fides solvi videbatur, & licentia atque impunitas Haereticorum, pravissimis opinionibus cuncta opplentium, aliquando tandem reprimeretur, collapsa morum disciplina, salutaribus legibus, ad pristinum Christianae pietatis splendorem, quoad ejus fieri posset, restitueretur, caeptum jam ante a Paulo III. Concilium, sed varie intermissum, ingenti animo revocavit Tridentum; & Commendonum ad Ferdinandum ipsum ea de re misit (4), jussum, si ita Ferdinando videretur, singulos adire

Concilium Tridentinum.

Pro Concilio ad Caesarem, et Germaniae Principes Commendonus mittitur.

re

1 Agit hic de primo illo in patriam reditu, quem in mensem quintilem anni 1595. incidisse proxime ostendimus Et ratio quidem pulcre constat. Ait enim, *duobus & quadraginta annis* sese a patria, postquam inde discesserat, afuisse. Discessisse autem se anno 1553 supra declaravit. Si igitur post duos et quadraginta annos rediit, profecto ipso anno 1595. rediit. De altero vero reditu, qui in mensem decembrem anni 1508 incidit, quod non meminerit, argumento est, hoc opus (id quod veri simile ac prope exploratum nobis esse modo dicebamus) Venetiis ab auctore, antequam se Burgum eo anno exeunte referret, fuisse perfectum.

2 Pius IIII. Pontificatum gessit ab an. 1559 ad an. 1565

3 Ferdinandus I. Austriacus imperavit ab an 1558. ad an. 1563

4 Mittendi causas reique gerendae rationem hae Commendono traditae, antequam Roma proficisceretur, litterae continebant „ Quod unum in hac „ tota causa & ratione Concilii S D. „ N. maxime vult, & D. Nuntio in hac „ ejus ad Caesarem & inferioris Ger„ maniae Principes profectione mandat, „ est, ut ejus paternam & sinceram „ in Christo Jesu D. N erga eos vo„ luntatem, & summum pacis ac „ religionis studium plane ostendat : ni„ hil non in Sanctitate S esse lenitatis, „ indulgentiae, charitatis plenum : ne„ minem infirmari, quin ille infirme„ tur, neminem scandalizari, quin „ ille uratur : summopere vero in his „ dissentionibus & in hac perturba„ tione Ecclesiae laborare, ut unum „ simus in Domino, & nemo pereat „ ex his, quos dedit illi Deus et Do„ minus Noster Jesus Christus, pro „ quorum salute libenter etiam vitam „ poneret ; veritatem facientes in cha„ ritate crescamus in illo per omnia, „ qui est caput Christus, ex quo to„ tum corpus compactum et conne„ xum per omnem juncturam sub„ ministrationis : cujus quidem rei „ bene gerendae mirifica nunc oppor„ tunitas dari videtur, armis positis, „ & religiosissimo Caesare, Regibus „ ac Principibus Christianis ad haec „ tollenda religionis dissidia quam op„ time animatis : suum igitur affli„ ctae Ecclesiae adhibendum esse re„ medium, oecumenicum Concilium, „ quo aegrota Reip membra sanentur, „ valentia conserventur : eos quidem, „ qui Concilii judicium recusent,

„ ni-

re Principes (1) Regulosque Germaniae, atque eos excire atque in-

,, nihil certi, nihil constituti in Ec-
,, clesia relinquere, turbare omnia:
,, ipsos Apostolos, Concilii auctori-
,, tatem securos: facta enim seditio-
,, ne non minima, ascenderunt Pau-
,, lus et Barnabas et quidam alii
,, ex aliis ad Apostolos et Presby-
,, teros in Jerusalem super hac quae-
,, stione &c. Quamobrem D. Nun-
,, tius illos omnes S. D N. verbis ro-
,, gabit, ut Principes, monebit, ut
,, filios, obtestabitur, ut Christi oves,
,, ut, quemadmodum Sanctitas S. sum-
,, ma charitate in omnes homines,
,, praesertim in Germanos, Concilium
,, convocare statuit, sic ipsi, pari pie-
,, tate, ad ipsum Concilium conveni-
,, ant; in quo decrevit veterem disci-
,, plinam restituere, licentiam coerce-
,, re, scandala de medio tollere, dog-
,, matum, si qua minus intellecta
,, sunt, explicationem a Spiritu san-
,, cto petere, qui semper legitimi
,, Concilii deliberationibus & actioni-
,, bus non modo adest, sed etiam
,, praeest, suoque numine & auctori-
,, tate decreta et acta sancit. Haec
,, omnia omnibus Quae reliqua sunt,
,, S. Sanctitas vehementer cuperet i-
,, tem omnibus esse communia. Pa-
,, ter enim omnium est. Verum, ob
,, ea, quae inimicus homo supersemi-
,, navit, zizania, factasque dissensio-
,, nes, prohiberi se summopere do-
,, let, quo minus omnium Germaniae
,, Principum pietatem, fidem et con-
,, stantiam probet, hasque veteres in-
,, clytae nationis Germanicae propriasi-
,, que virtutes Domino Deo Nostro,
,, cujus Vicarius est, acceptabile sacri-
,, ficium offerat. Igitur D Nuntius,
,, religiosissimum, Caesarem & Catholi-
,, cos Principes SS. D N benedictione
,, et salute primum impertiens, com-
,, mendabit eorum omnium studium et
,, egregiam Deo navatam operam; hor-
,, tabitur, ut pergant in dies magis de
,, Ecclesia bene mereri, et in com-
,, muni fratrum salute suam quaerere
,, non desistant; oecumenico Concilio,
,, more majorum, habendo faveant, Ec-
,, clesiastici ordinis viri, Archiepisco-
,, pi, Episcopi & reliqui, ipsi acce-
,, dant; Laici Principes oratores mit-
,, tant; suas quisque partes tueatur:
,, nihil Deo gratius, nihil Ecclesiae
,, magis salutare, nihil illis ipsis ad
,, regna et ditiones suas stabiliendas
,, & conservandas, nihil ad divina &
,, aeterna praemia obtinenda opportu-
,, nius commodiusve esse posse De-
,, inde vero caeteros, qui se Prote-
,, stantes appellant, ex animo D.
,, Nuntius obsecrabit, ut offensiones
,, deponant, ne circumferantur omni
,, vento doctrinae in nequitia homi-
,, num, in astutiis ad circumventionem
,, erroris, ne plus apud eos valeat,
,, quod Sathanae ministrorum artificiis
,, inculcatum est, quam officium &
,, pietas, & ab Apostolis ad haec us-
,, que tempora divinitus continuata
,, religio: Pium & nomine et re esse
,, Pontificem, qui se ex hominibus
,, assumptum, pro hominibus consti-
,, tutum novit, in his quae sunt &c.,,

s Ad eos, Pontificis Max voluntatem atque conatus adjovans, litteras hoc ipso tempore Roma dedit praestantissimus ille S R E Cardinalis Otho Truches Augustanus: quas ab eloquentissimo viro Julio Pogiano (quo ille a secretis utebatur) singulari elegantia atque incredibili Catholicae religionis studio scriptas, nec ante hoc tempus vulgatas, proferendas hoc loco existimavi:

,, Germaniae Sacrique Imperii
,, Principibus.

,, Adductus sum charitate patriae,
,, amore gentis ac nationis nostrae,
,, studio laudis et gloriae vestrae,
,, praestantissimi viri, ac Romani
,, Imperii Principes, ut hac sacri
,, opportunitate Concilii vos cohorta-
,, rer, et summis precibus orarem,
,, ut tantam divinae erga vos beni-
,, gnitatis facultatem arripiatis Ne-
,, que vero sum veritus, ne, cum
,, summi viri multò uberius et orna-
,, tius,

Invitare ad Concilium, aut, quid spei esset revocandi ad sa-

„ tius, quam a me effici possit, eandem causam egerint, meum propterea officium aut ineptum aut supervacaneum vobis esse videatur. Nam, ut reliqua concedam reliquis, studio et cura tum salutis et incolumitatis Germanorum populorum, tum existimationis ac dignitatis vestrae, neminem mihi, vel vobis judicibus, anteponendum puto. Cupio enim quam qui maximè provinciam nostram, sublatis odiis atque dissidiis domesticis et intestinis, vobis ad eam laudem conspirantibus et consentientibus, aliquando pacem et concordiam habere. Cujus equidem rei ea cupiditate teneor, ut si eam morte mea repraesentari posse intelligerem; non solum aequo, sed etiam libenti animo cederem e vita. Nunc video, beneficentissimum Deum, misertum malorum et miseriarum nostrarum, communem omnium nostrum salutem miti ac misericordi oculo respexisse, qui eam sui numinis Vicario mentem dederit, ut ad sanandas et confirmandas aegras ac labantes Reipublicae partes totus incumbat. Qua enim is charitate, qua pietate Germanos homines complexus est? quod studium, quam benevolentiam in vos, Germaniae Principes, declaravit? Eam, quae pastore Christiani gregis, quae ministro divinae clementiae, quae parente Ecclesiae digna est. Non enim is, ut vir sanctissimus dixit, prae se tulit virgae severitatem, sed spiritum benignitatis et lenitatis. Meminit, se ejus esse et discipulum et Vicarium, qui genus humanum non tonans aut fulminans, sed vagiens in praesepe, et tacens in Cruce servavit. Didicit ab eo, cujus vicem tenet in terris, mansuetudinem et cordis humilitatem. Itaque praebet se charitate patrem, doctrina magistrum, institutis pontificem: et usque eo effertur studio restituendae salutis deviis etiam et contumacibus filiis, ut summum illud secum a Deo communicatum totius Christianae Reipublicae judicium, si quid in vita et moribus jure apud quemquam offendat, justo aliorum judicio subjiciat. Vult enim, quantum in se fuerit, ut unde Catholicae religionis ac fidei praecepta petenda sunt, inde etiam omnibus recte vivendi exempla suppeditent. Hunc animum et voluntatem erga vos Pii IIII. Pontificis Max. non solum ex publicis et privatis ejus ad vos literis, sed etiam ex sermone duorum Episcoporum, qui literas attulerunt et mandata, perspectam et cognitam habetis. Quamobrem a vobis, ornatissimi Principes, vehementer peto atque contendo, per fortunas, per liberos vestros, quorum incolumitas, religionis incolumitate et integritate continetur, per nobilitatem & gloriam parentum majorumque vestrorum, quam illi non magis rerum gestarum amplitudine, quam praestantia Catholicae fidei consecuti sunt, ut Pontificis Max. patrium erga vos animum & summam Dei gratiam, vobis hoc tempore benigne delatam, grate pieque amplecti velitis. Recordamini, vos eorum Principum ac Ducum nepotes esse, qui, illorum eximiae virtuti, et pari in Sanctam Romanam Ecclesiam pietati datum a Pontifice Max. summum Imperium, & Imperatoris creandi jus obtinetis: ut simul & hujus Sacrosanctae Sedis erga vos beneficii memores, & majorum vestrorum imitatores esse debeatis. Mementote, nullam unquam fuisse gentem aut nationem, quae se aut facilius ad Christi fidem & animo concipiendam & oratione profitendam, totam converterit, aut libentius opes & vitam ad eam tuendam defendendamque contulerit. Praeclarum hoc studium nostrorum hominum admirabilisque constantia ce-

„ le-

sanitatem eorum mentes, exploraret. Nam praeter caeteros, Germani eo laborare morbo (1) videbantur. (2) Duxit me secum

,, lebratur omnium scriptis & linguis. Quam consuetudinem, a parentibus traditam, si filii posterique eorum perpetuo retinuissent, praeclarius, ut levissimè dicam, nobiscum ageretur. Sed, quoniam vix cujusquam adeo fidei armis munitus ac septus animus est, ut non acerrimi illius hominum hostis fraudibus capiatur, fuerit communae fragilitatis humanae cecidisse, modo proprium sit Christianae & adeo Germanicae virtutis exurgere, praesertim patriam dexteram, coelesti robore firmatam, porrigente vobis Pio Pontifice Max. Facessant aliquando perditi bomines, qui, sexcentis inter se repugnantibus haeresibus inductis, unam & veram Christi fidem ejecerunt, qui tam multos omnis aetatis ac generis praecipites agentes à gremio sanctissimae parentis Ecclesiae fallacibus rationibus abduxerunt; qui impudentissimis freti mendaciis simplicium hominum ingeniis ad libidinem & ad quaestum abutuntur, qui tot & tanta quotidie crimina confingunt, de moribus, de religione, de alieno a vobis animo Pontificis Maximi & Romanorum Sacerdotum, quot & quanta mentita falsaque esse vos ipsi intelligetis. Quod si non pax, non tranquillitas nobilissimae provinciae, non dignitas, non denique salus ageretur; non ne hominis, non principis, non Christiani officium est, nolle diutius in errore versari? nolle velificari cupiditati ac licentiae perditorum? nolle a quoquam orbari ratione & sensibus? postremo velle per se verum exquirere? velle rem propius inspicere? Idcirco enim, pie sancteque institutis & actis rebus omnibus, quibus Dei gratiam nobis conciliare possemus, indictum est a Pontifice Max. publicum Christianae Ecclesiae Concilium, datus etiam ab omni suspicione liber ac tutus Concilio locus: convocati praeterea & invitati omnes; nemini denique cuivis sit non permissa quaerendi, percontandi, disputandi ac refellendi facultas: ut, qui vel sacro Concilio interesse noluerit, cujus modo praesentia requiritur, vel ejus cognitionem judiciumque recusarit, eum facile appareat ruere ad exitium voluntarium. Itaque vos quaeso & obtestor, clarissimi Principes, prosequimini gratissimis & animis & opibus institutam a Pontifice Max. sacri Concilii rationem, adjuvate rem Christianae Reipublicae, imprimis vero Germaniae nostrae, salutarem. Nam aequitati ac sapientiae vestrae haec palma divinitus reservata est, ut florentissimam provinciam tam diu multis locis infectam pravis opinionibus, nunc expiatam, parenti Ecclesiae reconcilietis. Cujus restitutio non minori vobis gloriae futura est, quoàm illis ipsis ea ratio fuerit, qui primi Germaniam ad Apostolicae Sedis cultum atque observantiam deduxerunt. Quod cum a Deo precor assidue, tum sic opto, ut illum in omni vita jucundissimum visurus sim diem, quo die divini ad me nuncii fama perveniet. A vobis vero etiam atque etiam peto, ut has literas, quas a me, quemadmodum dixi, patriae charitas, amor gentis ac nationis nostrae, studium denique vestrae laudis elicuit, in optimam partem accipiatis. ,,

2 Describere hoc loco non gravabor Anonymi libellum, inter Gratiani collectanea a me repertum, Sixto V. Pontifici Max. oblatum: in quo diuturnus [nempe jam inde a Constantiensis Concilii tempore, quod anno 1414. inchoatum, anno 1418. absolutum est] ac maxime luctuosus Germaniae ac potissimum Bohemiae morbus ab homine, qui, ejusdem Sixti mandato, regiones illas obierat, multis verbis exponitur.

,, Essendo io in questo mio viaggio, ,, che

Commendonus, scribendisque maxime epistolis admovit, eo qui-

„ che ho fatto per ordine de la S. V. „ stato in Bohemia, et havendo non „ solamente udito da persone d' esperienza, & degne di fede, ma anco „ veduto con gli occhi proprii molte „ cose, che appartengono a la santa „ Fede Catholica, si in difenderla da „ la furia de li Heretici Piccardi et „ Hussiti, come anco per conservarla et promoverla: mi e parso obligo mio darne raguaglio a la S. V. „ tanto più, che 'l Nuntio de la S. „ V. et li principali Baroni Catholici di quel Regno, come Guglielmo Vrsino, Signore di Rosembergh, „ Vicerè perpetuo del Regno, Giorgio Pople, prefetto del regno, Giorgio de Martinis, supremo Giudice „ del Regno, Giorgio Pople il giovine, Presidente de l'appellationi, „ Vincislao Rerca, Primo Assessore „ del giudicio, et D. Giovanni di „ Perneftan, Assessore simile, mi hanno commesso, che in lor nome raguagliassi et supplicassi la S. V. de „ le cose di là. Il che fò volentieri „ per servitio di Dio et de la S. V. „ vigilantissima à soccorrere i suoi „ greggi.

„ Et prima dirò tre cose. Lo stato „ de la Religione. Secondo li abusi „ et inconvenienti, che si ritrovano „ fra gli stessi Catholici et principalmente ne gli Ecclesiastici. Terzo li „ rimedii, che si potriano a ciò dare.

„ Quanto al primo; vi è nel Regno di Bohemia l' Heresia de li „ Hussiti, la quale in quel Regno è „ invecchiata sin dal tempo del Concilio Constantiense, che si celebrò „ cento settant' anni sono: de la quale „ Heresia in modo tale è stato infetto il Regno, che vi erano restati „ pochissimi Catholici: anzi quando „ si corona il Rè è forzato di giurare di non molestare nè gli Hussiti „ nè i Catholici, per statuti particulari di quel Regno. E' ben vero, che „ per gratia di Dio, se bene il populo hà abbracciato tale Heresia „ nondimeno alcuni principali Signori „ et alcuni de' primi Officiali del Regno sono sviscerati Catholici, i „ quali dal canto loro fariano ogni „ sforzo, perchè fusse del tutto restituita la fede Catholica: il che saria „ molto facile, quando con l' appoggio di simili personaggi si usassero „ le diligenze, che appresso dirò. Già „ che questi Hussiti, se ben sono Heretici, nondimeno non differiscono in „ molti articoli con la Chiesa Catholica, et gli stessi Sacerdoti Hussiti „ hanno domandato al Nuntio de la „ S. V. che li voglia aiutare circa „ la riforma del loro Concistorio (come essi chiamano) perchè sono apparecchiati à riconciliarsi con la „ Chiesa, et à vivere sotto l' obbedienza de la S. V. et quantunche „ alcuni di quei Signori Catholici non „ li diano totalmente credito, perchè „ dubitano, che non procedano con „ sincerità d' animo, pur se cominciassero à ripigliare et mettere in „ uso i riti et cerimonie catholiche, „ et dessero altri segni di vera riconciliatione con la Chiesa, si potria „ sperare reduttione di molto populo.

„ Oltra de gli Hussiti è intrata in questo Regno in alcuni la scelerata Heresia di Piccardi, i quali troppo licentiosamente cominciano à crescere in quel „ Regno; et perciò con ogni diligenza si devria quanto prima rimediare: altrimente presto saranno tanto „ potenti, che scacceranno non solo „ i Catholici, ma anco gli Hussiti, „ facili à ridursi à l' obbedienza de „ la Chiesa. Et per estirpar questa „ Heresia potrà più facilmente aiutare l' Imperatore, come Rè di Bohemia, per esser cosa nuovamente „ intrata in quel Regno: et essendo „ che gli Hussiti temono d' essere oppressi da li Piccardi, perciò aiuteriano à scacciarli del Regno. Anzi „ alcuni suspicano, che per la tema, „ che hanno di detti Piccardi, ricorrono à l' aiuto de' Catholici, et „ mo-

quidem decreto, ut, quam diu vixit, nunquam postea illo

B 2 me

„ mostrane di volersi unire con loro. Et la ragione di tale suspitione è, perchè quando gli Hussiti havevano da la lor parte alcune persone nobili et principali, non spingevano gagliardamente il negotio di tale unione, la quale si è desiderata da molto tempo in quel Regno.

„ In oltre, è uscito in luce un libro in quel Regno, pieno di molte Heresie: nel quale si contengono molte cose contra li Catholici: et vitupera tutte le cerimonie, riti et Sacramenti: et questo libro, per vendersi troppo publicamente, è per apportare molta rovina à le anime, et particolarmente de la gioventù. Et la causa del non essersi rimediato col prohibire detto libro, tanto pestifero, l'attribuiscono à l'Ordinario del luogo; il quale, havendo havuto autorità da l'Imperatore passato et dal moderno sopra gli stampatori, è stato negligente in non darne avviso à l'Imperatore et à li altri Signori di tal libro: dovendo almeno con la potestà, che haveva, trattenere lo stampatore insino à la risolutione de l'Imperatore et de li Signori. Il che à lui saria stato facilissimo. Et questo a me lo disse il Signor di Rosembergh, che è Vicerè perpetuo di quel Regno

„ Quanto al secondo de li abusi, che sono tra' Catholici, et specialmente li Ecclesiastici, saprà la Santità V. che il maggiore inconveniente, che sia in quel Regno, è l'ignoranza et pessima vita di Parrochiani, et d'alcuni frati Catholici, se pur si possono chiamar Catholici. Il che si prova per le seguenti cose. Prima. molti, non sapendo la differenza tra il culto Catholico & Heretico, li essortano à le volte à quello, da che li doveriano rimovere. Verbi gratia: A le volte non solo lodano la Communione sub utraque specie, ma costringono molti, che vadano à quella: & in ciò l'Ordinario non ha fatto provisione alcuna. Secondo, che alcuni Preti Catholici ne l'istessa maniera, che li Hussiti, ministrano à molti il Santissimo Sacramento de l'Eucharistia, solamente con il dir prima il *Confiteor* senz'altra confessione. Terzo, che non ascoltano le confessioni ad uno ad uno, ma à 12. 15. & 20. per volta, non facendo conto de la Confessione auriculare. Quarto, che ne le cerimonie, & canto vulgare ne la Messa & altri divini officii, si conformano a li Hussiti. Quinto, che alcuni, essendo ignoranti & del Breviario & del Missale, non attendono a dire l'officio: & ne la Messa, per usare ciaschedduno i proprii gesti & riti, non celebrano con quella divotione & maestà, che conviene. Sesto, che servendosi di libri heretici indifferentemente, come di Catholici, con quelli insegnano & predicano. Settimo, che questi Sacerdoti tra 15. 16 & alcune volte più anni, mai non si confessano. Ottavo, non sanno la forma de l'assolutione, nè de li altri Sacramenti, come con isperienza riferiscono haver toccato con mano la pia me. del Vescovo Vercellense. Nono, non solo molti sono manifestamente concubinarii, ma publicamente hanno preso moglie, & quel ch'è peggio, professando d'esser Catholici, sono stati congiunti in matrimonio da Preti Catholici. Decimo, ne' Monasterii de' maschi entrano donne, & similmente ne li Monasterii di donne entrano li homini. Undecimo, sono dati à le imbriachezze, à li giochi, & attioni più che secolaresche. Quindi è, che le persone Ecclesiastiche, per esser così ignoranti et scandalose, sono venute in gran dispregio appresso i Laici: et quindi anco è nata la penuria et caristia di Sacerdoti: perchè a pena si

„ ri-

me munere removerit. Profecti (3) per dispositos equos circiter Cal.

„ ritrova persona, che voglia abbracciare lo stato Ecclesiastico. Et se alcuno idoneo lo volesse abbracciare, non vien favorito, nè promosso da essi.

„ Vn altro inconveniente vi è, che per caristia di Preti & Frati boni, che insegnino la vita Christiana et i primi elementi de le lettere, gli stessi Catholici con gran dissimo lor dolore sono forzati a mandare i lor figliuoli à le schuole de gli Heretici, con manifesto pericolo, che non siano ingannati da gli Maestri et altri scholari heretici, et specialmente da li Piccardi.

„ Di più vi è un altro inconveniente, et è, che l' Arcivescovo di Praga bisogneria levarlo in ogni modo di là, essendo che, per dirla come si sente, molti di quelli Catholici dal suo procedere et andamenti l' hanno per molto sospetto d' heresia, per non dire per perfido Heretico; et che procura con ogni arte coverta, tanto con l' Imperatore quanto con i Ministri poco Catholici, che queste cose in servitio de la fede Catholica non vadano innanzi. Et se si lassano correre le cose à la voglia di questo Arcivescovo, li Piccardi si faranno potenti. Anzi lui, non senza gran sua colpa et suspetto di malitia, non solo scientemente tollera i Sacerdoti di tanto mala vita et di così strani abusi, come di sopra si è detto, ma anco li favorisce et l' ammette à la cura de l' anime, con grandissimo scandalo di quelli pochi buoni, che vi sono: permettendo et tacitamente approvando, che questi tali ne le sue Chiese et Parrocchie communichino sub utraque specie etiam parvulis, et confessando quelli Catholici, che fariano la Confessione auriculare, in publico a 10. et 20. insieme, facendoli dire il *Confiteor* in frotta: et senz' altro l' assolvono. Il che a gli stessi heretici apporta molto scandalo. Et pare, che questo Arcivescovo voglia, per quanto lui puote, pian piano introdurre per mezzo di questi suoi Ministri heretici, per ignoranza o per malitia, queste fette così scelerate.

„ Quanto al terzo de li rimedii, che si potriano dare; io proporrò quelli stessi rimedii, che i principali Signori di quel Regno Catholici, consultando fra se stessi di questa materia, in presentia del Nuntio di V. Santità et mia, conclusero.

„ Il primo è, che si facesse una visita del Clero (senza la quale non accade sperare, che si possi fare nessun bene) et una riforma generale, cominciando da li più grandi fino a li più piccoli. Et se bene questa visita, etiam de le cose spirituali, bisogneria farla, come dicono quei Signori, in nome de l' Imperatore, per conservar la pace [già che non si sà, che nessun rè di Bohemia habbia mai permesso visita in nome d' alcuno fuori del regno] anzi, se bene l' Imperatore si contentasse, il che forse saria facil cosa, l' istesso regno di Bohemia non farebbe per sopportare visita alcuna in nome altrui, che del suo rè: et per non dare occasione ad alcun cervello gagliardo, che doveria esser visitato, d' opporsi al Visitatore, sotto pretesto de la libertà del rè o del regno; nondimeno non saria ciò inconveniente, per esser che la pia me. di Gregorio XIII. de la stessa forma haveva concesso, che si facesse la detta visita, cioè, in nome del rè, acciò il Visitatore, che doveva visitare in spiritualibus, non havesse impiccio ne le cose temporali: l' Imperatore voleva aggiungere altri Visitatori temporali, acciò, mentre il Nuntio Apostolico essegue le cose spirituali, questi altri Amministratori havessero cura de le cose temporali. Et se io questo condiscendesse la Sede Apostolica

„ li-

Cal. Decembris, saeva hyeme, Rhetias per Alpes a Tridento

„ lica, oltre il frutto evidentissimo di „ tant' anime, che si ricupeariano da „ la misera servitù del Demonio, saria officio di vero Padre, mentre „ condiscende à l' infermità di quel „ povero Regno, così miseramente dissipato. Et acciò il Nuntio, o altri, che paresse a V. Santità, potesse commodamente et senza disturbo „ far questa visita, saria necessario, che „ la Santità Vostra sotto qualche titolo honorato chiamasse l' Arcivescovo di Praga *ad limina*; et trattenerlo, mentre si fa la visita, et essequire con lui, come à S. Santità „ parerà: et venendo S. Santità a „ privarlo, come si crede, costandoli de li demeriti detti, et si desidera da quasi tutti li Catholici, vi „ saranno di molti soggetti, nobilissimi et degnissimi, del regno. Et questo è certo, che, se vi sono necessarii buoni Ministri, necessariissimo „ è, che vi sia un buon Pastore. Et, „ sicome tutti biasimano il detto Arcivescovo, perchè permette, et anco pone à la cura de le Chiese heretici, o vero sospetti d' heresia, „ così resteranno con perpetuo obligo „ à la Santità V. se li toglierà questo Arcivescovo, il quale è tenuto „ tanto sufsperto ne le cose de la religione, come di sopra si è detto.

„ Secondo rimedio. Procurare di „ havere alcuni Curati di dottrina, „ et di vita essemplare: perchè molti desiderano di allevare i loro figliuoli a la Catholica, et non hanno chi l' instruisca. Et, per havere „ copia di simili Operatori, si mette „ in consideratione di capare da tutti gli Ordini mendicanti de l' Italia uno o due Frati per provincia „ di vita essemplare, et dottrina sufficiente, et fare, che per tre anni „ almeno debbano stare in quel Regno ad aiutare quell' anime. Et „ se, finito questo tempo, alcuni si „ volessero partire, surrogare de li „ altri; ma quelli, che vorranno seguitare, lasciarli, et dispensare con „ essi ne l' amministratione de li Sacramenti: perchè pensare d'haver Preti secolari di vita et dottrina sufficienti, saria molto difficile, per non „ dire impossibile Vero è, che bisogneria, che li detti Frati fussero „ da dovero persone provate, et approvate ne le virtù solide: altrimente, per la conversatione con gli „ Heretici, et per la libertà di non „ stare sotto la cura del Superiore, „ si esponeriano a gran pericolo de „ l' anime loro, se non fussero ben „ fondati ne lo spirito. Et se fosse „ possibile mandarci anco qualche Capuccino: perchè se ne edificheranno grandemente, parendo loro impossibile, che fra noi siano persone „ di tanto spirito, che faccino quella „ vita, che di loro si dice Vedendo „ essi a l' incontro questi lor Curati „ Catholici, approvati de l' Arcivescovo, chi con le mogli, chi con „ le concubine, quali celebrano senza „ confessarsi, se non da anno ad anno, „ & in generale con il solo *Confiteor* „ le tre parti d' essi.

„ Il terzo rimedio, proposto da „ quelli Signori, è, d' erigere quattro Collegii de la Compagnia del „ Jesù, oltre di quello di Praga, in „ diverse parti di questo Regno. Le „ ragioni, che di ciò muovono questi „ Signori, sono le seguenti (& il modo facile, senza cavar danari, se „ non da l' istessa Bohemia, io lo „ proporrò a la Santità V appresso.)

„ Già che con quanti ho parlato, „ non solo i Catholici, ma ancora li „ Heretici dicono gran bene di questi Padri, confessando, che, se „ essi non fussero stati, non vi saria „ quasi più segno di religione Catholica: dove a l' incontro si veggono „ ne la lor Chiesa frequentare i Sacramenti, oltre li forestieri, da molti „ Bohemi con grandissima consolatione di buoni Et frà quelli, che „ s' instruiscono nel Collegio et lor „ schuo-

to Oenipontem, Salisburgum, Pataviam, Lintium, atque in-

„ schuole giungono al numero di cinquecento. Et molti Heretici ci mandano li lor figli, de' quali molti giornalmente se ne convertono. Et vi sono stati di putti, c' hanno convertiti li Padri et Madri (potentia grandissima di Dio!) Di maniera che facendosi questi quattro sopradetti Collegii, partuririano senza dubio un beneficio incredibile a la Christianità: et in poco tempo fariano tanti gl' instrutti a la fede Catholica, che non mancherebbono Sacerdoti et Parrocchiani, come hora. Et che ciò sia vero, si vede evidentemente da questo solo loco di Praga, che ha ridotto buona parte di quelli Baroni nobili attorno quella Città. Et con questi quattro lochi detti s' abbraccieria grandissimo paese: possendosi sperare, che in brevissimo tempo con la loro buontà et destrezza riducessero quel Regno con le provincie convicine al vero culto di Dio (opera di Sisto V. et non d' altri.) A la erettione di questi lochi sarà facil cosa, che S. Maestà Cesarea per qualche parte secondo le sue forze aiutasse. Ma ci bisognerebbe l' animo invitto di Sisto a questa impresa santa: poiche con certezza, con queste quattro fortezze di Santa Chiesa, con poca spesa espugneria una gran buona parte di Germania, per chiamar così quei paesi: al che fare non basteriano dieci Esserciti. Di questo supplicano i Primati del Regno, quelli che lo governano et reggono. Et il Sig. Guglielmo Orsino, Signore di Rosembergh, come primo di quel Regno, per fare la strada a gli altri, et mostrare, che si farà da dovero, di già a sue spese ha principiato un bel Collegio ne lo stato suo in Crumau, sua residentia, quale sta quasi in fine, tutto fabricato a sue spese, secondo il disegno dato da Padri stessi: et lo doterà di duemila tollari d' intrata l' anno.

„ Il modo hora, promesso di sopra, per dotare questi lochi, senza interesse di V. S. à mio giudicio sarebbe questo. Ne la Bohemia sono alcuni Monasterii di trecento, cinquecento et taluno di mille et molto più tollari d' intrata; quali se ne stanno con uno ò due soli Monaci, et l' Abbate à le volte Catholico, et al più Heretico: quali senza un servitio al mondo usurpano queste intrate, già dedicate à Dio et a li suoi poveri: quali Abbati à la lor morte lassano di molti scudi: quali S. M. Cesarea, perchè non vadano in male mani, li piglia lui, et ne fa poi quelle carità, che la sua conscientia li detta. Potriasi dunque questi Monaci, così unichi et dispersi, unirli in tanti Monasterii, quanti bastassero à star lor bene: et quei luochi et intrate, che avanzassero, S. S. erigerne tanti Collegii di poveri, come si è detto di sopra. Al che credesi, che S. M. Cesarea non solo non contradirà, ma che li debba esser caro: et quelli Signori sopranominati del Regno, quando ci fusse difficultà, sperano superarla. Il che seguendo, la S. V. al immortalerà in cielo et in terra. Essendo il Regno de la Bohemia situato nel centro de la Germania, sì ridurria in tutto ò in gran parte: et così, come da lì, nel tempo di Giovanni Hus et Girolamo di Praga, Heretici bruciati nel Concilio Constantiense, cominciò l' infettione a spargersi verso la Germania; così da la reduttione di Bohemia si spereria non solo l' aiuto de le provincie vicine, come Austria, Lusatia, Palatinato, &c. ma anco di tutta la Germania. Al che non sono mancare Profetie, se così chiamar si possono, che l' hanno detto: et ciò viene affirmato da quanti parla-

„ no

inde, accelerato, quantum per altissimas licuit nives, itinere, Viennam (ibi enim Regiam Ferdinandus habebat) venimus(1). Expositis mandatis, visum Ferdinando est, ut Commendonus & Zacarias Delphinus, Episcopus Pharensis, quem paulo ante Pontifex ad eundem Ferdinandum miserat, conventui Germanorum, qui tum maxime cogebatur, occurrerent. Nam Principes Germaniae, ii, qui a Catholicae Ecclesiae auctoritate desciverant, cognita Pontificis Max. voluntate, edictoque accepto, quo undique ex omnibus Christianis provinciis Episcopi Tridentum ad Concilium evocabantur, veriti, ne, cum caeteri contumaces, tum ipsi in primis, bello atque armis redire ad officium, et Concilii decretis parere cogerentur, de suis rebus coram colloquendum inter se rati, locum, quo omnes convenirent, Namburgum indixerant. Id est oppidum Misniae, in Saxoniae finibus, cujus imperium ad Episcopum spectat, qui tum erat Julius Pflugius, vir studio Catholicae religionis, & doctrinae laude excellens; sed jam grandis natu, & pedibus aeger, & tot Principum consensui impar. Ita urbem, dioecesis suae caput, conven-

Conventus Haereticorum ad Namburgum.

„ no di quel Regno. Et questo è „ quanto per hora m'ocorre sù questo particulare.

„ Si mette anco in consideratione, „ che difficilmente in altri tempi si „ haverà così buona occasione; perchè quei Signori Primati, che governano il Regno, per il passato sono sempre stati le due parti Heretici, et hora, per gratia di Dio, avviene il contrario, essendo le due „ parti Catholici.

2 Non fuit auscultandum autographo, exhibenti *videbatur*.

3 Proficiscentem Commendonum hisce ad Maximilianum regem litteris prosequutus est idem Otho Cardinalis: „ Mittit Sanctiss. D. N. primum „ ad Caesarem, deinde ad omnes inferioria Germaniae Principes interpretem hunc et internuntium voluntatis et consiliorum suorum de sacro Concilio Jo Franciscum Commendonum Episcopum; quem etsi scio cum ipso officio, tum suis „ actionibus tibi gratum et jucundum „ fore, tamen postulat à me singularis mea in illum benevolentia, ab „ egregia ejus virtute profecta, et „ summo quodam studio in Germanicam nationem, ut eum commendem quoque litteris meis. Commendo igitur eum tibi sic, ut magis ex animo commendare non possim: affirmoque, neminem fortasse esse aut pluribus animi et ingenii ornamentis praeditum, aut religionis magis colentem, aut tui observantiorem, aut denique ad res agendas, tractandosque hominum animos commodiorem, quam illum. „ Quare a te precibus omnibus peto, ut virum hunc et doctum et bonum et prudentem, tum his, tum mea etiam causa, benigne complectaris. Magno enim me beneficio affeceris. Cui perpetuam observantiam „ et fidem meam commendo, et salutem precor. Roma 8. Idus Decembris M. D. LX.

1 Die 3. Jan 1561. Habeo apud me litteras, quascumque in hac reliquisque legationibus suis Commendonus aut Romam aut aliò dedit, aliquando a nobis vulgandas. Ex iis itinerum ejus omnium rationem cognovi.

ventui, qui contra Christianam rem habebatur, commodare est coactus. Ingressi (1) uno comitatu iter, & tectis vecti curribus, non longe Vienna, Danubium trajecimus; mira oculis meis, aliorumque, qui domestica tantum frigora noveramus, specie. Europae enim fluminum longe maximum & latissimum, maximaque aquarum mole ruens, non ponte, non navigio, sed, veluti continenti ac stabili solo, curribus transmisimus: adeo solide constrictis gelu undis, adeo firma glacie, ut onustis quoque plaustris, quorum rotis altae impressae orbitae cernebantur, iter tutum praeberet; sicuti exercitibus quoque praebuisset. Per Moraviae fines Bohemiam inivimus, Hercinis saltibus circundatum regnum; cujus caput Praga, ampla urbs ac nobilis. Huc cum septima die venissemus (2), biduum

Danubius glacie concretus.

1 Die 14. Jan. an. 1561.

2 Die 19. ejusdem mens. & an. Quod et ex Commendoni litteris didici, et ex quodam *Itinerario*, quod, a Gratiano diligentissime confectum, universum hoc suum et Commendoni iter Germanicum complectitur. Id quoque aliquando vulgare in animo habemus. Nunc specimen quoddam ejus tantum dabimus, de hoc ipso Pragam adventu:

„ A li XIX. Tre leghe a Beuschbroten, terra murata; dove è buono allogiamento; et quattro leghe a Praga: dove li due Nuntij furono alloggiati in Castello da l' Arciduca Ferdinando d' Austria, governatore del Reame di Bohemia per l' Imperatore suo padre. Questa Città è la Reale di Bohemia, et molto grande & bella, et mercantile, et divisa in tre parti: la prima et la più bella è la Città vecchia, ch' è in piano; l' altra è la nuova, similmente in piano, che si congiunge a la vecchia da mezzo giorno, mediante una fossa con la muraglia: et queste due parti sono da Oriente, di quà dal fiume Molta, detto da' latini *Multavia*, che passa per mezzo la Città; sovra il quale è un bellissimo ponte di pietra di XXIIII. archi, fatto da Carlo quarto Imperatore La terza è oltre il fiume da occidente nel colle, circa il Castello, dove alloggia l' Arciduca. Da questa parte, et dentro & fuori de le mura, sono molte vigne, che sono rare in questo Reame. Praga anticamente era Arcivescovado, fatto al tempo di Carlo quarto Imperatore, ma fù dimesso per l' heresie degli Hussiti, et haveva d' intrata 60. mila scudi, che furono occupati da diversi Baroni del Regno, et dal Rè: hora si tratta di restituirlo, dovendo dare il Rè d' intrata a la Chiesa 6. mila fiorini per il Vescovo: et Monsig. Illustrissimo Commendone portò la commissione di fare il processo sopra questo. Ci sono più sorte d' Heretici, et Monasterii et Chiese Catholiche, et la Chiesa Cathedrale. Al tempo di Carlo quarto c' era lo studio, fondato l' anno . . . . . . ma per gli Hussiti sudetti fu transferito a Lipsia infrascritta Il resto del Regno è pieno d' ogni sorte d' heretici, et massime di Calistini, ciò è, che si communicano sub utraque specie, i quali non dissentono da' Catholici fuor che in questo: nondimeno ei sono molti Catholici, et massime quasi tutti i nobili: ma per la nostra strada non trovammo Chiesa, che non fosse profanata, fuor che a Snam, Praga et Cometau infrascritto In Bohemia sono molti nobili et Baro-

duum morati perreximus iter impeditum atque obrutum nivibus, ut, in ipsis saltibus, agrestium manibus aperiendae purgandaeque viae fuerint. Quinta die Namburgum venimus(1). Ab Haereticis Principibus, qui frequentes jam conve- Nihil profectum Namburgi.

Tom. II. C ne-

" rooi, i quali eleggono il Rè, et " possedono terre et Castelli, et tutto il testo del Regno, da Praga " et trenta Città in fuori, che sono " del Rè. Questo Regno è circondato da Monti, et da la selva Hercinia, ne' quali in diversi luoghi " sono molte miniere d' argento, " ferro, et anco di stagno, et fra " l' altre la valle Joachimia ai confini di Misnia, detta in thedesco " Joachimsthel. dentro nel Regno " sono colli, et piano, et gli abonda del grano et di Cavalli, benchè deboli, et di non molta vita. " Si ci fa molta cervisia et buona. " la gente commune è ladra et cattiva et discortese.

1 Die 28. ejusd. mens. et an. Quo de adventu haec, hoc loco non omittenda, *Itinerarium*.

" A li xxviii. Per colli bassi et " lavorati tre leghe a Taitz, città " murata, non troppo bella: et per " simil via tre leghe a Namburg, " Città sul fiume Sala, che divide " la Misnia da la Turingia. E' sopra " un colle in bellissimo sito, ma di " dentro è piana, brutta et non molto grande. Si divide in due parti, " essendoci da settentrione aggiunta " una gran parte, cinta di muro, " che si congiunge con l' altra di " modo, che paiono due città attaccate insieme. Quì trovammo gl' " infrascritti Principi Protestanti, & " Ambasciatori, che s' erano congregati per trattare alcune cose appartenenti a la loro Confessione Augustana.

" Federico Palatino del Rheno, Duca di Baviera, Elettore, col figliuolo Casimiro.

" Augusto Duca et Elettore di Sassonia.

" Wolfango Palatino del Rheno, Duca di Baviera, Conte in Veldentz.

" Gio: Giorgio Palatino del Rheno, Duca di Bavieta, Conte in " Veldentz.

" Gio: Federico il Vecchio, Duca " di Sassonia.

" Christoforo Duca di Virtemberg " et Tech, Conte in Mompelgart, col " figliuolo Eberardo.

" Henrico Duca di Mechelburgh " Principe de' Vandali, Conte Schvverin, Signore de' Paesi di Rostock " et di Stargard, detta hora Oldemburg.

" Filippo, Lantgravio d' Hassia, col " figliuolo Ludovico.

" Carlo Marchese di Baden.

" Ernesto, Filippo, fratelli, Duchi " di Brasvich, i quali non havendo " dominio non vennero in consiglio.

" Giorgio Ernesto Conte d' Henneberg, in nome ancora di Poppo, " suo fratello.

" Gottardo Conte di Schvvartzemburg.

" Giorgio Conte di Cassel.

" Il Conte di Stolbergh.

" Il Conte d' Honstrin.

" Filippo Francescho, e Conte del " Rheno, che morì, come di sotto, il " di xxvii. di Gennaro.

" Legati di Principi absenti.

" Del Marchese Gioachimo Elettore di Brandemburgh.

" Del Marchese Giorgio Federico " suo figliuolo.

" Del Marchese Giovanni, fratello " de l' Elettore di Brandemburg.

" De i Duchi di Pomerania.

" Del Duca Giu: Alberto di Mechelburg.

" Del Duca Adolfo d' Holsatia.

" Del Duca Francesco di Sassonia.

" Di Wolfang Joachim, Carlo " Joachim, Ernesto, et Bernardo, " Principi d' Anhalt.

" De la Regina d' Inghilterra un' " huomo solo.

" La

nerant, non obviam miſsum Nunciis, non ullum in advenientes hoſpitii jus ſervatum. Verum ego, quae acta hic fuerint, quia perſecutus eo libro (1) ſum, quem de rebus a Commendono geſtis perſcripſi, in praeſentia cenſeo omittenda. Ni-

„ La notte inanzi, che noi arri-
„ vammo, era morto VVolfango, Con-
„ te dei Rhenò, ſuffocato dal troppo
„ vino, c'haveva bevuto ne' ſpeſſi con-
„ viti, che facevano fra loro queſti
„ Principi, il qual Conte VVolfango
„ fu ſepelito con queſt' ordine. Prece-
„ deva uno, che portava un Crucifiſ-
„ ſo di legno: ſeguitavano circa qua-
„ ranta putti, col maeſtro loro die-
„ tro, cantando in Thedeſcho; poi
„ il Cadavero, coperto con un panno
„ nero, nel quale era una Croce bian-
„ ca, portato da' ſuoi famigliari in
„ un caraletto; poi quattro incappuc-
„ ciati; il Conte Palatino Elettore, et
„ ſuo figliuolo, et il figliuolo del
„ Lantgravio d' Haſſia, et molti Con-
„ ſiglieri, et nobili de' Principi: et ſo-
„ nando le campane, lo portarono a
„ la Chieſa, dove lo laſciarono coſi
„ nel mezo per tutto quel giorno. In
„ Namburg ſono 14. Canonici col lo-
„ ro Decano, che eleggono il Veſco-
„ vo, de' quali due et il Decano ſo-
„ lamente ſono Catholici, il reſto Lu-
„ therani. Ne la loro Chieſa Cathe-
„ drale predica un Catholico, et un'
„ heretico in un di medeſimo, ma in
„ diverſo tempo: ma non ſi dice Meſ-
„ ſa nè qui, nè in altra Chieſa de la
„ Città. Noi l' udimmo ſecretamen-
„ te in caſa del Decano. Vagliono
„ queſti Canonicati 100. taleri, et
„ ſono conferiti dal Papa et dal Capi-
„ tulo. L' intrate de l' altre Chie-
„ ſe, et maſſime de le Parochiali,
„ ſono occupate dal Duca Auguſto.
„ Queſta è nel Marcheſato di Miſnia,
„ la quale, cominciando da la ſelva
„ Hercinia venendo fin' a Benitz, è
„ montuoſa con molti boſchi; ma
„ con gran parte di terreno lavorato,
„ et, paſſato Aldemburgh, è piana,
„ lavorata et molto fertile di fru-
„ mento, ſi come è quaſi tutto il
„ reſto de la Miſnia. In queſta pro-
„ vincia ſono quattro minere d' ar-
„ gento. Anneberg ſudetto, Ma-
„ rienburg, Friburg, Schneberg, che
„ ſono poſſedute da Auguſto, Duca
„ di Saſſonia, col reſto de la Miſ-
„ nia, eccetto quella parte ſudetta,
„ poſſeduta da' figliuoli di Gio: Fe-
„ derico, et li Veſcovati infraſcritti,
„ come Marcheſato di Miſnia: di
„ dove anticamente è l' origine de'
„ preſenti Duchi di Saſſonia, che
„ poi non molt' anni ſono, per via
„ di Donne, hebbero i loro anteceſ-
„ ſori, prima il Lantgraviato de la
„ Thuringia, et ultimamente il Du-
„ cato et l' Electorato de la Saſſo-
„ nia, per gratia de gl' Imperatori:
„ ſi come hoggi ciaſcuno di loro ſi
„ chiama con queſti tre tituli. Ne
„ la Miſnia ci ſono tre Veſcovi, che
„ ſono Principi d' Imperio: il Ve-
„ ſcovo di Namburg; Michel Sido-
„ nio, Veſcovo di Merſpurg, huo-
„ mo molto dotto et Catholico,
„ et il Veſcovo di Miſnia, da la
„ qual città preſe il nome la provin-
„ cia, il qual Veſcovo è heretico,
„ et dipende in tutto dal Duca Au-
„ guſto, il quale habita per il più in
„ Dreſna, dove ha un belliſſimo
„ palazzo, et a le volte in Torga,
„ terra di queſta provincia. le terre
„ et caſtelli de la quale univerſal-
„ mente ſono belli et buoni. In
„ queſta provincia ſono d' ogni ſorte
„ d' heretici, ancorachè ſi chiami-
„ no et ſiano per il più Lutherani;
„ et non ſi trovano altri Catholici,
„ fuorchè quei pochi, ch' io ſpecifi-
„ carò. La lingua di Miſnia è la
„ più bella di tutta Alemagna, ſi
„ come la Toſcana di tutta Italia.
„ Noi ſtammo in queſta città di
„ Namburgh fin' a li XI. di Febra-
„ ro, havendo li Illuſtriſſimi Nuntii
„ fatto in queſto tempo quanto oc-
„ correva al loro negotio.

1 In Vita Card. Commendoni lib. II. cap. 2. et 3.

Nihil certe ad spem sanandi Germanos profectum. Sed mutuis orationibus, & Germanorum, Pontifices maximos increpantium, & Commendoni, magna gravitate intemperantiam linguae eorum licentiamque retundentis, nobilitata ea legatio est. Nuncii (1), proficiscentes Namburgo, digressi ad suum quisque munus sunt. Nos, fide ab Augusto Duce accepta, tuto per ejus fines transituros [nam Augustus ipse Namburgi erat] Saxoniam intravimus; eo consilio, ut Archiepiscopum Magdeburgensem, qui Primas Germaniae est, & Joachimum Brandeburgium, unum e Septemviris, qui jus creandi Caesaris habent, quorum in Germania opes dignitasque longe caeteros Principes antecellit, peteremus. Magdeburgensium Archiepiscopatu potiebatur Sigismundus, Joachimi hujus Septemviri filius, ex Heduigi, regis Poloniae filia, susceptus, juvenis non solum omnis expers disciplinae, quae Sacrorum antistitem decet, sed haeresum labe plane corruptus, caetera non improbus. Verum ea obesi corporis mole oneratus, ut, quod postea accidit, brevi ad exitum vitae perventurus videretur. A Namburgo diei unius iter Lipsiam venimus (2), Saxoniae urbem, non maximam quidem, sed, pro more gentis, aedificiorum elegantia, & viarum descriptione, & doctorum virorum numero, quos erudiendae juventuti Saxoniae Dux magna mercede conducit, non sane ignobilem. Halam inde transivimus (3), quae juris Magdeburgensis Ecclesiae est, quam salis, ex perenni fonte hausti, proventus nobilitat. Hic Philippus, Hassiae Lantgravius (4), capto Jo. Federico Saxone, belli socio, ac partibus profligatis, victoris fidei se tradidit. Nosque eadem in aula caenavimus, in qua Carolus quintus Caesar, edito ex tribunali, Philippum, accedentem ad genua dedentemque se, recepit, tanto quidem laetantius, quanto ille contemptius contumeliosiusque Caesaris nomen usurpare, & verbis obterere, quamdiu bellum fuit, consuevit. Sigismundo Archiepiscopo, Halae non reperto, in parentis ejus Regiam Berlinum perreximus (5). Ad Vitembergam Albim trajecimus, illo ipso ponte, quo resciſso, Jo. Federicus Saxo ab insequenti Caroli quinti exercitu tutum se fore existimavit.

Lipsia.

Hala.

Jo. Federicus Saxo.

1 Stanislaus Hosius, Episcopus Varmiensis, Polonus, et Zacharias Delphinus, Episcopus Pharensis Venetus, paullo ante de Vngaricis rebus ad Ferdinandum missi. Vide eandem Vitam eod. lib. cap. 1.

2 Die 13. febr. an. 1561.

3 Die 14 febr. 1561.

4 Autographum *Lantgravius* exhibet: at infra *Langravius*.

5 Die 19. febr. 1561.

vit. Sed Carolus, agrestis unius indicio, qui a Saxonis militibus male habitus, ultro se Hispanis obtulerat, vado reperto, hostem inopinantem oppressit. Ita Federicus, amissa libertate, & Septemvirali honore, quo praefulgebat, cuique multarum in Saxonia urbium populorumque dominatus est adjunctus, multatus, duplicis defectionis paenas exsolvit. Is enim Martinum Lutherum, virus pestilentis doctrinae adversus Catholicae religionis pietatem evomentem, primus recepit, primus fovit, primus ad audendum incitavit, denique primus a Dei divinarumque rerum fide descivit. Idem, depravatis hinc concitatisque Germaniae populis, Lantgravio, de quo supra meminimus, aliisque sociis assumptis, arma in Carolum Caesarem, justum Germaniae regem, caepit. Lutherus Vitembergae aetatem egit. Hic viguit, hic docuit, hic sedem impietatis fixit; hic totam Sacrorum rationem cunctaque sacratarum litterarum placita, ut insana libido tulit, temeravit, intorsit, pervertit; hic in Catholicam Ecclesiam, hic in Pontifices Max. plerunque, quod mirere, temulentus, debacchatus est; hic denique tetram animam, de qua fama est, cum infernis spiritibus pepigisse, emisit; atque hic iisdem in templis imago ejus colitur, ex quibus ipse Dei Divorumque imagines, idola, invidioso vocabulo, appellans, sustulerat disjeceratque. Joachimus Septemvir (1), quanquam erroribus

Ad Joachimum Brandeburgium aditur.

1 De adventu Berlinum, de Joachimo Septemviro, de actisque cum eo a Commendono, haec in *Itinerario* traduntur. „ A due leghe [*da* „ *Treven Briezen*] si trova Belitz, „ castello del detto Marchese [*di* „ *Brandemburg*] brutto, come gli al„ tri: di poi per 6. leghe, per mol„ te valli, piene di molt' acqua, in „ mezo de' boschi, dove non si discerne „ la strada, se non da chi la sà per pra„ tica, et in parte per colli bassi d' are„ na, inculti per la maggior parte, giun„ gemmo a Berlino, una delle terre prin„ cipali della Marcha di Brandemburg, „ la qual Marcha si divide nella vec„ chia et nella nuova. La vecchia è, „ dove è Berlino, et tutti li sudet„ ti et infrascritti luoghi, fino al fiu„ me Odera: oltre la quale per ot„ to leghe s' estende la Marcha nuo„ va. Questo paese universalmente è „ di terra arenosa, et per ciò ste„ rile et piana, ma con alcuni colli „ bassi, che fanno infinite valli, che „ stanno piene d' acqua, che produce „ gran quantità di pesci & massime „ di Raine, ch' essi dimandano *Carph*, „ che sono di miglior sapore: et si „ servono di queste acque per molini, „ a' quali danno gran caduta, per far „ voltar le rote.

„ Sono in questo paese molti bo„ schi, et massime de' Pini salvatici, „ legno, benchè verde, che abbrucia „ quasi come le candele: et ci è gran „ copia di selvaticine, et specialmen„ te di porci cinghiali, et di cervi: de' „ quali li Marchesi ne pigliano alle „ volte l' anno 500. et 600. et so„ gliono per pompa attaccare a i muri „ delle sale, a due a due, le corna „ de i cervi, che sono maggiori, et „ fanno ancora certa forma di cande„ glieri, per attaccare nel mezo del„ le sale, per tenere molti lumi; del„ le

bus Lutheranorum captus, sectam illam sequebatur, tamen & multis in rebus suo judicio uti, quam auctoritate stare Lu-

„ le quali il Marchese Elettore ne „ ha dimolte belle et grandi de' cer- „ vi di Prussia, che sono maggiori „ de gli altri. In questo paese sono „ ancora gran quantità d'oche dome- „ stiche, le quali, impaurite, volano „ come gli altri uccelli.

„ Berlino è terra posta in piano, „ per mezo la quale passa il fiume „ Sprero. La parte verso occidente, „ ch'è più bella dell'altra, ma più „ piccola, si dimanda Kollenella, qual „ è il palazzo del Marchese, che, „ anchora che non sia finito, è mol- „ to bello et grande, secondo gli e- „ dificii di Germania. Il fiume è na- „ vigabile, et, dove passa, toccan- „ do le case, rapresenta, et per la „ larghezza et per il color dell'ac- „ qua, ch'è nero, il canale grande „ di Venetia, eccetto che ne gli edi- „ ficii, che per la maggior parte so- „ no di legno. L'altra parte, et co- „ sì tutta la terra, è assai bella, „ secondo il paese, et habitata. Quì „ sa la sua residentia Joachimo, Mar- „ chese di Brandemburg, et Elettor „ d'Imperio, il quale mandò la me- „ desima sera il suo cancelliere et il „ Marescalco (che noi chiamamo „ Maiordomo) a scusarsi con Mon- „ signore, di non haverlo mandato ad „ incontrare, non l'havendo saputo „ (perchè Monsignore era venuto „ secretamente, per il sospetto, che „ si doveva havere in simili paesi) et „ l'invitorono la mattina a pranzo col „ Marchese, dove andò poi Monsig in „ habito di Vescovo, accompagnato la „ mattina da molti nobili della sua „ corte, & fu ricevuto con molta hu- „ manità dal detto Marchese; il qua- „ le lo tenne poi per sempre allog- „ giato nel più honorato luogo del „ suo palazzo, usandogli ogni sorte d' „ honore et cortesia, in dargli il pri- „ mo luogo, et in venir spesso a „ mangiar nel suo alloggiamento: et „ massime in haver offerto in dono „ a Monsignor argenti et cavalli, „ per molto valore, con tanta instan- „ tia et tante volte, che si dubitò, „ che non restasse offeso della ricusa, „ che fece Monsignor di non accet- „ tar cosa alcuna.

„ Questo Marchese è huomo di „ gran statura, d'età di anni 57. „ humano et molto piacevole: parla „ latino, ma non troppo securamente: „ è liberale, che tutto che habbia „ quattrocentomila taleri d'intrata, „ computate le contributioni et l'in- „ trate di tre Vescovati, che ha „ il figliolo di suo figliolo, ha de- „ bito, per haver speso tanto per „ il passato, un millione et quattro- „ cento millia taleri, per li quali pa- „ ga ogn'anno d'interesse in Lipsia „ sessantacinquemila taleri, et diciot- „ tomila in Ratislavia.

„ Nelle cose della Religione egli è „ Lutherano: nondimeno è osservan- „ tissimo delle cerimonie. ogni gior- „ no ode il Vespro et gli altri uffi- „ cii, et fa dire la Messa nel modo „ nostro (fuorchè ommette il cano- „ ne) in una chiesa, che si congiun- „ ge per un corridoro al suo palazzo: „ nella qual chiesa sono molti sacer- „ doti, consecrati già secondo la re- „ ligione antica, et alcuni in Virtem- „ berg, secondo il modo loro d'adesso: „ sopra quali è un capo, che „ porta la beretta rossa, come un „ Cardinale, i quali fanno tutti quelli „ ufficii, che ode l'Elettore.

„ In questa chiesa un giorno il Mar- „ chese mostrò à Monsignore, in una „ stanza terrena, molte statue d'ar- „ gento di diversi Santi, et fra gli „ altri di S. Mauritio, con una co- „ rona ornata di molte perle et altre „ pietre pretiose; et un Carlo Ma- „ gno, con una corona, et una cas- „ setta con molte perle et pietre, „ croci d'argento et d'oro, calici, „ candeglieri et tabernacoli et altre „ cose per Chiese, che dicevano valere „ più di cinquecentomila taleri. Mo- „ strò anco nella sacristia della me- „ de-

Lutheri malebat, multosque Catholicorum ritus, rejectos ab eo, retinebat, & advenientem Commendonum perhonorifice ac benigne hospitio accepit, omnibusque comitatis & humanitatis officiis percoluit. A Joachimo digressi (1), Joannem, fratrem ejus, bidui itinere, convenimus, hominem Romano & Catholico nomini infensissimum: quippe ad Lutherum, ipso statim initio, defecerat, ejusque instinctu ingens imbiberat adversus nos odium. Is tamen Commendonum, ad se venientem, reverentissime suscepit, sic, ut non aliter eum, quam capite aperto, sit allocutus, ac ne in convivio quidem, quo Nuncium apparatissimis epulis excepit, sedens adigi potuerit, ut tegeret caput, quo genere honoris, Germanorum more, majus haberi hospiti nullum potest. Idem, de indicto a Pontifice Max. Concilio, ad verba Legati asperi-

Ad Jo Brandeburgium.

,, desima Chiesa una gran quantità
,, di pianete et altri paramenti per la
,, Messa, et per altri ufficii, di ve-
,, luto et brocato, lavorati con oro
,, et perle; et una rosa d' oro, benedet-
,, ta da Nicolò V. et donata all'Elettore
,, d' all'hora, le quali statue et paramenti
,, tutti erano dell' Arcivescovo di Mo-
,, guntia, fratello di Joachimo, pa-
,, dre del presente Joachimo Elettore:
,, il quale per rispetto delle cerimonie,
,, che osserva, è chiamato da gli altri
,, Protestanti Papista: et in molte cose
,, mostrò di portar honore al Papa,
,, et specialmente una mattina, ragio-
,, nandosi a tavola di molte cose, fra
,, l'altre uno del Marchese diceva, che
,, l' Imperio haveva accresciuto gran
,, dignità al Papato. Al che Monsi-
,, gnore rispose, che anzi l' Imperio
,, haveva ricevuta tutta la sua dal
,, Papato, et spetialmente il Mar-
,, chese; et perciò dovea tacere. Il
,, quale subito, cavatosi il capello, dis-
,, se: ,, Ego hoc non diffiteor. ,,
,, Il Marchese ha per moglie Ede-
,, viga, sorella, ma di altra madre,
,, di Sigismondo, presente Rè di
,, Polonia; la quale è di età di anni
,, 45. grassa estremamente et picciola,
,, et stroppiata de le gambe per tal
,, modo, che non può moversi, sen-
,, za esser portata. Questa donna ha
,, voluto sempre esser Catolica, non
,, ostante le molte persuasioni, che le
,, sono state fatte dal marito, da' fi-
,, glioli et da molti altri, & è più
,, che mai Catholica & devota, et ha
,, udito sempre Messa, ancora che diffi-
,, cilmente trovi Preti, essendo stati scac-
,, ciati o mal trattati. Di questa don-
,, na il Marchese ne ha havuti l' Ar-
,, civescovo di Magdeburg sudetto,
,, Elisabeth Madalena, vedova, che
,, di poco inanzi era stata maritata per
,, 20. giorni a un Duca di Lunemburg;
,, Edevigha seconda, ch' è moglie
,, di Giulio, figliulo del Duca Hen-
,, rico vecchio di Bransvich, il qual
,, Giulio era qui in questo tempo am-
,, malato, giovane di circa 30. anni,
,, di pocha barba, et d' occhi bian-
,, chi, grandi et spaventevoli, insie-
,, me con tutto il volto; eretico, sì
,, bene il padre è catholico, che per-
,, ciò non lo vede volontieri; et la
,, terza Sophia, non maritata. che tut-
,, te nondimeno vivono nella reli-
,, gione del padre.
,, Ha il Marchese, oltre di questi,
,, Gio. Georgio primogenito della pri-
,, ma moglie, ch' è di età d' anni 38.
,, il quale ha per moglie una figliola
,, del Duca di Lignitz, et un figlio-
,, lo unico, che si chiama Ioachimo,
,, d' anni 14. che dicuno esser etico,
,, et non poter scampare lungo tem-
,, po; il qual putto tiene in persona
,, sua tre Vescovati, senza auttorità
,, del Papa, Brandemburg, Alve-
,, burger, Lebus.

1 Die 25. Febr. 1561.

rime, & plane ex Namburgensis conventus sententia, respondit. Nos Francfordiam inde progressi sumus [1], haud ignobilem urbem, Joachimi juris, ad Oderam flumen, quod Germanorum fines Polonorumque intercurrit. **Francfordia ad Oderam.** Hic Cartusianae familiae Sacerdotes tres reperimus, quos Joachimus tantum prohibitos, ullum alium amplius in disciplinam asciscere, uti suis institutis patiebatur; nec unquam ad deserendam Catholicae pietatis fidem, quod passim ab aliis Regulis fiebat, coegerat, aut omnino labefactare eorum constantiam conatus erat. **Cartusianorum reliquiae.** Atque hae in illa gente unicae supererant religionis reliquiae. Confecti jam senio erant, nec annis triginta e septis suis prodierant, veriti, ne eorum conspecto ornatu, quem nec unquam dimiserant & aliorum oculi aspicere jam diu desueverant, saxis a plebe incesserentur. Tantus tum furor occupaverat hominum mentes! Cartusianis Apostolicum Nuncium, ubi ne Apostolicum quidem nomen diu auditum esset, videre miraculi atque monstri simile fuit. Projecti ad pedes oscula vestigiis [2] ejus figere, contingere dexteram, audire loquentem [& Latine sciebant perbene] tantae laetitiae fuit, ut satis vitae suppetisse sibi praedicarent. Nos, Francfordia remensi iter, Brandeburgum, atque inde ad Ericum Ducem Bransvicensem, qui Junior dicebatur, tametsi exacta jam aetate esset, Volfembittelum profecti sumus [3]. **Ericus Dux Bransvicensis.** Is & gesserat in juventa pro Catholica fide cum Alberto Brandeburgio bella, & in eadem fide ita constanter permansit semper, ut Julium, unicum filium, quod cum Lutheranis sentiret, abdicarit, & conspectu suo prohibuerit: &, amissa uxore, studio procreandae novae prolis, jam plane senex, aliquot ante annis, Sophiam, Augusti regis Poloniae sororem, duxerat, in matrimonioque tum habebat. Sed sive aetas ejus, sive novae nuptae sterilitas prolis spem fefellit. Triduum apud eum fuit Commendonus, splendide comiterque cultus: quo tempore ego Brunsvigum, caput regionis ejus, visi. **Brunsvigum.** Haec urbs imperio Ducum, qui ab ea cognominantur, aliquando paruit. Nunc, eorum excusso jugo, libera suis legibus vivit; Ducumque, ne inermem quidem, ullum facile intra maenia admittunt. Idem pleraeque in Germania Civitates factitarunt, initisque inter se faederibus adversus pristinos dominos, communibus viribus seque atque usurpatum semel jus egregie tuentur. Quod pro libertate salubre, non undique tamen utile in commune videtur. Nam valentissimae alio-

[1] Die 26 Febr. 1561.

[2] Autographi *vestigii* mendosum putavi.

[3] Die 8. Mart. 1561.

Germanorum vires distractae. alioqui vires, ac, si uni parerent, invictae inexhaustaeque, in tot Principes totque liberos populos distractae, dum sibi quisque trahit, infirmae & ad externum bellum parum efficaces evadunt. At libertatis nec avidior ulla gens nec tenacior: sive hoc ingenium est hominum, sive ingenium ipsum hominibus natura coeli ingenerat. Et fere septentrionales plagas qui colunt populi, appetentissimi esse libertatis videntur; ut, ne ipsis quidem, quae regnantur, nationibus aliter, quam ex libertate, reges sint. Quippe leguntur liberis suffragiis, non nascuntur iis reges, ac lecti non ex libidine imperant, sed legibus & ipsi parent. Dania, Suetia, Polonia, Bohemia, Vngaria non nisi ab se creatum, ac certis legibus astrictum, regem patiuntur. Ipsa quoque, quae in Principum ditione sunt, oppida per suos singula magistratus reguntur. Et populi, certas cum Principe parendi conditiones pacti, quicquid ultra imperatur, palam detrectant. Si contra tendat Princeps & minuere eorum jus conetur, nihil facilius, quam eos ad arma consternari (1): & tutantur proximi tanquam suam causam. His salvis, jussa obedienter faciunt. At nos institutum iter pergamus, quod a Volfembittelo ad Rhenum aliquando vertimus, ac Magdeburgiis, Alberstadiis, Hildesemiis, Verdensibus aditis, Bremam venimus (2); cujus erat Archiepiscopus Erici Brunsvigii frater, longaevus & ipse senex, & septuagenario major: qui, quod omittendum non videtur, Germanica quidem sacerdotali in toga, sed sub toga succinctum gladio Legato se obtulit, ac ne in templo quidem aliter Sacris operabatur. Mirantibus nobis, institutum id Bremensis esse Ecclesiae, quo vitae necisque potestas, quam Archiepiscopi habent, significaretur, ajebant. A Brema, trajecto Visurgi, in Vestphaliam transivimus (3), ac suos Osaburgi (4) ac Monasterii (5) Episcopos convenimus. Monasterium cum ipsum per se amplum, & civium numero & aedificiis frequens oppidum, & facile totius Vestphaliae princeps, tum patrum nostrorum memoria, Anabaptistarum regno, & Joannis Leydensis scelere est nobilitatum; quod, quia memoratu dignum sane est visum, narratum nobis abunde est eo libro (6), quem de nostri aevi casibus virorum illustrium scripsimus.

Libertatis appetentes, qui septentrionem colunt.

Bremensis Archiepiscopus.

Monasterium urbs.

1 Haec est autographi lectio.

2 De hoc Bremensi itinere nulla neque in Commendoni litteris, neque in Gratiani *Itinerario* mentio: quod sane mihi mirum visum est.

3 Die 16. Mart. 1561.

4 Die 18. Mart. 1561.

5 Die 26. Mart. 1561. Nomen oppido vernaculum *Munster*.

6 Pag. 143. edit. Paris. apud Antonium

mus. Vidimus & Paderbornum[1], item Episcopalem urbem, cujus Episcopus[2], nonagenarius senex, Romae, Innocentio octavo, Alexandro sexto, Julio secundo Pontificibus Max. fuerat. Hac in urbe ex aede sacra sub ara maxima fons nascitur, tam uberi vena, ut statim, erumpens templo, frumentarias molas agat. In campis saltibusque, circa Paderbornum, Quintilium Varum, conjuratione Germanorum, Arminio duce, cum tribus Romanis legionibus, sub Augusto Caesare, caesum memorant. Quo quidem praelio tanta est accepta clades, ut & actae in urbe vigiliae, & Augustus ipse ita fractus animo sit, ut, tanquam desperans de Imperio, mortem dolore atque inedia pene accersierit. Certe impingens identidem parieti caput saepe exclamavit: „ Quintili Vare [3], redde legiones. „ Qui campi a Germanis, tot post secula, monstrantur adhuc, magna cum gloria & jactatione virtutis majorum suorum. Demum, exacta hyeme, nivosa & maxime frigida, ad Vbios Coloniamque Agrippinensem, in citeriori Rheni ripa sitam, adulto jam vere, pervenimus [4]. Hic aliquot diebus, hominibus jumentisque recreandis, substitimus. Maxima haec & nobilissima totius Germaniae est civitas, primaque ex quatuor liberis civitatibus, quae in Germania proprie Romani Imperii dicuntur. Duplici fossa, duplici muro cingitur; ac muri ipsi octuaginta amplius turribus, simul ornatui, simul munitioni, distinguuntur. Qua profluente Rheno alluitur, ripa ipsa, lapide quadrato strata, inceditur. Templum maximum non Archiepiscopali solum solio, sed Archiepiscopus ipse Septemvirali honore praecellit, & Dux Vestphaliae nuncupatur; & plures ditione ejus populi continentur. Nec Canonicorum dispar nobilitas. Nemo in collegium eorum cooptatur, nisi Comitum avito sanguine genitus. Paucos, consulendi causa, admittunt juris consultos, quibus par quidem suffragii jus;

Paderbornum.

Campi, ubi caesus Quintilius Varus.

Colonia Agrippinensis.

Templum maximum Coloniae.

nium Gellier an. 1680 Quod ait nostri aevi, meminerit, quod ad Gratiani vitam pag. LIII. annotavimos. Casus, quos in eo libro commemorat, non omnes sua, sed aliquot parentum suorum etiam aetate contigisse.

1 Die 22 Mart. 1561. Nam Paderbornum ante, tum Monasterium adierunt.

2 De hoc Episcopo in *Itinerario*; „ A Nehausen.... villa piccola.... „ stà il Vescovo di Padeborn in un „ palazzo, fatto in foggia di rocchet- „ ta. Questo Vescovo è consecrato, „ et si chiama Rembetto Kerssenbruch, „ huomo molto buono, et vecchio di „ 70. anni: il quale è stato in Italia „ longo tempo; nondimeno parla po- „ co Italiano. „ Qui si ex Germania profectus, Romae, Innocentio VIII. Pontifice, fuerat, profecto quum a Commendono Gratianoque conventus est, multo plures, quam quot in *Itinerario* notantur, annos natus erat. Pontificatum enim iniit Innocentius an. 1484 mortuus anno 1492.

3 Ita correxi autographi *Vari*.

4 Die 1. Apr. 1561.

ſed, ex horum numero creatum Archiepiſcopum, inauditum. Aſſervantur hic integra corpora trium Regum Magorum, quos ab orientalibus plagis, monſtrante iter nova, nec ante viſa, ſtella, in Judaeam veniſſe, ad Chriſti Dei incunabula veneranda, divinae litterae tradunt. Quae corpora Federicus Suevus, cui, ab aeneo capillo, Barbaroſſae cognomen tum fuit, capto & crudeliter incenſo atque ita diruto ſtratoque Mediolano, ut aratris proſcindi, &, ad aeternam nobiliſſimae atque opulentiſſimae urbis contumeliam, ſale conſpergi juberet, ablata, Coloniam tranſportavit. Agrippinenſes, a Romanis ſe ortos, Romanorumque Coloniam eſſe, gloriantur, & Colonienſem Eccleſiam a Romana Eccleſia, ut filiam a parente, genitam inſtitutamque praedicant. Templorum & numero & molibus haud alia inſignior civitas. Monaſteria, tam virorum quam faeminarum, nec plura facile uſquam nec majora opulentioraque invenies. Quin &, novum hic genus, Canoniſſas habent. Eſt hoc pernobile Virginum collegium. Suum iis templum, in quo ſtatis diei horis Sacra canunt pſalluntque; ſua quoque templo & collegio Antiſtes; ſuae parendi leges; ſua vivendi inſtituta; ſuum cuique vectigal; ſuum praedium; ſuae intra ſepta aedes; ſua cuique merces, quae divinis officiis operam atque aſſiduitatem praeſtantibus quotidie de more diſtribuitur diſpartiturque. In ſeptis quidem habitant omnes, ſed ea egredi ingredique haud vetitum. Non niſi virgines aſciſcuntur, non niſi claris & nobilibus parentibus majoribuſque natae: nec aſcitis ademptum nubendi arbitrium. Cum nupſerint, jus omne Sacerdotii Canonicatuſque amittunt; aliaeque in eorum loca leguntur. Quam ſimpliciter agant, vel ex hoc cognoſce (neque enim eſſe videtur, cur pigeat referre). Agrippinenſis civis, quocum mihi nuper notitia interceſſerat, cum me, ut fit, ad ea, quae praecipue viſenda in urbe eſſent, duceret, in virginum templum, ubi illae divinis officiis operabantur, deduxit. Praeſidebat, inſignis ſede, Antiſtes, magno natu anus, & circum canentium chorus, ſuo quaeque in ſedili. Ex ipſo aditu atque ore conſeſſus nos ſpectabamus. Tum una earum, cui cum Germano aliquid juris erat, viſis nobis, ſurrexit, in mediumque progreſſa ſpatium, & Antiſtitem demiſſe venerata, ad nos adiit. Mirum, frater, quam blande, quam comiter & affata ſit utrunque, & me alienum, externum, juvenem (1) admodum, nec antea viſum, acceperit: Ap-

Canoniſsarum collegium.

1 Annos natum quattuor et viginti.

Apprehensa dextra, in septa atque in cubicula sua deducit; considere nos, & famulam afferre bellaria vinumque jubet. Germanice nescire me peraegre ferebat; Germano tamen interprete, festivos sermones jucundosque serebat, adeo benigne, adeo familiariter, ut si domestici plane ac necessarii essemus. Mirabere magis, si forma eximia, & aetate intra vigesimum annum fuisse dixero, & ex gente Mansfeldia, Germaniae nobilissima. Nihil quidem ex ore ejus non pudicum, nihil non pro virginali decore excidit. Sed me, moris insuetum, tam blandum alloquium, tam formosae, tam nobilis virginis, & tam familiaris invitatio, manuumque attrectatio pudore confuderat, quem facile prodebat oris rubor: idque advertens illa laetabatur, quasi conscientiae ejus probitatique par a me modestia responderet. Neque enim haec illis licentia aut inverecundia, sed pars officii atque humanitatis est: atque has habere artes conciliandi nuptias ferunt: & in Gallis Belgisque, Agrippinensium finitimis, mos tenet, ut advenientes hospites puellae maxime virginesque osculo, ori admoto, excipiant. Scilicet affari, contingere, versari inter viros, nulla pudoris labe, a primis annis institutas, diligentiores virginitatis custodes credunt; & ingenia quoque earum ac naturae imbecillitatem sic excitari firmarique atque acui putant, neque sic educatas assuetasque ex colloquio congressioneque cum viris, quantumvis familiari, ullam minus honestae rei cogitationem subire, aut omnino earum commoveri sensum titillarive; secus quam iis fere accidit, quae severe omni consuetudine, omni virili congressu prohibitae, ipso statim aspectu primoque oculorum occursu, non solum affatu, labefactantur. At in Belgis non solum res domesticae puellarum maxime cura ministerioque geruntur, eaedemque in tabernis distrahunt divenduntque merces, rationes conficiunt, nomina digerunt, in codicemque accepti expensique referunt, sed solae, aut aliqua aequalium comite, vicinas nundinas mercatusque (1) obeunt, industrieque negociantur, ac domum [tanta est disciplinae fiducia !] integra pudoris fama, redeunt. Nam, non dico amissae, sed vel levi suspitione aspersae pudicitiae nulla venia. Spretae rejectaeque a suis, & omnibus, tanquam portentum, execratae in infamiae suae sordibus contabescunt. Ad formam (2), qua inter omnes

Virginum mos.

Puellae negociantur.

D 2 gen-

1 Ab autographo in quo est *mercatosque*, recessi.

2 Recte Ovidius elegia *de Medicamine faciei* praecipit:

" Pri-

gentes facile praeſtant, adjiciunt morum incredibilem ſuavitatem, leporem, humanitatem, blanditias: & ſunt ſane ad omnia animoſiores & promptiores, ſive excipiendi ſive ſerendi ſermones ſint. Denique, viris intemperantia vini ſaepe torpentibus, non domeſticarum modo rerum, ſed publicarum quoque conſilia faeminae explicant. Quiete ali-

Brulla. quot dierum capta, Archiepiſcopum ad Brullam, quinto ab Colonia lapide [ibi enim domicilium habet] convenimus 1), at-

,, Prima ſit in vobis morum tute-
,, la. Puellae,
,, Ingenio faciem conciliante, pla-
,, cent ,,

Vbi, qui *facile*, non *faciem*, legunt, neque ſententiae, neque metri rationem ſatis conſiderare videntur.

1 Die 9 Apr. 1561 Ex Brulla ad Card Borromaeum datas a Commendono litteras ſubjicio:

,, Dopo le lettere di Namburg
,, ſcriſſi a V. S Illuſtriſs. da Cranitz
,, a li 17. da Berlino a li 24. di Fe-
,, braro, poi da Brandeburg a li 4.
,, et da Rhene a li 24. di Marzo, ne
,, le quali lettere ho dato aviſo del
,, negotiato ne la Marca, in Saſſonia,
,, in Luſatia, et in Weſtfalia.

,, Il primo di d' Aprile gionſi in
,, Colonia, et ſcriſſi ſubito a Brull a
,, Monſignore Reverendiſſimo di Co-
,, lonia, et a Treveri, et a Liege.
,, Monſignore di Colonia era infer-
,, mo: onde io mi fermai in Colonia
,, la ſettimana ſanta, con animo di
,, far, con buona gratia di Monſi-
,, gnore Reverendiſſimo, prima l'of-
,, ficio con la Città di Colonia, la ſe-
,, conda feſta di Paſqua. Ma inten-
,, dendo poi, che a li 20. di queſto ſi
,, farla un Convetro di tutti i Princi-
,, pi Elettori in Francfordia, m' è
,, parſo neceſſario di andar ſubito a
,, parlare a gli due Elettori Eccle-
,, ſiaſtici Colonia et Treveri, per far
,, ſeco officio a tempo, che nel Con-
,, vento poſſano trattar fra loro del
,, Concilio: et venni l' altr' hieri
,, qui a Brull, dove è Monſignor di
,, Colonia. Hieri poi gli parlai, et gli
,, diedi il Breve et la Bolla, et l'
,, eſſortai a venire in perſona a Tren-
,, to. Egli, dopo haver communicato
,, ciò con i ſuoi Conſiglieri, mi riſpo-
,, ſe di ringratiare N. S. de la bene-
,, dittione et del Breve, et de la
,, ſantiſſima intentione di rimediare a
,, tanti mali, ſpecialmente di Germa-
,, nia: di voler eſſere obediente et
,, devoto di S. S. et che verrebbe vo-
,, lentieri al Concilio: ma, conſide-
,, rando lo ſtato preſente de le coſe
,, di Germania, non ſi poter riſolvere,
,, non communicato prius conſilio cum
,, Sacra Caeſarea &c

,, Del Convento di Francfordia mi
,, diſſe, che ſi farà in eſſecutione d'
,, una lega commune, fatta già molt'
,, anni fra tutti gli Elettori, per coſe
,, temporali ſolamente, et che non
,, sà, che vi ſi debba trattare del Con-
,, cilio. nè altro ho potuto intendere
,, da lui; non havendo manco potuto
,, eſſer ſeco un' hora, per la ſua in-
,, diſpoſitione. Onde maggiormente
,, deſidero eſſer toſto con Monſigno-
,, re di Treveri. Non ſono reſtato
,, però di eſſortare eſſo Monſignore
,, di Colonia a valerſi di queſta occa-
,, ſione del Convento, per trattare con
,, gli colleghi Eccleſiaſtici principal-
,, mente, et ancora con gli Proteſtan-
,, ti, acciochè ſi promova la celebra-
,, tione del Concilio univerſale. A che
,, brevemente mi riſpoſe, che dal can-
,, to ſuo ne ſarebbe ogn' opera.

,, Gli diſſi poi de le chieſe di Fian-
,, dra quanto V. S Illuſtriſs m' im-
,, poſe. Egli et altri Veſcovi, intereſ-
,, ſati circa queſto, havevano già mol-
,, ti giorni deliberato di mandare il
,, Decano di Liege a Roma ſopra que-
,, ſto negotio; il quale, ſubito ch'
,, io gionſi in Colonia, venne per no-
,, me di Monſignore Arciveſcovo a
,, parlarmene, et già parea, che la ve-
,, nu-

Atque hinc, adversa progressi ripa, ad Confluentem Rheni Mosellaeque, Trevirorum Archiepiscopum adivimus (1). Is quoque

Trevirorum Archiepiscopus.

„ nuta sua costì fosse sospesa. Hora „ si sono risoluti di novo, ch' ei „ venga, et Monsignore di Colonia „ m' ha fatto dire di conoscere benissimo in quali termini il presente „ negotio sia stato lasciato dal predecessore di nostro Signore, quasi del „ tutto spedito: non di meno giudicare cosa conveniente, che in ogni „ modo esso Decano venga a li piedi di S. S. a supplicarla, che inanzi, „ che si mandi alcun Nuntio o Commissario di nostro Signore in Fiandra, a constituir gli confini, et „ distribuir queste provincie, S. S. „ sia contenta d' udire una volta le „ loro ragioni, le quali per più rispetti questi interressati tutti desiderano pervenire a notitia di S. „ Beatitudine, &, quando non per altro, almeno per far dal lato loro „ quello, che possono; a perpetua scusa appresso i loro successori.

„ Io, con l' occasione de la partita „ di questo gentilhuomo, mando insieme con la presente lettera mia „ cinque lettere, darenti in risposta di „ Brevi di N S. da l' Elettore di Brandeburg, da l' Eletto di Magdeburg, „ dal Duca di Bransvich, dal Vescovo di Padborn, da l' Eletto di Munster, & di più una risposta in scrittura, che esso Duca di Bransvich mi „ diede, oltra la lettera, la quale „ scrittura io non ho mandato fin' „ hora, per dubio del ricapito: solo „ da Rhene le mandai una copia del „ recesso fatto nel Convento del Circolo Saxonico in Bransvich. In queste „ lettere V. S. Illustriss. vederà la „ mente di questi Principi, ma specialmente, quanto a gli Vescovi, io „ per me non credo, che alcuno di „ loro pensi di venir al Concilio; & „ gli Principi heretici fanno ogn' opera, perchè non vengano, per debilitar, quanto possono & minuire „ l' autorità d' esso Concilio; &, se „ doveranno pur venire, sarà necessario, che prima essi Vescovi et Prelati ritrovino forma d' assicurare gli „ stati loro, collegandosi insieme, & „ con gli Principi laici, che restano „ Catholici, secondo che contra i tumulti del Marchese Alberto si fece con la lega Franconica, la „ qual lega ha insieme mantenuto lo stato temporale di quei „ Vescovi, et sostenuto la religione: „ di modo che quest' altri Vescovi „ ancora, così facendo, potrebbono overo tutti venir al Concilio, o almeno in gran parte, et questo con „ mandato de gli altri, come altre „ volte è stato fatto

„ Hoggi io parto di Brull, et scriverò di nuovo a V. S. Illustriss. „ come prima habbia parlato con „ Monsignore Arcivescovo di Treveri, et ritornarò poi a Colonia, per „ far l' officio con la Città et con „ l' Università, et spero di ritrovare „ almeno a l' hora lettere di V. S. „ Illustriss. con ordine, se debbo andare in Dania o nò, acciò ch' io „ possa deliberare del mio viaggio. „ Questa io scrivo in fretta, sollicitato „ dal sudetto Decano.

„ Monsignore Abbate Martinengo „ passò per Colonia martedì a gli 8. „ et, stato meco la notte, partì il dì „ seguente per Brusselle, di onde scriverà a V. S. Illustriss. a la quale „ bacio le mani. Di Brull a li 11. „ d' Aprile MDLXI.

1 Die 13. Apr 1561. Quae cum Trevirorum Archiepiscopo Commendonus egerit, significavit ipse hisce ad Card. Borromaeum datis litteris:

„ Scrissi in fretta a V. S. Illustriss. „ et Reverendiss. di Brull a li 11. „ dovendo subito partire il Decano „ di Liege; ma, havendo poi esso „ Decano di Liege differito alquanto „ la sua partita, ho preso occasione „ di scriver questa di Confluentia, „ et di mandargliela dietro, per dire a „ V. S Illustriss. come già fatto il „ sudetto plico in Brull, nè restando „ io

que unus eſt e Septemviris, qui Caeſarem creant; & is quoque late populis imperat, ipſoſque Treviros in ditione ha-

,, io molto ſatisfatto di quello, che
,, quivi havevo inreſo circa il Con-
,, vento de' Principi Elettori, feci
,, ſapere a Monſignore di Colonia di
,, haver lettere da Vienna, che la
,, Ceſarea M. havea ſcritto a gli Eletto-
,, ri Eccleſiaſtici, che voleſſero conſi-
,, derare, come ſi poteſſe promovere
,, il Concilio, & ſe fuſſe bene fare
,, una dieta Impeniale, o pigliar altro
,, eſpediente: & ch' io però deſideravo
,, d' intendere, ſe così era, ee quello,
,, ch' eſſi Elettori havevann riſpoſto a
,, S. M. L' Areiveſcovo mi fece dire,
,, eſſer vero, che l' Imperatore havea
,, ſcritto a tutti gli Elettori così in
,, generale, che penſaſſero, come ſi
,, poteſſe promovere il Concilio: et
,, che eſſo haveva riſpoſto a S. M. che
,, con ogni via poſſibile cercarebbe
,, di farlo. Io di nuovo lo pregai a
,, farmi ſapere, ſe in queſto Conven-
,, to di Francfordia ſi trattarebbe del
,, Concilio: et mi fece dire, come la
,, notte ſteſſa gli erano venute let-
,, tere, ch' el Convento di Francfordia
,, non ſi farebbe, ma che gli Elet-
,, tori Eccleſiaſtici cercariano di con-
,, gregarſi fra loro, et che S. Signoria non
,, mancarebbe a l' hora di far ogn' o-
,, pera, come devoto et obbediente
,, figliolo di S. S. et de la Sede
,, Apoſtolica.

,, Hieri a li 13. venni a Confluen-
,, tia: fui con Monſignore Arcive-
,, ſcovo di Treveri, il quale con o-
,, gni poſſibile dimoſtratione di rive-
,, renria verſo N. S & con grandiſ-
,, ſima ſinceritá d' animo mi diſſe, la
,, C. M havet ſcritto & eſſortato
,, tutti tre gli Elettori Eccleſiaſtici
,, a conſiderare, qual via ſi poteſſe te-
,, nere per promovere il Concilio, o
,, facendo una dieta imperiale, o per
,, altro mezzo: che eſſi tre di com-
,, mune conſenſo haveano riſpoſto,
,, non parer loro eſpediente, che ſi
,, faccia dieta; eſſer molto meglio,
,, che S. M particolarmente tratti
,, con gli Principi, atteſo che ne le
,, diete gli Proteſtanti ſtanno uniti
,, & oſtinati ne le loro moſtruoſe
,, dimande circa il Concilio: onde ſi
,, può fare molto più frutto, negotian-
,, do con ciaſcuno a parte, come io
,, potevo per eſperientia conoſcere, ha-
,, vendo trattato prima nel Conven-
,, to, et poi in particolare con l' E-
,, lettore di Brandeburg lo riſpoſi,
,, che credevo, quello eſſer vero, ma
,, che la dieta non eſcludeva quelli
,, patticolari officii, i quali, prima che
,, ſi congregaſſero i Principi, S. M.
,, harebbe potuto fare con ciaſcuno
,, di loro; nè ſolo con gli Proteſtan-
,, ti, ma con gli Catholici ſteſſi Le
,, coſe de la religione in Germania
,, eſſer già ridotte a termine, che non
,, ſi può lungamente differire il ri-
,, medio: quanto più ſi prolunga,
,, tanto più eſſere difficile & peri-
,, culoſo: gli Heretici creſcer di gior-
,, no in giorno, havet guadagnato
,, non ſolo la più parte de' Principi
,, laici, ma contaminate et infette
,, le provincie de' Principi Catholici
,, sì Eccleſiaſtici come laici, talchè a
,, pena eſſi Principi Catholici ſi
,, poſſono prevalere de' loro ſud-
,, diti, o havere le ſolite contri-
,, butioni, & la debita obbedien-
,, tia: eſſer già tempo di metter fi-
,, ne, o almeno riparare a tanti ma-
,, li: non eſſer dubbio, che le forze
,, de gli ſtati Catholici de l' Imperio
,, ſono ancora maggiori di quelle de'
,, Proteſtanti, nè quelli eſſer così re-
,, ſpettati & temuti per altro, che
,, per l' unione fra loro, la qual unio-
,, ne però è d' animi grandemente di-
,, ſuniti, & ſolo congionti in un o-
,, dio di tutti loro contra la Religio-
,, ne Catholica, et in una cupidità di
,, uſurpare gli beni, che reſtano a gli
,, Eccleſiaſtici: per il che eſſer neceſ-
,, ſaria una buona intelligentia &
,, vera unione fra gli Principi Catho-
,, lici de l' Imperio, da la quale ſi
,, potrebbe poi ſperare ogni buono &
,, felice ſucceſſo ne la dieta, &, an-
,, co

habet. Cum eo (nam vir erat insigni prudentia atque fide) de statu Germaniae multa collocutus(1) est Commendonus. Morati triduum discessimus(2); ac navigio excepti, secundo flumine, ad oceanum usque evecti sumus, multos praeterlati populos, qui utranque ripam Rheni incolunt. Editos enim Rnenus plerunque inter tumulos fluit, adeo castellis atque

,, eo senza dieta, con una tale unio-
,, ne si sarebbe facilmente la via al
,, Concilio, perchè già è stato vedu-
,, to per esperientia, quanta reputatio-
,, ne & giovamento ha portato la le-
,, ga Franconica a multi Principi
,, & Prelati Le quali cose però io
,, dissi di dire a Sua Signoria Reve-
,, rendissima, non come publica perso-
,, na, nè per espressa commissione,
,, che io n'habbia, ma per il deside-
,, rio, che particularmente ho de la
,, salute & de la pace di questa pro-
,, vincia, dove sono stato già più
,, volte, & mosso ancora dal zelo,
,, che io conosceva in S. Signoria Re-
,, verendissima. Essa dopo molte amo-
,, revoli & prudenti parole venne a
,, dirmi, che, essendo io entrato in
,, simili ragionamenti, mi voleva di-
,, re confidentemente, come l'anno
,, passato in Augusta egli haveva
,, trattato con l'Imperatore, accio-
,, chè si facesse una lega de gli tre E-
,, lettori Ecclesiastici con gli paesi bas-
,, si del Rè Catholico, & col Duca
,, di Cleve, & col Vescovo di Mun-
,, ster, & altri Principi vicini; la
,, qual lega corrispondesse a la Fran-
,, conica, sì che una ne la superiore
,, Germania, l'altra ne l'inferiore
,, stabilissero lo stato spirituale &
,, temporale de gli Catholici, soccor-
,, rendo anco l'una a l'altra secundo
,, il bisogno: & che l'Imperatore ha-
,, veva approvato grandemente que-
,, sto consiglio, & che Sua Signoria l'
,, haveva supplicato ad aiutare &
,, promover questa impresa, & farne
,, officio col Duca di Cleve, suo ge-
,, nero, & con altri ancora: ma che
,, poi non s'era fatto altro. Io le di-
,, mandai, se s'era inteso sopra ciò la
,, voluntà del Rè Catholico? mi ri-
,, spose, ch'egli era prontissimo. Poi
,, dimandandole io, onde fusse nato l'
,, impedimento di questa opera, disse
,, di non saperlo. Io vo dubitando, che
,, questo forse habbia portato gelosia,
,, che il Rè Catholico divenisse come
,, protettore de gli tre Elettori Ec-
,, clesiastici et altri Principi Ma, se
,, non si piglia partito di unir gli Ca-
,, tholici, et liberargli da questo timo-
,, re et servitù, ne la quale sono ca-
,, duti, a me pare, che le cose de la
,, religione sieno quì poco meno, che
,, disperate.

,, Del Convento di Francfordia S. Si-
,, gnoria mi ha detto il medesimo, che
,, Monsignor di Colonia, et simil-
,, mente m'ha confirmato, che egli
,, col detto Monsignore procuravano
,, di far convocare un'altro Conven-
,, to, ma non già di tre Elettori Ec-
,, clesiastici soli, come mi fece dire
,, Monsignor di Colonia, ma de gli
,, quattro Elettori del Rheno, et
,, dimandando io, perchè non lo face-
,, vano fra loro Ecclesiastici soli? mi
,, rispose, che era bisogno di fuggire
,, ogni occasione di dar suspetto; et
,, che nondimeno harebbono essi Ec-
,, clesiastici commodità di tratrare li-
,, beramente fra loro, et s'offerse di
,, far ogni buono officio, conoscendo
,, esserne grandissimo bisogno Quanto
,, al tempo, mi disse, non esser riso-
,, luto ancora, tuttavia mostrò di cre-
,, dere, che non si sarebbe prima, che
,, al fine di Luglio. Ragionò anco d'
,, alcun'altre cose, de le quali scri-
,, verò poi con maggior commodità.
,, Hora dubito, che questa mia non
,, parta a tempo di raggiungere il
,, Decano, et però facendo fine ba-
,, cio humilmente le mani di V. S.
,, Illustriss Di Confluentia a li 14.
,, Aprile MDLXI.

1 [illegible] endosum autographi *collocatus* respui.

2 Coloniam reversi die 21. Apr. 1561.

que oppidis frequentes, ut non facile avertas ab uno aſpeꝗum, quin aliud ſtatim occurrat oculis. Ad Cliviam, nobilem urbem regionis ejus, paulum a ripa remotam, deſcendimus, Vilelmumque, opulentum & validum Regulum, viſimus (1). Bello is, ſuperioribus annis, cum Carolo quinto Caeſare contendit, victuſque leges pacis accepit; in quibus fuit, ut, conditione Joannae, Navarrae reginae, rejecta, cum qua nuptias, Gallorum inſtinctu, pactus erat, Ferdinandi (2), Caeſaris fratris, filiam duceret; quae tum in matrimonio ejus erat, & plures ex eo partus ediderat. Sed illa alienata tum mente videbatur. Faeminae enim probae ac religioſae injectus ſcrupulus fuerat, juſtum ſibi cum Vilelmo conjugium eſſe non poſſe, quod ille ita matrimonium cum Joanna verbis, praeſens tempus definientibus, iniviſſet, ut dirimi ea ſponſio, irritaque fieri non potuerit. Id tantam animo ejus curam doloremque incuſſerat, ut brevi in non dubiam mentis perturbationem amentiamque laberetur. Mirum, paucis poſt annis, in parem morbum, ſi non ab pari dolore, ab pari forte cauſa, Vilelmum ipſum incidiſſe, atque eodem filios quoque laboraſſe; ſic, ut curam regni ſuſcipere propinqui interdum neceſſe habuerint, & nunc habeant.

Vilelmus Cliviae Dux.

AN-

1 Die 26. Apr. 1561.

2 Quum omnis hoc loco in autographo abeſſet interpunctio, diu haeſi, *Ferdinandi Caeſaris fratris filia* quaenam a Gratiano diceretur, ignorans. Adhibita interpunctione, ſublata omnis dubitatio eſt. Juſſus eſt Vilelmus, Ferdinandi, qui Caroli V Caeſaris frater erat, filiam ſibi matrimonio jungere. Ea fuit Maria Auſtriaca.

ANTONII MARIAE
GRATIANI
A BURGO SANCTI SEPULCRI
DE SCRIPTIS INVITA MINERVA
AD ALOYSIUM FRATREM
LIBER XIIII.

CLivia ad navem regressi, iter perreximus (1). In Holandia [partem hanc antiquae Bataviae fuisse ferunt] Trajectum, ut urbis ejus Archiepiscopum de Concilio appellaremus, divertimus. Oppidum est peramplum validumque, & publicis & privatis aedificiis in primis nobile ; regioque Holandiae editissima, & ex eo cultior fertiliorque. Fuere hujus aliquando Archiepiscopi, inter principes Belgarum, insignes opes: quippe in cujus jure, cum ipsa urbe, Trajecten-

Trajectum Vrbs.

1 Die 20. Aprilis 1561. Sed antequam huc proficisceremur, litteras ad Card. Borromaeum de Coloniensibus rebus Commendonus die 25. Apr. Romam dederat, quas profero:

„ Dovendo scrivere a V. S Illu„ strifs. quanto s'è fatto in Colonia, „ io le dirò prima, che fin' in West„ falia io intesi, come questa Città, „ benchè sia Catholica, et il Magi„ strato regga catholicamente, non di „ meno vi sono di molti infetti, i „ quali, non potendo far altro per ho„ ra, impediscono l'essecutioni contra „ gli Heretici, & gli favoriscono di „ nascosto: talchè vi concorrono mol„ ti & Lutherani, et Sacramentarij, „ et d'altre sette; tanto più che al „ presente non v'e alcuna Inquisitio„ ne; perchè, morto il priore passato „ de' Dominicani, c'haveva questo ca„ rico, nè il successore suo nè altri è sta-

ſis provincia omnis eſſet. Sed anno MDXXVIII. cum Carolus, Dux Gheldriae, bellator vir ac ferox, imbellem inter-

,, to ſuſtitnito; anzi un' altto inqui-
,, ſitore, che per nome de l' Arcive-
,, ſcovo gli ſoleva eſſere aggionto, è
,, tanto vecchio, che non ſi può ado-
,, perare; onde così neceſſario officio
,, ceſſa non ſolo in Colonia, ma in gran
,, parte ne le provincie Tre erenſe &
,, Maguntina, l' inqui itione de le
,, quali dicono, che iuole dipendere
,, da l' inq-iitore di Colonia. Non
,, è manco ſtato mai poſſibile, che li
,, Jeſuiti habbiano imperrato d' eſſer
,, admeſſi come un' ordioe di religio-
,, ſi, ſi che poſſano haver loro Chie-
,, ſa, dove amminiſtrino gli ſacramen-
,, ti, et loro convento per admettere
,, chi voleſſe intrare ne la Compagnia,
,, ma ſolamente come dottori, che
,, leggono ne lo ſtudio; ſe bene io
,, intendo, che la colpa principale di
,, queſto è del Clero, et più de'
,, Frati mendicanti. Oltra di queſto i
,, figliuoli de' principali Cittadini van-
,, no a certe ſcole vicino a Colonia,
,, dove imparano il Cathechiſmo d'
,, heretici, et ſpecialmente in Duſ-
,, ſeldorp, dove è Maeſtro il Mon-
,, hemio, huomo di peſſima dottri-
,, na, et d' incredibile rabbia contra
,, la religione Catholica; et di là ri-
,, tornano tutti infetti: et fra poco
,, tempo, dovendo ſuccedere ne' ma-
,, giſtr. ti, ſi può dubitare grandemen-
,, te di mutatione: nè è forſe coſa
,, di maggior momento, nè che por-
,, ti più certo et maggior danno a
,, la religione di tali ſcuole. Io,
,, come ſcriſſi a V. S. Illuſtriſs. ha-
,, vevo animo di far prima l' officio
,, con la Città, et poi andare a Mon-
,, ſignore Arciveſcovo: ma per dub-
,, bio del Convento di Francfordia
,, preſi partito d' andar prima a gli
,, due Elettori Colonia et Treveri:
,, tanto più che Monſignor di Colo-
,, nia m' havea fatto ſapere per il
,, Decano di Liege, come la Città
,, conſultava di mandare alcuni po-
,, chi ad uditmi, et che a S Signo-
,, ria Reverendiſs. doleva, che non do-
,, veſſero venire gli conſoli ſteſſi, ſe-
,, condo il ſolito. Onde io, conſideran-
,, do, che non biſognava laſciar pren-
,, dere queſta piega al negotio, giu-
,, dicai eſpediente di mettere un po-
,, co di tempo, et rimediar a queſto
,, ancora; come poi s' è rimediato:
,, di modo che ritornato in Colonia
,, a li 21. a li 22. vennero al mio
,, alloggiamento non pure i conſuli
,, de la Città, che ſono in officio,
,, ma alcuni di quelli, che ſono ſtati,
,, & devono ſuccedere nel Conſolato,
,, & altri del Conſiglio, a li quali
,, eſpoſi la commiſſione di noſtro
,, Signore circa il Concilio; et feci
,, inſieme officio circa i libri prohi-
,, biti, che vi ſi ſtampano ſecreta-
,, mente, et vi ſi portano d' altre
,, parti, avvertendoli et del molto
,, numero d' heretici, che vengono
,, ad habitare in Colonia, et degli
,, altri diſordini ſopra detti. Il che
,, però feci in forma di laudare la
,, loro conſtantia ne la religione Ca-
,, tholica, et gli ordini già fatti dal
,, Senato, che neſſuno, che non ſia
,, prima ben conoſciuto, poſſa habita-
,, re ne la Città; et altre ſimili pro-
,, viſioni &. et gli eſſortai non ſolo a
,, dar eſecutione a queſta legge, ma
,, a farne de l' altre in tanto biſo-
,, gno. L' altr' hieri ritornorno con
,, la riſpoſta per nome del Senato,
,, la qual fù di rendere infinite gra-
,, tie a N S del Breve, et de la
,, benedittione, et dimoſtrarſi humi-
,, liſſimi et obbedientiſſimi ſervi di
,, S Santità, et di voler, come prima
,, m' havevano detto, far ogn' opera
,, per conſervatione de la religione
,, Catholica; et che non ſolo voleva-
,, no dar eſecutione a gli ordini già
,, fatti, ma penſare a farne di nuo-
,, vi, ſecondo l' ammonitioni di S.
,, Beatitudine. Del Concilio, quello di
,, loro, che parlava, diſſe queſte for-
,, mali parole: che il Senato non du-
,, bitava, che tutti gli Principi Ca-
,, tholici, et ſpecialmente Monſignor
,, Arciveſcovo ſuo, haveſſe a man-
,, dar ſuoi Ambaſciatori al Concilio,
,, et

ertemque Archiepiscopum nactus, eum armis aggressus esset, ac, potitus urbe, fessum malis, expoliatumque confugere

 ad

„ et che il Senato ancora tunc temporis faceret, quod ex dignitate censeret: et soggionse, che, conoscendo la paterna mente di S. Santità, havevano pensato di communicarmi certe cose, et dimandare alcune gratie, de le quali però dovevano prima consultare, et me ne mandarieno i memoriali a Brusselle, o vero a Liege. Io, risposto al testo, replicai le parole formali circa il Concilio, richiedendo se così appunto io doveva scrivere a S. Santità. Essi mostrorono assai miglior animo, che queste parole non indicavano, et di tenersi honorati, che come libera Republica dovessero mandare Ambasciatori al Concilio: et colui medesimo, che haveva parlato, mi disse, che quelle parole tunc temporis &c. non gli erano state in posse, ma che gli erano uscite così inavertentemente. Io replicai, che saria bene, che la Città rispondesse al Breve di N. S. con quelle parole, che fossero convenienti a la loro religione, & conformi al sigillo de la loro Republica, che ha tale inscrittione: „„ Colonia Aggrippina S R E devota, & obediens filia: „„ & che mi mandassero questa risposta insieme con gli memoriali de le gratie, che desideravano; offerendomi di far quanto potessi a servitio loro: il che hanno promesso di fare.

„ Con la facultà theologica l'altro hieri feci l'officio, et gli ho specialmente essortati ad adoperarsi con la Città, che gli libri heretici non vi si stampino, nè vi si portino. Ho anco chiamato a parte quei Dottori, che, per la gratia ultimamente confirmatagli da S. Santità, hanno prebende ne le collegiate di Colonia, con obligo di legger Theologia, et admonitoli a fare il debito, perchè intendeva, che non leggevano di continuo; essi s' escusano, che, se bene hanno la possessione de le prebende, non possono, per gli statuti de le loro chiese, havere i frutti, se non dopo alcun tempo: non di meno hanno promesso di leggere per questo tempo ancora.

„ Il Vescovo d' Osnaburg è passato di quà, et m' è venuto a vedere. E' veramente Signor di mostra virtù, et di grand' animo, nobile, ben litterato, ha cognitione di molte lingue, et grand' esperientia de le cose. S' è doluto d' esser stato absente, quando io passai da Osnaburg, & s' è offerto prontissimo a servitio di N. S. al quale ha detto di voler rispondere, & mandarmi le lettere in Anversa. Nondimeno ha meco lungamente discorso de lo stato turbolento di Germania, & de la difficultà, et pericolo, che i Vescovi hanno, partendo de le loro diocesi; & che saria forse bene, che gli Arcivescovi, per commissione de la Sede Apostolica, adunassero prima Sinodi provinciali, dove si deputassero uno o due Vescovi per provincia a venire al Concilio, & gli altri restassero, come a commune diffesa de le diocesi loro, & de gli absenti; & s' offeriva, quanto a se, di volere accettar volentieri questo carico di venire. Io, stimando esser pericoloso far Concilii provinciali in Germania, laudai solo la pronta sua volontà, et l' essortai, che, come per molte conditioni è fra li primi Vescovi di Germania, così voglia essere fra li primi, che di questa, o qualunche altra provincia venghino al Concilio, & soggionsi, che, senza metter tempo in far altri Sinodi provinciali, ciascun Vescovo, c' havesse legitima scusa di non venire, potrebbe far suoi procuratori. Egli in vero mostra gran desiderio di venire: ma io temo di lui ancora, massimamente sentendosi questi andamenti de' Principi Protestanti, che non cessano di

„ man-

ad alienam opem coegisset, Carolus quintus Caesar ea lege restituendum suscepit, ut et urbs ipsa, & jus imperii, quod Archiepiscopus habuisset, Caesari ipsi dederetur, Archiepiscopus Sacris praesideret. Ita Caesar, amoto, auctoritate nominis sui, ac belli denunciatione, Carolo Gheldrio, receptam urbem; oppida, agrum, bonaque omnia, quae Archiepiscopi juris fuerant, ditionis suae fecit. Trajecti, humilibus parentibus, natus est Adrianus sextus, Pontifex Max. cui, post Leonis X. mortem, patrum nostrorum memoria, longe gentium in Hispania absenti, ignaro Romanae Aulae, ignotoque, dissidentium Cardinalium suffragia summum honorem detulerunt. Solum hunc, ne iis quidem unquam visum, a quibus ad tantum fastigium est evectus, non nisi Pontificem Max. Roma attonita vidit. A Trajecto descendimus (1) Dodracum, nobile ac frequens oppidum, &, concursu variae mercis, & propinquae Antuerpiae commercio, dite, in insula situm, ubi Rhenus, qua Vahalis dicitur, Mosaque, qua Rheno juncta in Meruem mutatur, aquis oceani miscentur. Continenti aliquando ea jungebatur insula, aut adeo ipsa continens erat. Sed anno MCCCCXXI. fluminum vis, ac maris, ab oceano inundantis, impetus totum circa terrae tractum operuit fluctibus. Qua pe-

Trajectum Carolo Caesari traditum.

Adrianus VI. Pontifex.

Populi repentino aestu obruti.

„ mandare inanzi, et in dietro suoi „ Consiglieri.

„ Io scrissi a V. S. Illustrissima da „ Rhene quanto havevo inteso dal „ Duca di Bransvich circa un nuovo „ Convento di Principi, et ne havevo „ scritto anche prima di Craintz. „ Hora si conferma da più bande, „ che si deve fare in Turingia. V. „ S. Illustriss appena potrebbe cre„ dere la vigilantia di costoro, & il „ sonno de' Catholici. Pare appunto, „ che i nostri sieno quelli, che si con„ fidino ne la fede sola senza opera: „ tanto poco mostran curarsi di ri„ mediare a la presente ruina. A l' „ incontro coloro, benchè fuora de „ la verità non possano ritrovare ve„ ra unione o concordia, cercano però „ di sopportarsi l'uno l'altro, et dar „ vista di conforme opinione. Soli, „ per quanto intendo, gli Duchi di „ Sassonia, figliuoli di Gio Federico, „ con gli loro Theologi, s'oppongo„ no, &, come fecero nel Conven„ to di Namburg, instano, che si con„ dannino espressamente tutte l'altre „ sette, fuori de la Lutherana, et „ questa secondo la confessione del „ 1530. la qual dicono poi esser sta„ ta falsificata, insieme con gli altri „ libri di Luthero, et però gli han„ no restampati di nuovo; & così „ il Signore Dio, cavando bene del „ male, adopera gli medesimi he„ retici a servitio suo, et fa, che „ gli altri Principi non possono pre„ tender, come vorrebbono, con gli „ populi una sola confessione di tut„ ti loro.

„ De l' Inquisitor per questa Cit„ tà V. S Illustriss. potrà dire una „ parola a Monsignor Illustriss. A„ lessandrino, acciochè quanto prima si „ provegga di uno a questo officio. Io „ intendo, che quì è stato sempre so„ lito darsi al Priore de' Dominica„ ni. Bacio riverentemente le mani „ a V. S. Illustriss. Di Colonia a li „ 25. d' Aprile MDLXI.

1 Die 2. Maji 1561.

peste aliquot oppida, & supra septuaginta pagi, & mortalium ingens numerus, cum bonis & fortunis suis, obruti undis, miserabili casu periere: cujus cladis vestigia, cum plus solito recedit aestus, saepe in alto apparent. Dodracum, tenentibus undique omnia aquis, quia editior paulo locus erat, in insula constitit. Holandia (quod ipsum significat nomen) est omnis depressa palustrisque, & ipso maris aestu, quo pulsatur, ipsorumque, a quibus proscinditur, amnium vadis humilior; nisi hi validis aggeribus (1) molibusque intra ripas continerentur: quibus quidem molibus prope universa clauditur communiturque Holandia. Quid? quod ipsum solum, plerisque in locis, supernatare aquis, ac tremere, sub prementium vestigiis, videtur? Quod ne vanum putes, ad Herlem, delapsam hau tamque stagno bovem, triduo post, fluctibus pelagi in littus ejectam reperisse dominum, pro non dubio narrant: cum stagnum, quo mersa est, tribus amplius miliaribus a mari distaret. Pinguis alioqui gleba atque uber, & pabuli maxime ferax; sed frumenti segetumque aliarum & fructuum inops: quod & rara hic arbor & gignendis frugibus terra aquosior. At prata pascuaque adeo laeta & viridantia, ut inde incolae omnes parum arvo, plurimum pecori studeant: nec ullius rei apud eos certior proventus, aut ullae certiores opes. Pascuntur passim magni equorum greges, ingens armentorum numerus, ac praegrandes boves. Lacte hic omnia exundant. Tantum butyri, tantum casei est, ut non solum sibi vicinisque Belgarum populis, sed longinquioribus etiam provinciis, Germaniae, Galliae, Britanniae, Hispaniae copiam praestent; tanto quidem ac tam divite quaestu, ut ex eo decies centena millia nummum aureorum percipi affirment, quibus indagare id curae fuit. At longe illis quaestuosissimum est ipsum mare, quod supra octingentis (2) majoribus navibus, supra sexcentis minoribus exercent: nec ulla gens aut navigandi peritior, aut adversus pericula procellarum audacior, aut contra omnem saevientis pela-

Holandia.

Solum sub pedibus tremens.

Laeta pascua.

Maxime omnium mare exercent.

1 „ Cum cursitarem, *inquit Petrus Daniel Huetius in Commentario rerum ad se pertinentium pag. 55. Lipsiensis edit. an.* 1719 per Hollandiam, ac saepe „ deambularem supra stupendos illos „ aggeres, quibus frangitur imminentis „ maris impetus, et a depressis terris „ arcetur, rei miraculum his versibus, „ in ipsa arena effusis, canere libuit:
„ His super edocti longas, molimi-
„ ne magno,
„ Infixere sudes pelago: tum im-
„ mania saxa &c „

2 Haec est utriusque exemplaris lectio, non, qualem fuisse a Gratiano suspicor *octingentis minoribus .... sexcentis majoribus*.

lagi ac ventorum rabiem pugnacior. Praeter quam quod omnia septentrionis atque occidentis maria, omnes portus, mercaturae causa, frequentant, & undique omnis generis merces referunt domum. Piscandi arte studioque ita excellunt, ut non vicina vada, ut plerique, sed intentata aliis ignotaque scrutentur, &, libidine lucri, usuque atque audacia, ad ultimos oceani, ac prope naturae ipsius, terminos pervadant [1], &, veluti rapta refugienti Neptuno praeda, stipatis infinito pisce navibus, remeent. Novissime & piraticam facere instituerunt, illecti magnitudine praemii, quantumvis injusti. Interjecta nostro ac occidentali orbi maria classibus vagantur: navesque, a Brasili, Perù, America atque etiam ex orientali India, Olisipponem Hispalimque, cum ditium regnorum opibus petentes, excipiunt. Omnia ita infesta latrociniis habent, ut Hispanis, a quorum rege, superioribus annis, contumaciter defecere, commercium tot gentium, tot insularum, quarum latissime imperio potiuntur, interrupisse videantur: certe, qui antea paucis atque adeo etiam singulis navigiis, ut in pacato, navigationem inire consueverant, nunc, nisi explorato, ac magnis classibus magnoque sumptu comparatis, iter non suscipiant. His aucti praedis lucrisque Holandi, & situ ac natura locorum, quos incolunt, freti, non sustinent solum, tot per annos, repelluntque ab se bellum, sed plerunque in alienis finibus gerunt, &, Hispanorum dominatu exuto, raptam libertatem, aut, libertatis specie, paucorum Principum potentiam egregie tutantur. Coelo quoque salubri in tam humenti terra fruuntur. Salubritatem praestant perflantes undique permeantesque venti, & salsedo maris, & frequentia urbium incolarumque major multo, quam pro magnitudine terrae, quam colunt. Nusquam enim tam lata regio est, ex qua septem ad summum horis evadere expeditus non possit. Et tamen undetriginta urbibus, quarum sex peramplae validaeque, & firmitate ac munitione maenium, turrium, portarum, & magnitudine & elegantia aedificiorum, & dignitate ac fortunis civium, cum ornatissimis florentissimisque comparandae, habitatur, & supra quadringentis pagis vicisque, quorum pars maxima justorum oppidorum speciem aequant. Nam Hajae, quae, quia septa muris non est, inter pagos numeratur, supra decem millia capitum censentur. Gens in universum ferox bello, & antiquae virtutis reti-

Piraticam faciunt.

Libertatem tuentur.

Gens bello ferox.

1 In utroque exemplari *pervadunt*. Sed in altero emendatum est, ut edidimus: at in neutro infra *remeent*, quemadmodum correximus, sed *remeant*.

tinens, qua nullus, ex omnibus Germaniae populis, Romana arma magis exercuit, dum hostes fuere, aut magis juvit, dum socii. Firmum iis, & cuivis labori sufficiens, corpus animusque. Flavus fere capillus viris faeminisque, & par utrisque proceritas. Faeminarum pulchritudo prorsus insignis. Ardescunt roseo colore genae; corpora candore plane nivali nitent; teretibus, & succo plenis, membris: nec ulla apud eas suspitio fuci, aut arte & unguentis molliti & compti corporis, quod non nisi pura abluunt aqua. Denique, qui domi, ob sterilitatem, egent, foris tanta industria patientiaque agunt, ut alienis opibus plane ditescant. Quas natura soli agrorumque negat fruges frumentaque, iis ita abundant convectis, ut non suis solum, sed aliis populis permultis alimenta suppeditent. Incredibilem enim copiam e Dania Dantiscoque exportant, ut latissimi Poloniae campi iis maxime arari videantur. Vinum eorum terra non gignit: at, quod praestantissimum inter eos habetur, Rhenanum & Necaricum, universae Belgiae populi, ipsique Britanni, non alio, quam Dodracum, ad ea paranda coemendaque vina, commeant. Linum non ferunt: at (1) vel una hac nendi texendique lini laude, nomen sunt nacti. Holandicis enim telis quae tenuiores? quae candidiores? aut cujus rei illis uberius lucrum? qui tantum telarum conficiunt, ut per omnem inde Europam differantur, & magno ubique pretio parentur. Lanarum quoque nullus, aut perexiguus, apud eos proventus: quippe tam rari illhic minoris pecoris greges, quam crebra armenta bovum. Et tamen haud scio, an alibi uspiam plus lanei operis fiat; advectis ex Hispania, Britannia reliquaque Belgia lanis. Perinde sparto, pice, aere, ferro atque omni navali materia carent: & major his navium numerus, quam ulli Europae populo est. Ac tantum lignorum, struendis molibus, quibus vim atque impetum aestuantis oceani arceant, consumitur, quanto vix ullae silvae sufficere posse videantur. Sicut enim victus iis cultusque & opes & omnia ex mari sunt, ita nullum atrociorem, nullum infestiorem hostem, quam ipsum oceanum patiuntur: adversus quem, non pro quaestu & commodis, sed pro aris & focis, pro patrio solo ac pro ipsa salute, aeternum bellum susceptum habent: illo scilicet obruere fluctibus atque haurire eorum terram, infra suas undas depressam, contendente, ac veluti, suo se jure prohiberi, indignante; iis naturam ingenio atque operibus vincere

Faeminarum forma.

Holandi omnibus, quae eorum terra non gignit, abundant.

Vinum.

Linum.

Lana.

Navalis materia.

Bellum cum oceano.

1 *Et* habet utrumque exemplar: *at quod praestantissimum* &c. sed *at* malui, ut respondeat superiori

Quam infestum mare saepe experiantur.

re ac frenare pugnantibus. Acceptam anno MCCCCXXI. ad Dodracum cladem, qua magnum terrae spatium, ac supra centum millia hominum, cum oppidis ac pagis suis, absorpta undis sunt, memoravimus. Idem quotidie minatur: nec semper inanes minae ejus sunt. Cum ira acriori intumuit, tanta ventorum, tanta turbinum ac procellarum rabie insanit ac saevit, &, veluti in rapidum versus flumen, tam violenter incumbit, ut compesci arcerique nullis repagulis, nullis aggeribus, nullis molibus, nulla vi aut arte possit. Refringit, perrumpit, disjicit ac disturbat omnia, aut superattollitur transcenditque. Qua irrupit, quid perdi vastarique omnia dicam, cum profundum sit, ubi turres atque urbes erant?

Pugna cum mare.

Sed non minori pervicacia Holandi minoribusve animis contendunt, & res repetitum, & illatas contumelias ultum eunt. Saepe ereptas ac demersas terras, summoto exactoque veluti tyranno, recipiunt, ac pristinae culturae reddunt. Saepius suis ipsum sedibus pellunt, aedificantque ac serunt, ubi aestus, & pisces nabant.

Ratio cum mare pugnandi.

Ratio haec est illis cum mare belligerandi. Per aestatem aucupantur tempus cum maxime tuta tranquillitas, ac veluti languor quidam tenet mare (tum enim longissime ad viginti ac triginta millia passuum, & eo interdum amplius, recedit ac refluit.) Talem nacti tempestatem conveniunt jussi ingens multitudo, quanta susceptae rei patrandae videatur suffectura. Magnum educunt plaustrorum numerum. Haec saxis, caementis materiaque onerant; & ipsi, pro se quisque, humum ac caespitem ferentes adsistunt. Cum residentes longius in fretum suum abiere aquae, & magnus terrae tractus, quem nuper salum obtegebat nudatus apparet, tum repente, accepto signo, convolant, omnes ad destinatum quisque locum munusque: jaciunt aggerem, ac magna celeritate (senis enim admodum horis reciprocat aestus) extructam molem redeunti objiciunt pelago, suaque veluti sede excludunt, illo segniter, ab praesenti malacia, injuriam ferente. Hanc inde molem magnis operibus communiunt firmantque, quo victoria sua, & capto de hoste agro, tutius fruantur. Atque haec Holandia est. Novo illo ac recenti agro nihil pinguius, nihil fertilius; ut magno labori periculoque & impendio, quo quaesitus est, abunde ac magno cum faenore respondeat fructus, qui uberrimus ex eo capitur. Quanquam nonnunquam accidit, ut audaciam raptores haud parva mercede luant, si ventis agitata concitaque maris revertentis ira furere & bacchari incaeperit. Omnis tum frustra conatus, omnis opera, labor, im-

impensa, apparatus omnis prodigitur, cuncta rapiente ac trahente fluctu irato irritatoque. Prope vicum, cui Catvico [1] est nomen, qua Rhenus olim in oceanum influebat, anno MDXX. longius abscedente aestu, vetustae arcis reliquiae pene integrae apparuerunt: item MDLII. At decennio [2] post, MDLXII. cum ego haec ipsa lustrarem loca, ita patuit extititque, ut viginti ipsos dies in aperto permanserit. Adierunt incolae, viserunt, & spatia metiti formam quoque exscripserunt, quaternis lateribus, aequaliter singulis, nongentos sexaginta Romanos pedes patentibus [3]. Multos lapides, Latinis inscriptos incisosque litteris, abstulerunt. Britannicam ipsi appellatam, atque a C. Caesare Caligula quadrato ex lapide magnifice aedificatam ferunt, munito juxta portu, unde & trajectus facilis in Britanniam, & receptus redeuntibus inde Romanis militibus tutus esset. Quo tempore invaserit atque obruerit mare, non traditur. Vtcunque his obnoxia malis regio, florentissima tamen, sive frequentia nobilium urbium, & incolarum numero, sive ingeniis atque artibus, sive copia rerum, seu navalis scientiae laude, sive etiam belli gloria videri posset, nisi tot bona atque ornamenta turpi defectione a Majorum pietate & a fide Sacrorum, quam Catholica Ecclesia colit, proximis annis faedasset obscurassetque. Non omiserim hoc loco, quod annales gentis prodidere. Circa annum MCCCCIII. adducta est in Herlem, Holandiae urbem, mulier piscis, vicino in stagno capta, quo eam marini aestus ejecerant, humana forma ac paribus membris, sed omnis expers vocis, ac plane muta; ut hinc quoque piscem agnosceres. Mansuefacta, induere vestem, edere communem panem & lac, atque item nere, pluraque muliebria opera facere, non difficulter didicit: &, quod mirabilius videri potest, in cultu atque honore, qui Sacris Dei Divorumque & Crucis imaginibus tribuitur, imitabatur quicquid facientem dominam vidisset. Plures vixit annos, perpetuo elinguis. Par, avorum memoria, monstrum in Frisio mari captum memorant, marinum hominem, nobis per omnia similem, nisi quod hispidus pilo, & squammis fere rigens erat, & omnis hic quoque sermonis, omnis vocis expers; & item, ut illa, communibus assuevit cibis, & multa servilia opera obibat; etsi initio ferus & immansuetus aversari commercium vide-

Multa ornamenta gentis deserta religio corrupit.

Mulier piscis in Holandia capta.

Marinus homo in Frisia captus.

1 Cartvvyck, Cattorum vicus, oppidum Holandiae. *Phil Ferrarius in Lex. geogr.*

2 *Decennio* habet autographum.

3 In autographo utroque *patentibus*.

batur. Loqui nunquam didicit. Narratur & in septentrionali oceano, juxta Norvegiae littora, anno MDXXXI. a piscantibus repertus piscis captusque humana specie; cujus effigies mitratum & pluviali paludamento indutum Episcopum referebat. Hunc dono missum Poloniae regi piguisse vivere ajunt, &, quasi fortunae suae irasceretur, petinacissime cibo abstinuisse, atque ita, nulla unquam missa voce, tantum magnis crebrisque suspiriis editis, inedia extabuisse. An autem his cum corpore humano ingenium quoque hominis tributum sit, quaerant, quibus abdita naturae scrutari, & incassum absumere otium, libet.

Alius piscis humana specie.

Brabantia.

Ex Holandia nos in Brabantiam transivimus (1), quam incoluisse olim Aduaticos & Ambivaricos credimus. Principem locum inter Belgas, sive situs opportunitate, & Antuerpiae auctu, sive regnantium studio, qui hic potissimum Regiam habuerunt, Brabantia adepta videtur. Nobilitatur quidem, non solum Ducatus appellatione, & crebris ac frequentibus urbibus, Antuerpia, Mechlinia, Lovanio, Bruxellis, Buscunducio, Lira (quarum nulla ab altera plus vigintiquinque miliaribus distat) sed illa Principum societate, quam Philippus Dux anno MCCCCXXIX. instituit, cooptatisque insignem torquem, cum pendente ex eo aureo vellere, tribuit, quod ipsi sua lingua „ Toson „ appellant: cui quidem societati tantum decoris dignationisque est, ut in eam non gentis modo principes, sed summi Christianae Reipub. reges, certis inter se fraternae necessitudinis legibus faederibusque nexi, legantur, atque legendi jus penes Brabantiae ac Belgarum Ducem sit. Similem ante societatem, circa annum MCCCL. instituerat Odoardus tertius, rex Britanniae, & Gartierae nomen indiderat; & item post Philippum Ludovicus undecimus, rex Galliae, anno MCCCCLXX. quam ab Divo Michaele vocitavit. Verum & in Britanniae societatem non fere, nisi Britanniae principes, asciscuntur: & suam Galli, civilibus proximorum annorum bellis coacti, ita vulgarunt, ut nunc spreta penitus obsoleverit antiquataque sit. Quanquam Henricus tertius novam, a Spiritu Sancto appellatam, induxit, quae ipsa Galliae finibus egressa nondum erat. Belgarum nomini tertiam Galliae partem Julius Caesar attribuit. Sed nunc antiquae Belgiae pars, Germaniae, pars reliquae addita Galliae est: & qui Germaniam in Superiorem & Inferiorem dividunt, Inferioris initium a Magantia

Belgae.

1 Antuerpiam quidem pervenerunt die 3. Maji 1561.

tia (1) fere sumunt. Sed hodie Belgae, quantum a Frisia orientali ad Itium portum Caletemve oceanus alluit, & Galliae finibus Mosaque & Rheno continetur, patent, in septemdecim distributi populos, quos Itali Hispanique uno vocabulo fere Flandros vocitant; ambiuntque ad decies centena millia passuum, in quibus octo & ducentas urbes maenibus cinctas memorant, apertas centum & quinquaginta, & ad sex millia & trecentos pagos vicosque. Singulis sui aliquando reguli fuere: donec, accepto e Gallia regii sanguinis Principe, in unum deinceps corpus coaluerunt. Is; & qui ei aliquot aetates successere, quanquam regiis opibus pollerent, regis tamen appellatione abstinuerunt, nomine Ducis contenti. Stirps in Carolo, cui ab ferocia animi & armorum studio Bellatori cognomentum fuit, desiit: cujus ad Nancium praelio occisi gloria penes Helvetios. Hujus unicam filiam, omnium haeredem, Maximilianus Austrius, Federici Caesaris filius, Caesar & ipse, matrimonio sibi junxit. Ita Belgae a Gallis ad Germanos & ad Austriae gentis opes accessere. His non facile ullam gentem ulla re in universum anteferas, ne Italiam quidem; licet nos, plus aequo fortasse nobis blandientes, nostra tantopere probemus efferamusque. Belgae certe salubri coelo, faecundo solo, feraci mari & ad omnia opportuno utuntur. Quo quidem mari tantas undique congerunt opes, ut non Europae solum, sed orbis terrarum emporium videri haec Belgia possit. Quid enim Germania, Dania, Suetia, Norvegia, Polonia, Prusia, Livonia, Moschovia, & in ultimos septentrionis terminos abstrusi populi ferunt, quod non Antuerpiam advehatur? Quid Britannia, Hibernia, Scotia, quid Hispania, Gallia, Italia, quid insulae Athlantici oceani, quid vero nova occidentis regna, quid India, quid ultra Gangem extremus oriens gignit, quod non in Hispaniam Lusitaniamque, atque inde Antuerpiam comportetur? Motus ac tremores terrae apud Belgas nulli, ac ne tonitrus quidem coeli, nisi perraro, exaudiri dicuntur. Regio omnis in latos explicatur campos, nullis fere, praeterquam apud Hannonios & Namurios & Lucemburgios, montibus. Sunt aliquot & lignationi & venatui utiles silvae; quarum maxima Arduenna: quanquam ne haec quidem ea magnitudine, quam Julius Caesar memoriae prodidit, multis nunc caesa locis, & cultura & frequentibus oppidis interrupta. Item aliae alibi: sed nequaquam tot aut tantae, quae sa-

Carolus ultimus Belgarum Dux.

Quanta Belgis opulentia.

Silvae in Belgis.

1 Haec est autographi lectio. Legendum tamen puto *Maguntia*, sive *Magontia*.

ſatis materiae tot navigiis, exercentibus mare, tot aedificiis, terram occupantibus, ſuppetere poſſent, niſi ipſum ſibi mare, vel longinquis petitam terris, abunde adveheret. Ad ignem quidem faciendum multis locis ſuprema lignorum inopia laboraretur, niſi natura, nulli genti noverca, providiſſet, ut, quod non queunt ſilvae, terra ipſa ſuppleret, gemino auxilio. In Leodienſi tractu, quem olim Eburones incoluiſſe ferunt, lapides effodiuntur, carbonis nigritie & natura, ac perinde tingentes, perinde leves, ſed praeduri; quippe non niſi ferreis malleis, ut ſaxa, inciduntur franguntur que. Hi admoti igni, ignem avide concipiunt, igneſcuntque celerius ipſis carbonibus, & cum diutius durant, tum multo vehementius urunt caloremque fundunt. In eo differunt, quod aſperſione aquae incendi, olei extingui videntur. Alte effoſſa terra petuntur, magno petentium labore, nec minore periculo. Sed neſcia metus avaritia cuncta perrumpit, cuncta ſcrutatur; atque ipſum Moſae alveum cuniculis ſubit, &, tanto ſupra caput labente flumine, in viſcera terrae pergit. Scilicet ita vilis eſt vita nobis, ut, vitae damnis, vitae ſubſidia paremus. Tantum quidem materiae hujus eruitur quotannis, ut, praeter id, quod perampla & celebris civitas conſumit, centum aureorum millibus veneat, quod alio exportatur: licet ſumma vilitas ejus ſit. At carbones, fodinis intimiſque terrae viſceribus, per labores & pericula, quaſi aurum, effringuntur. Alterum materiae deficientis ſupplementum in ipſa ſuperficie ſoli, atque in promptu, natura poſuit. Nam multis in locis, in Holandia praeſertim Friſiaque, glebae caeſpiteſque ligonibus ſumma caeduntur humo, laterum maxime forma: caeſos ſiccari atque exuri ſole ventiſque ſinunt: ſiccati, admotique igni, haud ſecus, quam carbones, incenduntur, ignemque valide atque diu alunt. Has illi glebas Torff ſua lingua, quidam Turbas appellant: eſtque earum ingens copia. Equorum magnum numerum gignunt, aluntque Holandia, Friſia, Geldria, Flandria. Robore ac viribus Friſii praeſtant; forma & agilitate Flandri. Hic enim ſaepe, admiſſurae tempore, Hiſpanae ſobolis equi ad equas implendas gravidandaſque adhibentur: unde minus corpulentiae pullis, & ad curſum agitationemque plus pernicitatis. Illos alteros & pondere corporis tardiores eſſe, & maxime capitones, & ſaepe tenaciores (1), & minus parentes frenis ferunt. Petuntur tamen, non ab cae-

Naturae ſubſidium ad ignem faciendum.

Carbonum fodinae.

Ex terrae glebis ignis.

Equi.

1 Liviana vox eſt lib. 39. de equis freno non obſequentibus.

caeteris modo Belgis, sed a Germanis quoque Gallisque ac Britannis. Permulti & in Italiam adducuntur, & maxime curribus trahendis adhibentur. Bis, annis singulis, equorum nundinae Antuerpiae sunt, vere atque autumno ineunte; ad quas, incredibile dictu est, quam multi equi conveniant, brevissimeque distrahantur. Et est Belgarum equitatus bello valentissimus, eique rei Nobilitas omnis plurimum studet. Nec equitatu solum, sed peditum quoque robore valent, sic, ut a veteri Julii Caesaris testimonio, qui Belgas Gallorum fortissimos tradidit, minime videantur degenerasse. Adeo terra marique, celebratam scriptoribus industriam virtutemque eorum, re comprobant! Armorum illis, praeter id, quod singulis urbibus arcibusque, ad cujusque munimentum custodiamque, distributum comparatumque est (1), ingens omnis generis tormentorum aeneorum, ferreorumque globorum, ac sulfurei pulveris, omnisque bellici instrumenti apparatus, ad commune gentis praesidium, Mechliniae, in Brabantia, asservatur: institutaeque ibi harum rerum frequentes sunt officinae. Sed ne litterarum quidem ac eruditionis gloriae expertes sunt: celebranturque pleraque apud eos in omni facultate florentissima ingenia. Certe Latinae linguae addiscendae ipsi quoque agrestes aliquam operam impendunt. Et est haec propria gentis hujus laus, intendere animum alienis percipiendis linguis, non iis solum, e quibus artes atque doctrinae hauriuntur, quae tantum Litteratorum voluminibus continentur, Latinae, Graecae, Hebraicae, sed iis, quarum apud suas cujusque nationes viget ac floret usus, Germanicae, Gallicae, Italicae, Hispanicae. Quas mirum, quam illi facile assequantur. Non adolescentes solum virosque, sed virgines puellas passim reperies multas, in tabernis atque officinis suis, vendendis mercibus operam dantes; quae ternis quaternisque linguis scite ac perbene garriant, exterosque praetereuntes, sua quenque lingua, ad emendum, quas ipsae expositas habent, res, invitent rogentque, adeo festive comiterque, ut elabi earum manibus, quin aliquid merceris, difficile sit. Et sunt frequentes Antuerpiae, atque etiam alibi, harum linguarum ludi. Vix dici potest, quanta genti facilitas perdiscendi atque imitandi quicquid aut viderint aut audierint, atque etiam multa ex ingenio suo excogitandi atque inveniendi: ut quidam, artem imprimendi formis typisque, & publicandi libros, ab iis inventam

Arma.

Litterarum laus.

Faeminae quoque alienas addiscunt linguas.

tam

1 Vox *est* in secundo exemplari nulla comparet; in primo conspicitur.

Ars imprimendi formis a Belgis inventa.

tam existiment (1): quanquam Maguntiae primum institutam omnes tradant. Mihi quidem, Maguntiae cum essem anno MD-

1 De artis typographicae inventore haec eruditissimus Peregrinus Ant. Orlandius ex ord Carmelitarum, in suo egregio opere, cui titulus inscriptus est ,, Origine e progressi della stampa ,, Bononiae an. 1522. edito pag 8. ,, La varietà delle opinio-
,, ni sopra il preciso paese e primi
,, inventori della stampa, ha partorito tante discrepanze di pareri...
,, che sarà d' uopo riferirne molte,
,, per appoggiarsi poi alla più probabile di quelle. Arleme, città di
,, Olanda, prova il primato e l' origine della stampa nel suo *Lorenzo*
,, *Costero:* e lo confermano gravi autori, ciò è, Adriano Iunio, Pietro
,, Scriverio, Marco Zuerio Boxbornio e molti altri Olandesi scrittori, indotti forsi a ciò credere dalle due iscrizioni, affisse sotto il
,, ritratto del suddetto Costero alla
,, propria casa, del seguente tenore
,,, I. Memoriae sacrum. Typographia, ara artium omnium conservatrix, hic primum inventa circa an. 1440 ,,,
,,, II. Viro consulari, Laurentio Costero, Harlemensi, alteri Cadmo, & artis typographicae circa annum Domini 1440. inventori primo, bene de litteris ac toto orbe merito, hanc Q. L. Q. C. statuam, quia aeream non habuit, pro monumento posuit civis gratissimus ..,,,
,, Giacomo Carmelitano e Giacomo Mentelio asseriscono, che la
,, lode di prima sede della stampa
,, attribuir si debba alla città di Argentina, fondati sull' autorità di
,, certa loro Cronica, nella quale
,, leggesi, che l' anno 1440. fu trovata l' invenzione della stampa in
,, Strasburgb da *Gio. Mentelio*, il di
,, cui servo *Gio Gensfleisch*, Magontino, si associò con *Gio. Guttembergo*, che già meditava l' invenzione, e gli conferì i segreti appresi dal padrone. L' Abate Tritemio, autore di ogni eccezione
,, maggiore, che fù contemporaneo
,, all' invenzione di questa grand' arte, e che morì nel 1516 asserisce, che *Gio. Guttembergo*, nativo
,, di Argentina, ma da gran tempo
,, Cittadino in Magonza, fusse il primo, che specolasse, e con molti
,, esperimenti mandasse in esecuzione i primi aborti della stampa:
,, anzi che spendesse tutte le sue
,, facoltà a tale effetto. Onde, mancandogli le forze per proseguire l'
,, impresa, con l' aiuto e consiglio
,, di *Gio. Fust*, detto Fausto, parimenti Magontino e contiguo di
,, casa al *Guttembergo*, riducesse in
,, qualche buona postura l' invenzione. Quindi è, che intagliati i
,, caratteri in certe tavole di legno,
,, compose alcuni fogli del Vocabolario, intitolato *Catholicon:* ma con
,, le medesime forme non potendo
,, altro produrre, perchè i caratteri
,, non erano ammovibili, ma scolpiti nelle tavole medesime, passò
,, ad intagliarli in piombo, e scolpirli
,, a mano sopra la carta, con tale e
,, tanta fatica, spesa e perdita di
,, tempo, che finalmente *Pietro Opilione Schoeffer de Gernsheym*, allora Cherico e servo, e poi genero
,, di *Fausto*, giovine esperto & ingegnoso, trovò il modo d' intagliare polzoni, formare matrici, fondere caratteri e mettergli in forma,
,, fabbricare il torcolo, comporre l'
,, inchiostro, e stampare nel miglior
,, modo possibile all' uso dei nostri
,, giorni. E questi tre soggetti tennero per qualche tempo occulta l'
,, invenzion della stampa: ma non
,, potendo di meno di non servirsi di
,, molti operarii, questi ruppero
,, il giuramento di religione, e da
,, loro fu divolgata, & a poco a poco in altre città propalata. Abitavano questi tre primi inventori in
,, Magonza, in una casa detta *Zum-Iungen*, la quale fino al giorno d' og-

MDLXII. liber dono datus est, ab ipso Joanne Maguntino editus (1), qui primus typorum auctor fertur. Atque hinc Corra-

„ oggi si chiama la casa della stampa, sopra di cui evvi la seguente memoria: „„ Joanni Guttembergensi Magontino, qui primus omnium litteras aere imprimendas invenit, hac arte de orbe toto bene merenti YVO Vintigensis hoc saxum pro monumento posuit „„ Tanto riferisce l' Abate Tritemio avere inteso dallo stesso *Pietro Opilione Schoeffer de Gernsheym*. Inforse intanto litigio tra il *Guttembergo*, e *Fausto*, a cagione d' interesse e prestito di danari, e fu condennato il *Guttembergo* a pagarne buona somma: per la qual cagione romperono la società; e il *Guttembergo* si ritirò in Argentina, e *Fausto* intanto portò alcune Bibbie a Parigi, le quali non avendo alcun segno di edizione, furno comprate da alcuni dilettanti; i quali pensarono, che fussero manoscritte: ma confrontandole assieme, e trovandole tutte uguali nei caratteri, nel principio, e nel fine di ogni foglio, stupefatti l' accusarono di Magia: dalla quale calunnia egli si purgò con gli attestati e con le prove della stampa di nuova invenzione ritrovata. Ritornato poi a Magonza lavorò con *Pietro Schoeffer* fino all' anno 1466. Da quel tempo poi fino al 1479. si trovano le edizioni col solo nome di *Pietro Schoeffer* Il *Guttembergo*, come si disse, da Magonza si portò in Argentina, ove insegnò l' arte della Stampa: ma non si trova mai sottonotato il suo nome in edizione alcuna: anzi Argentina non comparisce alla pubblica luce con opere stampate, se non nell' anno 1471. Degli scolari o degli operarii del *Guttembergo* fu *Federico Corselli*, il quale portò l' invenzione in Oxford l' anno 1460. Ma l' opere sue si veggono solamente l' anno 1468. a cagione forse dei necessarii preparamenti per la stampa. Il che successe ancora in Arleme, & in altre parti dell' Olanda e dell' Inghilterra, altresì in altri luoghi, dei quali non si hanno le distinte e veridiche edizioni, se non dapoichè si videro espressamente uscire da altri torcoli d' Italia „

1 Hujus operis aliud exemplar teperisse se prope Treviros Gratianus in suis schedis testatur his verbis: „ In bibliotheca Monasterii S. Eucharii extra muros Treviris est liber de officiis Ciceronis, impressus Maguntiae a Joanne Just [*sic*] Maguntino, auctore imprimendorum librorum: cujus libri in fine sunt haec verba. „„ Praesens M. Tullii clarissimum opus Joannes Just [*sic*] Maguntinus civis, non atramento plumalive canna, neque aeria [*sic*] sed arte quadam perpulchra Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum anno MCCCCLXV. „„

In Florentina ad S. Marcum bibliotheca exstat aliud ejusdem editionis exemplar, in pergamena charta exculum, quod nos diligenter cum vulgatis jam collatum in nostra philosophicorum Ciceronis operum editione numero 15 designaturi sumus. Sed in eo aliter aliquot locis, atque a Gratiano proditum est, monumentum illud legitur: & praeter caetera, non *Iust* sed *Fust* semel atque iterum occurrit. Non omittam hoc loco opinionem quandam viri caeteroqui doctissimi, Erasmi Schmidii, de Petro illo, cujus mentio in eo monumento fit, commemorare, a V. C. Jo. Georgio Schelhornio in Tomo V. *Amoenitatum litterariarum* editionis Francf. & Lips. anno 1727. jure reprehensam. „ Oculis, *inquit Schelhornius*, vix fidem habui meis, quum nuper aliud agens in Erasmi Schmidii, viri alias doctissimi, & graecarum inprimis literarum callentissimi, notis in novum

radus quidam Germanus artificium Romam tranſtulit, circa annum MCCCCLXVIII. [1] Sed Belgae ab Holando Herlenſi Maguntiae ajunt monſtratum; Maguntinoſque, quia primi protulerunt, etiam inventi gloriam tuliſſe. Quia ad extremas orientis ſolis plagas, trans Indos Seraſque, quos nobis immanis cupido lucri, & Luſitanorum audacia ſcientiaque navigandi aperuit, in Sinarum regnis a bis millenis annis eam exerceri artem conſtat, allatam inde [2] potius, quam apud nos ortam plerique credunt. Rem propagandis doctrinis, excolendiſque ingeniis utiliſſimam, niſi corrumpendae pietati, & in vulgus ſeminibus praviſſimarum opinionum ſpargendis, unde tot bella, tot ſeditiones extitere, aeque pernicioſam oſtendiſſet uſus. Quamobrem repudiata penitus rejectaque Turcis, qui vulgari Sacrorum myſteria, ſolvendis religionibus,

,, vum Teſtamentum (Fol. 5.) ſequentia legerem . ,,, Ars (typographica) ita poſtea exculta fuit, ,,, ut anno ejusdem Epochae 1465. ,,, prima opera publica prodirent, impreſſis Officiis & Paradoxis Ciceronis Pergameno, cum hac inſcriptione, & in fronte & in calce appoſita: ,,, Praeſens Marci Tullii clariſſimum opus Johannes Fuſt Moguntinus civis, non atramento. plumali canna neque aerea. ſed arte quadam perpulcra. Petri Manu pueri mei: feliciter effeci finitum anno MCCCCLXV. ,,, Ita enim in *αὐτογράφῳ* ipſo legitur & diſtinguitur. Quae verba alii, qui forte exemplar tale *αὐτόπται* non viderunt, paulo aliter allegant ... Illud ſaltem obiter moneo, non recte in eo certamine [*A. crſino de antiquitate*] ſcribi *manu Petri* &c. quaſi *τὸ manu* eſſet ablativus inſtrumenti, quum ab auctore, licet *σολοίκως* uſurpetur in genitivo: *Arte Petri Manu*: & ſit proprium *Peter Fuſt* oder *Fauſt*, non appellativum. Quod non animadverſum translationi occaſionem dedit ,, Nefcius nemoe Schmidius, Petrum non Fuſti, ſed cloeſſeri cognomine fuiſſe infigniti n . aliis als te impingendo ſoloeciſmum grammaticum, ipſe ridiculum commiſit ſoloeciſmum literarium. ,,

1 Ita edidi, licet utrumque exemplar exhibeat MCCCCLVIII. Qui primi Romam artificium hujuſmodi tranſtulerunt, Germani duo fuerunt Conradus Suueynheym, & Arnoldus Pannartz, primoſque libros in aedibus Maximorum an. 1468 ediderunt.

2 Idem Orlandius in ſupra laudato Opere pag. 8. ,, Pria di ciò ,, dire, mi permetta non ſo che circa la ſtampa Cineſe, che non ſarà forſi diſgradevole a ſaperſi. Saranno bene circa 1500 anni, che ella principiò in quel regno, ma in guiſa diverſa da quella, che io imprendo a trattare. Non era già quella in caratteri ammovibili, e ciò forſi per l' immenſità delle lettere, delle quali ſi ſerve, ma ogni pagina di libro era & è intagliata ſopra forme di legno, come ſono preſſo di noi le immagini dei Santi: e queſte forme ſi intagliavano con facilità e preſtezza dai periti artefici di quel paeſe, dei quali è molto abbondante: ſicchè intagliate le forme in poco tempo, ſi vedevano quelle impreſſioni alla luce. I librari non poſſono andare falliti, perchè non imprimono quantità di libri, ma ogni volta, che ne occorre, replicano le opere loro, e ciò ſopra una lunghiſſima faſcia, o ſia ſtriſcia di ,, car-

bus, & infringendis dominationis nervis esse arbitrantur: ut dubitent quidam, ex duobus Germanorum inventis, libros hac ratione vulgandi, & bombardarum vi cuncta sternendi, utrum humano generi perniciosius acciderit. Quanquam non auctorum haec, a quibus magno ingenio inventa, utilia bene utentibus sunt, sed improbitatis nostrae est culpa; qui, quod illi aut prodendis sapientiae arcanis, animisque erudiendis, aut tuendae patriae, hostibusve justo bello incessendis commenti sunt, nos ad nostram perniciem vertimus:

„ Quis (1) fuit, horrendos primus qui protulit enses?
„ Quam ferus, & vere ferreus ille fuit!
„ At nihil ille miser meruit. nos ad mala nostra
„ Vertimus, in saevas quod dedit ille feras. „

Non ergo jure ingenia increpes, a quibus haec acute ac subtiliter excogitata sunt, sed hominum furorem damnes, qui egregiis inventis male & exitialiter utuntur. Caeterum, Belgas (2) & temperare oleo colores ad pingendum primos docuisse, non dubium: auctorque Joannes, Brugensis civis, fertur, cui ea res diu ab illo clam habita, & honori maximo & fructui fuit, mirantibus tota Europa pictoribus artificis industriam, nec intelligentibus. Quo sane invento & plurimum picturae splendoris ac venustatis, plurimumque ad naturam imitandam, deliniendosque, & mollius efficaciusque ducendos colores adjumenti est collatum; & pictorum opera pene aeterna manent. Gens hujus gloria artis magnopere excellit. Primus olei, quod nucibus & lini seminibus exprimitur, usum in Italiam attulit Antonellus Messanensis, nobilis pictor, qui, cum tabulam, missam e Belgis Alphonso primo, Neapolitanorum regi, Joannis manu pictam, spectasset, tanta admiratio, novae, nec antea visae, rei animum ejus incessit, ut, omnibus posthabitis, in Belgas sit profectus, & ita dexter se obsequiis ac praesenti opera in Joannis amicitiam familiaritatemque insinuavit, ut ab eo, jam sene, inventi rationem elicuerit: ipse, in Italiam reversus, Venetiis cupientibus totius Italiae pictoribus rem prodidit commonstravitque. Vitro quoque indere colores, sic, ut abs-

Colores temperare oleo, inventum Belgarum.

Antonellus primus in Italia oleo pinxit.

Vitro indere colores.

 ter-

„ carta, che sembra di seta; e 've „ ne sono di lunghezza 100 o più „ palmi, e le forme son così bene „ uguali di margini, che riescono i „ fogli tutti uniformi. Gran tempo „ fa vollero gli Europei provarsi a „ ciò fare, ma non avendo l'arte „ di quello inchiostro, nè di quella „ carta Cinese, mai vi riuscirono. „

1 Tibullus lib I. el. 11.

2 *Belgae* exstat in utroque exemplari.

tergi delerique non possint, inventum eorum est. Quo permagnus Divorum templis honos est additus. In lanificii studio adeo multa excogitata traditaque aliis nationibus a Bel-
Aulaea. gis sunt, ut ea recensere longum esset. Certe, in Aulaeis, aediumque ornamentis texendis, eo artificii laude excellerunt, ut auro, serico, lana haud minus eleganter, minusque ad verum, hominum, animalium rerumque aliarum effigies pingant, quam praeclari artifices penicillo & coloribus
Horologia. faciant. Item in horologii usu eorum ingenia magnopere commendantur, a quibus addita multa repertaque sunt. Et tantus est in illa gente horologiorum numerus, ut nullum templum, nullum publicum aedificium, ne in pagis quidem, non solum in urbibus, inveniatur, quod horologio careat; & pleraque admirandi artificii atque operis sint. In musica
Musica ars. arte ita excellunt, ut nulla natio ejus laudis gloria magis claruerit, aut in eo genere insigniores viros tulerit; nulla in modis componendis, regendisque & variandis cantibus, & vocibus artificiose ad numerum inflectendis, conferri cum
Mercatura. Belgis videatur posse. Caeterum, in Belgis, neque Antuerpia majus quicquam, ubi tot nationum tam frequens mercatus agitur, neque gens ulli studio, quam mercaturae, magis dedita. Quippe hinc omnis illi dignitas, hinc opes, hinc vires, hinc divitiae, hinc cultus. Estque in eo non hominum (1) modo, sed faeminarum quoque, ut supra attigimus, pene incredibilis industria atque habilitas. Homines, ut ad rem parandam augendamque intentissimi, & pecuniae & lucrorum maxime avidi, ita cupidi magis, quam avari, dici videntur posse. Quippe, re parta, non cum suis solum, sed cum aliis quoque benigne atque hilariter frui volunt. Aedificant magnifice, hortos egregie excolunt, domus omnis supellectilis genere explent, & laute largeque cum amicis convivantur. Christianae fidei Sacra omnium Galliae ac Ger-
Religione olim praestitere Belgae. maniae populorum primi Belgae suscepere, & magna coluere religione. Quod testantur immania templa, immani aedificata sumptu, quae passim, tota regione, visuntur. Verum hanc gloriam majorum suorum posteri, adverso hoc virtuti seculo, evertere, invecta doctrina, cui laxatis priscae disciplinae vinculis, & licentia atque impunitate grassante (2), pietas & pietatis cultus ridiculo est. Quod supra attigimus, Maria Caroli Burgundi unica filia, Maximiliano Austrio Caesari nupsit, atque id dotale regnum attulit viro.

1 Certe *virorum* dici oportuit, non *hominum*: sed nihil emendare sum ausus.

2 Utriusque exemplaris lectio est *grassanti*.

ro. Philippus, Maximiliani filius, ducta in matrimonium Joanna, Ferdinandi atque Isabellae filia, paternis opibus Hispaniae regna adjecit. Sed neque ipse, neque, qui ei in utrunque regnum successit, Carolus quintus ita Hispanos praetulere, ut non saepe praesentiam sui Belgis quoque commodarent, &, patrio solo, in quo nati educatique fuerant, plurimum tribuerent, Belgarumque, ut quisque dignitate aut ingenio praestaret, et consiliis adhiberent, et honoribus praemiisque, pro cujusque merito, prosequerentur. Id patris avique institutum nequaquam est visus amplecti Philippus, Caroli filius, qui, simul ac rerum est potitus, Hispaniam, caput Imperii, invidioso ad caeteras nationes nomine, ferens, in suscepto semel consilio, ab domo non discedendi, permansit, secus, ac monuisse olim eum Carolus parens ferebatur: qui non solum Belgas, qui regis sui desiderium diu laturi non viderentur, sed, Italiam quoque ut viseret interdum, & feroces populos aspectu regis demulceret, aurefque ejus adeundi copiam faceret, magnopere adhortatus fuisse dicitur. Sed ipse, posthabitis omnibus, ita se tradidit Hispanis, ut cuncta per eos administraret: unis provinciae, unis exercitus, unis classes, unis legationes, unis magistratus atque imperia mandarentur. Id Itali, externae dominationi dudum assueti, et diuturna servitute emolliti, lente, Belgae atrocius indignabantur; quibus intolerandum videbatur, aut abesse tam longe ab terris suis regem, aut ipsos, si in regiam concessissent, nihil aequi, nisi assentando Hispanis, penes quos omnis ad gratiam aditus, impetrare posse. Ac saepe, pro eo ut ipsi filiique eorum, ut antea, in regiam asciscerentur, rebus minime ex sententia confectis, redire domum exhausti sumptibus frustatique cogebantur. Et Hispani, suapte natura elatum ac subnixum genus, adeo subtiliter officiorum singulorum momenta pensitare consueverunt, ut dispositas domi habeant admissiones, in quas, discrimine magno, et familiarium & adeuntium turbas segregent, digerant, & magno aestimari velint, intra quod quisque limen recipiatur: & saepe anxie & magna cum cura deliberent, scamno ne an sella hospitem sessum recipiant; ac sellarum quoque ipsarum genera distinguant, & statutos habeant passuum numeros, quot occurrere advenienti debeant. Belgas, simplicius inter se agere suetos, irridere, ut parum gnaros communis moris, videbantur. At illi, ubi nihil aliud se, quam servientium vulgus esse intellexerunt,

Carolus quintus non omnia Hispanis indulsit.

Quae Carolus monuisse filium dicitur.

Philippus plus aequo Hispanis indulget.

Causae, cur ab Hispanis Belgae defecerint.

Hispani.

runt,

runt, ab omni Hispanorum nomine, publice privatimque inviso, animos penitus abalienarunt. Et rem, huc inclinatam, haud parum impulit Antonius Perenotus, Atrebatum Episcopus, Sequanus quidem genere, sed imbutus Hispanorum moribus artibusque. Is avum ferrarium fabrum habuit. Pater, ingenio atque industria, ad peramplam fortunam potentiamque sub Carolo quinto provectus, & dignitatem filiis, & divitias, dignitati pares, reliquerat. Belgis, qui, absente rege, non, nisi regii sanguinis Praesidi, parituros se denunciarant, praeerat, magna cum potestate Margarita Austria, regis soror; & faeminae consiliis regendis datus Antonius cuncta ex sua libidine moderabatur: vir multarum linguarum scientia, & maximarum rerum usu praestans, sed, quod fere vitii novitas habet, ingenii bona avaritia atque arrogantia obterebat. Quo aegrius, antiqua nobilitate clari, Belgarum principes nimiam potentiam hominis, avitas ob sordes despecti, coquebant. Inter principes excellere opibus ac dignitate videbantur Lamoralis Aeghemontius, & Gulielmus Nassaus, Gaurae alter, alter Aurangiae dominus. Hi diu discordes egere, arte Antonii diducti, ex occulto dissidii semina inter ipsos jacientis. Quod cum demum uterque sensisset, reconciliata ultro inter se gratia, arcto se amicitiae faedere junxerunt, & pari odio in Antonium exarsere. At brevi, etsi, commendatione regis, a Pio quarto Pontifice Max. fuerat in Cardinalium collegium cooptatus, ita contumeliis exagitarunt, ut deserere munus, quo praestabat, & abire Belgis sit coactus. Nam illi, ne ut adessent quidem in consilio, praesente Antonio, adduci a Praeside poterant. Aurangius, praemuniendis rebus, & externis subsidiis ad exequenda consilia, ubi maturum advenisset tempus, comparandis, uxorem, ex longe nobilissima Germaniae stirpe, Mauritii, Saxoniae Ducis, unius e Septemviris, qui Caesarem suo suffragio creant, filiam duxerat, magis non adversante, quam probante rege, qui ea affinitate plus aequo fulciri Aurangium intelligebat. Nuptiae, regali opulentia, Lipsiae in Saxonia sunt celebratae, quibus permulti e Germaniae Principibus interfuere, & cum iis arcana consilia agitata ferebantur. Bruxellis aderam ipse, cum novam nuptam Margarita Praeses solemnibus excepit epulis, spectavitque festum convivium, magna quidem, ut mos genti, hilaritate lautitiaque (1) peractum: sed jam tum

Antonius Perenotus Granvelanus.

Aurangius Saxonis filiam ducit.

1 Respui utriusque exemplaris *lautiaque*.

tum tacitas animis suspitiones agitabant homines, quae non diu post eruperunt. Inter pacta faederum, quae his populis cum rege sunt, caput unum erat, ne divinarum ceremoniarum cultum mutare aut attingere regi liceret. Hoc capite, Perenoti conatum, quaestiones, vel, ut nunc vocant, Inquisitionem adversus Haereticos, Hispanico ritu, inducere molientis, rejiciebant: &, qui ceremonias ipsas priscumque omne Sacrorum jus ex sua quisque libidine temerare ac pervertere non verebantur, ii regi novis atque acrioribus legibus avitam communire ac sancire pietatis fidem fas esse negabant. Initium igitur a movendis turbandisque religionibus sumptum.

Desciscendi initium a religione sumptum.

Hac enim ingressi via sunt omnes, quicunque hoc aevo accendere seditionum flammas, & populos ad evertendam fidem sollicitare conati sunt: nec est aliud, quo facilius multitudinem, quo velis, impellas. Quippe, amoto (1) animis Dei metu, nihil non audeat vulgus, si ducem nanciscatur. Ingentem parvorum (2) librorum numerum, e Germania Galliaque advectorum, per omnes dispergi urbes curarunt, quibus breves de divinis rebus disputationes continebantur, dicacibus venenatisque adversus priscorum jura Sacrorum cavillis probrisque. His decepti alii, alii licentia illecti, alii ipsa novitate adducti, mirum, quam brevi quam multi infecti imbutique pravis opinionibus sint. Vbi maturum visum, coeunt magno numero principes gentis, &, nudatis consiliis, componunt libellum, eoque Praesidem adeunt, ac omnibus jus colendi, quae cuique collibuisset, Sacra, tribui postulant: iniquum enim esse, homines, contra quam sentirent, alieno arbitrio, ad venerandas, quas non probarent, ceremonias, cogi. Praeses quidem comibus demulsos verbis ad regem rejecit.

Desciscunt palam Belgae.

Caeterum hoc postulato, veluti si classico datum signum foret, passim, in singulis urbibus, per omnes provincias plebs, armis arreptis, novorum Sacrorum licentiam vindicat (3) sibi, & incendiis & direptionibus, maxime templorum, grassatur. Sic omnia tumultu ac seditione misceri caepta. Philippus rex, ubi armis opus esse, nec aliter revocari a furore suos, & cogi ad officium posse existimavit, comparari copias jussit, ac, scripto ex Hispanis Germanisque exercitu, ei Ferdinandum Toletum, Ducem Albae, praeposuit: sorore domum redire jussa (ea erat Octavio Farnesio, Parmae

1 Vtroque in exemplari *admoto*.

2 Si *pravorum* reposuissem, contra utrumque exemplar fecissem, immo & praeter Auctoris mentem.

3 In secundo exemplari *vindicant*, at infra *grassatur*. In primo nihil non probe.

mae atque Placentiae Duci nupta). Pius quintus, Pontifex Max. magnopere suadebat (1) Philippo, ut ipse in Belgas transiret: plus ad pacandos animos, impia sceleratorum fraude alienatos, praesentis ipsius respectum majestatemque, quam vim atque bellum, valituram: ac, si utique bello subigendi viderentur, quantum in eo ad omnia momentum fore, quem Hispaniae atque Italiae Principes, & quicquid in his gentibus esset floris roborisque, ultro esset secuturum; quem vicini quoque reges atque ipsi Germaniae populi, quorum maxime fiducia illi rebellassent, reverituri viderentur? Eadem Maximiliani Caesaris sententia erat, qui opinione majus accendi bellum denunciabat. Et Margarita soror Toletum exercitumque, ni rex ipse adesset, irritandis, non componendis, animis fore etiam atque etiam monebat. Haec apud Philippum in id modo valuere, ut speciem profecturi praeberet, &, quo magis falleret, convenire ad Coruniam, Galetiae portum, majorum navium validam classem, qua ipse per oceanum trajiceret, jusserat. Caeterum, ad intima consilia unis adhibitis Hispanis, stetit sententia, ipsum ab domo non discedere: Toleto, quem praemitti cum exercitu ab se, mox secuturo, videri volebat, summam rerum omnium potestatem tradere. Hispani enim, & ipse ante omnes Toletus, non humanitate flectendam leniendamque rebellatricem gentem, sed armis atque malis domandam censebant, tanquam non in ipsum recasura (2) regem ea clades foret, cujus avitum patrimonium vastandum lacerandumque suscipiebatur. Igitur Toletus in Italiam transmisit, &, apud Insubres lustrato exercitu, per Allobrogum ac Sequanorum fines in Belgas pervenit: atque, opportune dispositis copiis, institutas de Haereticis ac de majestate quaestiones tanta severitate exercuit, ut non modo in sontes, sed in suspectos quoque suppliciis grassatus sit. Publici singularium urbium carceres non capiebant multitudinem reorum, nec ullus abibat dies sine plurimorum paena; &, quod aeque grave videbatur, morte punitorum bona in publicum redigebantur, evertebanturque parentum fortunis innoxii filii. Nova insuetaque omnia genti, suis vivere legibus, non regum libidini subjici solitae: atque eo ad vicinos populos plus invidiae res habebat. Nec per vilia capita ple-

Consilium Philippo datum.

Philippus non alio, quam Hispanorum consilio usus.

Toletus, Dux Albae, in Belgas.

1 Ad ejusmodi sententiam suam declarandam usus est Pontifex Commendono interprete, cujus sunt apud me sane longae ad Apostolicum in Hispania Nuncium anno 1567. datae litterae; quas in calce voluminis exhibebimus.

2 Vtriusque exemplaris *recusura* mendosum putavi.

plebis humiliumque civium, sed per claras opulentasque familias vagata saevitia est: et evadendi a perquirentium manibus haud alia, quam fugae, via. Itaque deserebantur urbes turba eorum, qui patriam ultro relinquebant, &, abjecta fortunarum cura, uni vitae consulentes in voluntarium exilium concedebant. Ac, per omnem Germaniam Britanniamque, strepebant omnium aures vocibus increpantium Toleti atque Hispanorum immanitatem, & miserias suas, & florentissimarum provinciarum faedam faciem deflentium miserantiumque. Ac Toletus, acriter insistens caeptis, Lamoralem Aeghemontium, cujus supra meminimus, opulentum regulum, ac gentis totius facile principem, & Philippum Momorantium, Comitem Orni, pari nobilitate ac dignitate virum, ab se ante, quo certius falleret, multa comitate atque humanitate captatos, ac palam in magno honore habitos, in Regiam ad consultandum de Rep. advocavit. Tum miles, ut imperatum fuerat, opportuna loca obsedit, & Toletus, brevi dimisso consilio, abeuntes, alterum a filio, alterum a praefecto Praetorii capi atque in custodiam tradi jussit. Ferunt, Aeghemontium petentibus ab se, regis verbis, ut gladium, quo erat succinctus, traderet, respondisse, jure illum regi tradi gladium debere, qui toties hostium ipsius sanguine maduisset, & tam insignes ei victorias peperisset. Nam Aeghemontius, praelio ad Fanum Quintini, quo contusa magnopere res Gallica est, equitatui praefuit, primusque in hostes invectus praecipuam gloriam ex prospero ejus pugnae eventu traxit: & ad Gravelingam, haud minori virtutis laude, exercitum Gallorum, aeque validum, fudit; Gallosque ita fregit, ut subire inde incommodas pacis conditiones coacti fuerint. Caeterum auditus Aeghemontii carcer, & vis tam potenti, tam gratioso apud vulgus viro allata, quod vix regem ipsum fuisse ausurum crediderant, tantum animorum motum non in Belgis modo, sed in Germania quoque Britanniaque concivit, ut principes gentis, collatis inter se capitibus (quod ad eam diem lente fecisse videbantur) auxilia Aurangio, ad pellendum e Belgis Toletum, decreverint; & Maximilianus Caesar certos homines alios ad eum in Belgas, alios ad regem in Hispaniam miserit, quibus denunciabat, Aeghemontium ac Ornium Imperii Germanici Principes esse, nec capi ab iis, sine auctoritate Caesaris, ac Septemvirûm potuisse, &, ut dimitterentur, petebat. Simul edoctum utrunque de his, quae Germani secum egerant, ut se ducem adversus Hispanos, tam saevum dominatum in populos Germanici juris ac san-

Fuga ex Belgis populorum.

Aeghemontius & Ornius in custodiam traditi.

Aeghemontii capti verba.

Motus animorum, capto Aeghemontio.

fanguinis exercentes, praeberet, monuit, viderent, ne gravius, quam putarent, bellum cum ferocissima gente suscipe- rent. Et Maximilianus quidem verbis, Germani etiam armis, jus suum vindicabant: a quibus instructus Aurangius validis cum copiis fines Belgarum erat ingressus. Et Ludovicus, ejus frater, vir acer atque strenuus, cum decem Germanorum millibus in Frisia admodum prospere cum Hispanis conflixit; quorum magnum numerum in acie caecidit, nec pauciores vivos caepit (1). Et, ut quam atrox, & quanto odio, quantaque acerbitate imbutum id esset futurum bellum appareret, Ludovicus Hispanos captivos omnes, partim laqueis strangulatos, suspendi jussit, partim miles per jocum & lasciviam ad palum deligatos excussis sclopo glandibus transfodit. Et Arembergius, Hispanorum dux, cum Adulpho, Ludovici fratre, congressus adeo saevam pugnam inierunt, ut non ante dirimi potuerint, quam mutuis confecti vulneribus uterque ceciderit. Et Toletus non solum, missum ad se ab Aurangio tubicinem, inauditum necari ac suspendi jussit [quod adversus latrones, & religionis & patriae hostes nullum militiae morem esse servandum diceret] sed, in ultionem acceptae in Frisia ignominiae, de sexcentis Belgis, quos carceribus inclusos tenebat, in quibus decem & octo primae nobilitatis fuere, una die supplicium sumpsit. Ac, non multo post, ut praeceptum illi a rege fuerat, in ipsum Aeghemontium atque Ornium, repudiatis Caesaris multorumque Germaniae Principum, pro iis orantium, precibus, animadvertit: cum, severe habita quaestione, & aliquot eorum familiaribus acriter tortis, utrunque majestatis, & initae cum Aurangio caeterisque adversus regem conjurationis convictum diceret. Ac ferunt, Aeghemontium, fassum quidem, interfuisse se caetibus eorum consiliisque, non tamen defecisse unquam a rege, aut eos ulla re juvisse; quin pristinum cum iis amicitiae jus non abrupisse, ut esset, qui ruentes gratia atque auctoritate retinere, & ad officium aliquando revocare posset; cujus animi sui ipsam haud ignaram fuisse regis sororem: quod ni ita esset, non se commissurum fuisse, ut cum exercitu advenientem Toletum tam amice acciperet, aut tam fidenter in domum atque intra praesidia ejus veniret. Ex arce Gandavi, ubi praesidio trium millium militum Hispanorum, & octingentorum equitum

Germani Aurangium armant.

Saevitia in captivos.

De nece Aeghemontii & Ornii deliberatur.

1 Vtrumque exemplar mendose habet *capit*.

tum custodiebantur (1), adduci Bruxellas jussit (2): &, eadem nocte, editum in medio foro latumque aedificari & contabulari pulpitum, atque in eo geminas statui ligneas columnas, columnisque singula pulvinaria villoso e serico imponi, ac totum opus atris consterni atque operiri pannis, quo nihil non lugubre ac funestum cerneretur, praecepit. Aeghemontius nunciatam pridie mortis necessitatem immoto animo accepit. Binas manu sua litteras scripsit, regi alteras, quibus conjugem filiosque, in solitudine atque inopia ab se relictos, commendavit, alteras conjugi ipsi, quibus ad ferendum forti animo tam gravem fortunae ictum, curamque communium liberorum, atque afflictae domus gerendam est adhortatus. Tum, confessione delictorum, ac perceptione divinae hostiae, atque omnibus Sacris, quibus morituri Christiano & Catholico ritu solent, animam procuravit expiavitque. Die postera, dispositis ad portas & ad omnia compita firmis militum stationibus, Aeghemontius est ductus, anteeuntibus, honoris causa, totius exercitus primis, & Episcopo Iprensi latus ejus tegente; qui nullum erga illum amicitiae & Christianae pietatis officium praetermisit. Prodiit familiari ac domestica in veste serica, Damasci operis, purpurei coloris, palliolo nigro superinduto, utraque (3) auro circuntexta, nigro item pileo, emicantibus versicoloribus plumis, tectus caput. Incessit liber, nullis violatus vinculis. Cum conscendisset supplicii locum, atque interrito vultu oculos ad circunfusam multitudinem & pallentia ora spectantium circuntulisset, pauca cum Episcopo & adstante castrorum Magistro verba est locutus. Post, rejecto pallio, & detracto pileo, utrunque genu subjecto in pulvino posuit, & parvo Christi Dei, Cruci affixi, simulacro, quod ei Episcopus obtulit, osculum admovit, ac se feriendum carnifici praebuit; qui, ex gentis more, unico gladii ictu caput cervice abscidit, abscissumque columnae, ut ab omnibus spectaretur, imposuit. Ac statim inductus Ornius, ante pariter Catholicis procuratus Sacris. Removerant paulum Aeghemontii truncum contexerantque, ut Ornii oculis tam tristis rei speciem subtraherent. At ipse ultro quaesivit, an illhic Aeghemontius jaceret, &, miseratione tanti viri, tam indigne perempti, imo e pectore gemitum duxit, & inde pari ipse quoque supplicio succubuit. Capita, tres ferme horas, ostentui re-

Apparatus supplicii.

Aeghemontius ducitur.

Supplicium de Aeghemontio & Ornio.

1 Subaudi *Aeghementius & Ornius*.
2 Subaudi *Toletus*.
3 Haud alia utriusque exemplaris lectio est.

relicta, cum ipsis corporibus sepulturae sunt tradita. Non facile explicatu sit, qui hominum habitus fuerit tam clari viri tam saevum casum seu spectantium seu audientium. Viderant victorem, Magistro Equitum ad Fanum Quintini, Termio ad Gravelingam, clarissimis Gallorum ducibus captis. Viderant florentem gratia regis, atque adeo profusis in eum gentis totius studiis, ut nemo tam charus suis, quam ille omnibus esset. Viderant praepositum Flandriae, ducem equitatus, regum amicitiis affinitatibusque, & regio ipsum cultu, regiis opibus praestantem, &, qui magnus felicitatis cumulus videri poterat, undecim filiorum sobole nixum, atque haec omnia tuentem eximia liberalitate, clementia, humanitate & paribus fortunae suae virtutibus, &, quod vulgus virtutum instar aestimat, egregia specie oris, & ipso aetatis robore. Plebs a busto ejus plures per dies non discessit, strepente ac resonante plorantium vocibus templo. Augebat dolorem miserationemque non dubia opinio, crudelitate atque invidia Toleti Hispanorumque (), non ullo ipsius merito, oppressum. At conjux (ea erat regio orta sanguine, Palatini Rheni, praepotentis in Germania Principis ac Septemviri, filia) audita viri tam miserabili morte, & lectis ejus litteris, in ipsa morte ad se scriptis, malis obstupefacta, nullo edito fletu, in ipsa meditatione tam funestae, tam prostratae suae domus filiorumque fortunae, violentia doloris obruta, expiravit: et una filiarum, natu maxima, forma excellens, & jam nubilibus in annis, mortem sibi conscivit. Exterritis tam atrocis judicii exemplo omnibus, una supererat in Aurangio spes. Hunc non jam Haeretici, quique sectam ejus sequebantur, sed Catholici atque adeo omnes ultorem tam saevi impositi cervicibus suis jugi, & vindicem priscae libertatis optabant, quam nisi ille assereret, deploratam fatebantur. Aurangius, magno cum Germanorum exercitu, oppressam Toleti iniqua atque impotenti dominatione patriam (sic enim palam ferebat) ut ulcisceretur, Belgarum fines intraverat, & Mosam, reperto vado, etiam tuente adversam ripam Toleto, trajecerat. Sed Toletus, ante de Germaniae motu edoctus, hinc opportunissimam quanque civitatum, ne quid moliri auderent, firmis praesidiis insederat, hinc instructum exercitum Aurangio objecerat; assidensque illi, & castra castris, quantum tuto poterat, conferens, equitatu, quo pollebat, a frumentando prae-

Conjux Aeghemontii dolore expirat.

1 Atqui nihil aeque atque crudelitas ab Hispanorum moribus semper abhorruit.

praedandoque prohibere conabatur: et cupientem congredi acie, & quamprimum rem praelio decernendam dare, fruſtrabatur eludebatque, ſatis gnarus, Aurangium aliena in terra omnium egenum, & in dies ſingulos raptu viventem, brevi, inopia pecuniae, commeatus & rerum omnium, abire inde atque in Germaniam ſe recipere coactum iri. Nec ſenem & cunctatorem ducem, ac diuturno belli uſu exercitum ſuae artes feſellere. Exacto Aurangio (1), & Belgis, ob Aeghemontii necem, metu torpentibus, confectae pacataeque provinciae laudem ferre Toletus poterat, ſi modum tenuiſſet. Sed ille, quo ſolutior metu, rejecto ac repulſo hoſte, ſibi eſt viſus, eo infeſtior inſtare quaeſtionibus; ut non ſolum ſenſiſſe cum Aurangio exulibuſque, ſed ſermonem cum ul-

Toletus ſuppliciis graſſatur.

1 Vitae periculum, in quo, In Germaniam ſe ex Belgio recipiens, Aurangius verſatus eſt, commemorat Gratianus litteris ad Nicolaum Thomitchium, Pamburgo xv Kal Apr. an. 1569 Patavium datis, quarum particulam habeto

,, Hodie accepimus, Wolfangum Lotharingia atque illo in Gallias aditu ab Vmalio prohibitum, quocum congredi auſus non eſt, iter per Helvetios In Sequanos (Burgundi hi ſunt) convertiſſe: ubi Condejus illi occurret. Ducit ſeptem millis optimorum equitum, & viginti peditum cohortes, juſtum exercitum & pertimeſcendum, ſi ſe cum illa manu ſceleratiſſimorum latronum conjunxerit. Quid a Noſtris, contra hoc ejus conſilium, conſilii capiatur, vehementer expectamus. Aurangius in infamiae ſuae ſordibus jacet, vel ſua confeſſione perditus ac miſer. Si in militum manus incideret, jam non vinciretur, non, ſed diſcerperetur. Ita exarſere in ipſum odia! Locutus ipſe ſum cum quibuſdam, qui ejus fugae interfuerunt. Omnia maledicta, quae in nequiſſimum proditorem ac perfugam dici poſſunt, in ipſum conjiciunt.

,, Evaſiſſe ita narrant. Cum ſe intra maenia Argentinae urbis conjeciſſet, ſpecie conquirendae in ſtipendium pecuniae, & jam illius conſilium de fuga cognitum militibus eſſet, ſaepe poſtularunt a Civitatis Coſs. milites, ut Imperatorem ſuum ſibi dederent. Quod cum ipſi recuſarent, ſed, juſſuros, eum excedere urbe, pollicerentur, milites, eludi ſe, exiſtimantes, &, vim fruſtra futuram in oppidum egregio opere munitum & juſto praeſidio firmatum, intelligentes, aliquot illorum variis portis bini ternive urbem ingrediuntur, & ad Aurangii domum eodem tempore conveniunt, tacitique ſe in aedes inferunt; atque ipſum Aurangium, cum urbis praefecto (quod ei ſaluti fuit) caenantem imperatorio apparatu offendunt. Tum arma ei intentantes cooperiunt hominem omnibus probris, deſertorem perfidumque appellant. Cum Ille, metu ſimul ac pudore conturbatus, ſe in conclave proripuiſſet, milites vaſa argentea totamque ſupellectilem diripuerunt; ipſum quidem appetiverunt: ſed ab urbis praefecto defenſus eſt; cujus fidei cum ſe flens, & afflictam ac perditam ſuam fortunam conquerens, commendaſſet, ab eo eductus clam domo, atque in parvum navigium cum tribus ſervis illatus, effugit. En vindicem Germanicae libertatis, & patriae liberatorem! His enim illum antea titulis ferebant.

ullo (1) eorum miscuisse, dedisse aut accepisse litteras, capitale esset. Atque adeo inexorabili severitate paenae expetebantur, ut auctores habeam, praeter eos, quos absumpsit bellum, supra viginti hominum millia, ejus jussu, variis in locis, carnificum manibus esse necata, atque in his ad mille septingentos, nobilibus ac minime obscuris familiis ortos: et, quod aeque acerbum visum, & in universae gentis contumeliam acceptum est, statuam ex aere poni sibi, celebri loco, Antuerpiae jussit, quae Aeghemontii, Ornii & Aurangii effigies subjectas pedibus premebat, veluti in communes calamitates insultans. Id vero non modo abominati sunt Belgae, quibus ea species refricare assidue atque exprobrare imposita sibi ab illo vulnera videbatur, sed ipsi quoque Hispani damnarunt, qui oblitterandam tam faedae rei memoriam, non, aere ac monimentis, omnium oculis subjiciendam rebantur. Tantum certe stomachi non aspicientibus solum incolis, sed externis etiam, & maxime Germanis Britannisque, ea res movit, ut non postrema haec causa incitamentumque ad renovandum acrius, quam antea, bellum fuisse credatur; & Toleto appetita subactae ac triumphatae gentis gloria in vanitatis atque levitatis notam verterit. Ad has contumelias, & ad tam saevae, tam diu exercitae, nec unquam remissae carnificinae intolerandas injurias adjecit aliud, quo obedientes quoque & pacati saepe armantur populi. In Concilio gentis, causatus magnitudinem sumptuum, ab se in alendis exercitibus, hostibusque a finibus repellendis, factorum, aequum esse ait, reponi eos regi, & privatorum collatione publica augeri vectigalia: novum ergo portorium ita instituendum, ut ad regem omnium rerum, quae venderentur, vigesima rediret, decima earum, quae aliunde adportarentur, & centesima bonorum omnium, quae quisque possideret. Renuentibus consensu omnibus deprecantibusque, quod intolerabile esse ostendebant, &, quantam imperasset, pecuniam collaturos pollicentibus, dum id tributi genus remitteret, non cessit. Hac vero tam violenta pertinacia, qui concussi metu, malisque fessi justum subituri jugum, & ad officium redituri videbantur, abrupta patientia, in eam rabiem ac desperationem sunt acti, ut, passim conjurationibus initis, pleraeque civitates praesidia Hispanorum ejecerint, &, missis ad Aurangium nunciis, eum ad repetendam armis patriam sint adhortati. Nec aut Aurangius Belgis, aut Germani Auran-

Invidiosam sibi statuam poni jubet.

Pecuniae exactio.

Toleti pertinacia Belgas in rabiem agit.

1 Ita legitur in primo exemplari, & quidem probe: in secundo autem *illo*.

rangio defuerunt. Ita, quod oppressum videbatur, gravius multo atrociusque renatum est bellum; quod quadraginta jam annis ita durat, ut ne spes quidem finiendi ejus ulla cernatur: in quod rex tantam vim auri dicitur absumpsisse, ut centies decies centena millia aureorum nummum numerent, quibus id scire curae fuit; quantum vix credibile videatur utranque mittere Indiam potuisse. Aurangius brevi valentissimis totius gentis provinciis est potitus, recipientibus & belli ducatum ei decernentibus populis. Holandia, Zelandia, Flandria, Hannonia, Brabantiae magna pars & Mechlinia, atque ipsa demum Antuerpia ad ipsum defecerunt: adeoque viribus & studiis gentis convaluit, ut saepe oblatas ab Hispanis pacis conditiones, quibus illi non impunitas modo, sed etiam dignitas conservabatur, superbe rejecerit: tantumque in uno momenti auctoritatisque fuit, ut & Matthiam Austrium, Maximiliani Caesaris filium, quo nomen regii sanguinis obtenderet, evocare in Belgas, atque, eo demum repudiato, Alansonium, regis Galliae fratrem, concire potuerit; atque huic quidem, ut Gallorum opibus suas firmius muniret, Antuerpiae recepto, Imperii jus in omne Belgarum nomen, magno gentis consensu, detulerit. Denique etiam Mauritio filio potentiae successionem tradidit: cum quo adhuc luctantur Hispani, quando Aurangium ipsum non vi, sed dolo atque insidiis sustulerunt. Damnati, hostisque judicati interfectori ingens rex praemium, octuaginta aureorum millia, & recepto in equestrem ordinem annuam pensionem trium millium, quae omnia haeredem sequerentur, statuerat. Tam opulenta promissio invenit, qui vel tot millibus armatorum circundatum, tot cum telis ad custodiam ejus excubantibus, ausi sint aggredi. Danastus quidam Hispanus, qui Antuerpiae negociabatur, Cantabrum domesticum famulum, hominem effrenatae audaciae, promissis ingentibus ad conandum induxit; sive evaderet, magna fortuna potiturum, sive opprimeretur, traditurum eam posteris suis, & ipsum sempiternae memoriae nomen suum commendaturum. Is prodeunti e cubiculo Aurangio, ut cupientibus se adire copiam sui faceret, supplicem libellum obtulit, & in porrigentem dexteram parvo sclopo, quem pallio tegebat, geminas plumbeas glandes excussit: quae, in sinistram illatae malam, gravi quidem vulnere, non tamen lethali, straverunt. Percussor a satellitibus statim confossus. Aurangius, etsi pro mortuo jacuerat, tamen, quia telum ad vitalia non pervenerat, brevi convaluit. Irritus, nec inultus,

Ingens pecunia in bellum insumpta.

Populorum ad Aurangium defectio.

Magnitudo praemii percussorem Aurangii excitat.

tus, hujus conatus, non deterruit ab simili ausu alios. Adeo multae regibus militant manus, & nihil est tam arduum, quo non contendat humana cupido, si labori ac periculo par merces proponatur! Juvenis Sequanus, haud longe ab Lugduno, nobili Galliae oppido, natus, eleganti ingenio doctrinaque, non spe praemiorum, ut ipse ferebat, sed studio liberandi Belgas ab Aurangii tyrannide, & vindicandi avitam religionem, pollutam varie ab eo, & multis locis penitus oppressam abolitamque, animum ad eum interficiendum appulit. Et, ut opportunum ad facinus tempus nancisceretur, in domum familiamque matris Aurangii irrepsit, ubi, assiduitate operae, & ingenii commoditate, brevi est assecutus, ut inter charos familiaresque asciscere-tur. Ab hac, quod antea quoque factitatum fuerat, ad filium, qui tum Delphtiae in Holandia erat, cum mandatis missus, plures apud eum dies egit, tempus rationemque exequendi consilii explorans. Tandem, perfectis diligenter, quorum causa venerat, ad matrem rediturus, Aurangium adiit, & facile a janitoribus, quibus satis notus erat, intromissus, sclopo adactum telum in Aurangii pectus incussit: eoque vulnere statim est exanimatus. Sclopum enim ille ternis glandibus, ferreis annulis inter se revinctis, infarciverat, quarum violentia discerptus est. Elapsus fuga juvenis, saltu e fenestra se in subjectos hortos proripuerat; &, concurrentibus omnibus ad extincti Ducis corpus, evasurus videbatur, nisi insecutus Aurangii cubicularius fugientem adeptus esset, & ab aliis adjutus caepisset. Atrocibus tormentis fateri auctorem sceleris consciosque jussus, nullius nomen edidit. Sponte sua se, nemine impellente, egregii facinoris gloriam appetisse, & vita expulisse eum, qui, ut privatas opes potentiamque augeret, non solum a rege suo, quod ipsum turpe faedumque est, defecisset, sed evertere divinas ceremonias, & imperitam multitudinem impietatis criminibus involvere non esset veritus. Omnibus cruciatibus, ac teterrima demum morte affectus, omnia constanter & laetanti propior pertulit. Atque ita Aurangium ab unius dextera tot armatorum agmina non defenderunt. Scilicet magnis sceleribus ultores nunquam desunt. At ne Philippo quidem non multo sanguine stetit hoc bellum, exhausta non thesauris modo, sed militibus quoque, & magnopere debilitata Hispania. Sero amovere coactus Toletum, Aloysium Requesentium successorem illi dedit, & paucis diebus amisit. Quum (1) in-

Novus Aurangio percussor inventus.

Aurangii caedes.

1 Haud alia est utriusque codicis scriptura.

inde parum in privatis ponderis esse, & regem ipsum poscere res videretur, quod proximum regiae majestati putavit, Joannem Austrium fratrem exercitui gentique praefecit; qui, tentatis frustra cum Belgis concordiae conditionibus, cum se per haec mutuis insidiis captassent, parum abfuit, quin ipse ab iis caperetur: caepissentque, nisi se, in Galliae fines, Namurcum recepisset. Et non multo post juvenis seu morbo seu domestica fraude interiit. Mortem certe ejus laetam fratri accidisse ajunt, qui Antonio Peretio Hispano credunt; qui intima regis gratia dejectus, cum profugisset in Galliam, librum edidit, quo multa arcana de consiliis Philippi prodidit, quae regium nomen & magnitudo opum tegebant, quorum tamen elevat fidem Antonii transfugium. Is, Austrium cum regina Britanniae, cujus maxime opibus Belgae adversus Hispanos fulciebantur, consilia, de regno vindicando sibi, agitasse ait, atque inde suspectum Philippo, & dolo, non morbo, sublatum criminatur. Absumpsit idem bellum & Alexandrum Farnesium, Margaritae Austriae, cujus supra [1] meminimus, filium, qui Austrio ad militare imperium successerat, & diu secunda belli fama res gessit, Gandavumque & Antuerpiam de hostibus recepit: & secundum hunc, Ernestum Austrium, Rodulphi Caesaris fratrem. Et nunc cum maxime Albertum, alterum Rodulphi fratrem, cui Philippus Isabellam filiam nuptui collocarat, eadem arma fatigant; hinc Britannis, hinc Germanis palam auxilia Belgis mittentibus, hinc ipso quoque rege Galliae ex occulto eorum rebus favente.

Joannes Austrius praepositus Belgis.

Alexander Farnesius dux.

Albertus Austrius.

Nos, conventa Bruxellis Margarita Praeside, & Antonio Perenoto Cardinale, cognomento Granvela, in Eburones ad Leodiensem Episcopum adivimus. Est haec regio, ad Mosam flumen, Belgarum longe florentissima, in Episcopi ipsius ditione, ubertate agri, salubritate coeli, & rerum omnium copia tam opulenta, ut glorientur incolae, esse apud ipsos panem pane meliorem, ferrum ferro durius, ignem igne urentiorem. Id adeo, quod omni genere frugum, & maxime frumento, abundent, & fodinas optimi ferri, praeter caeteros, magnopere exerceant, & carbones, de quibus supra [2] meminimus, ad ignem faciendum ex ipsis terrae visceribus effodiant. Imperio paret Episcopi Bolionum oppidum, insigne Ducis titulo, insignius, quod cognominatus est ab eo Gothifredus Bolionus, ille, quem exi-

Leodienses.

1 Pag. 52. hujus Vol.
2 Pag. 44. ejusdem Vol.

eximia pietatis & bellicae virtutis gloria, & suffragia militarium procerum ad Hierosolymorum regnum, unde Barbaros, communibus armis, expulerant, evexit. Is, quo sibi ad maxime pium bellum pecunia suppeteret, Bolionum, cum contributis illi oppidis, Leodiensium Episcopo vendidit: atque hoc jure inde possessum ab eo est. Has terras olim Eburones coluerunt, quorum Dux Ambiorix, gerente res in Gallia Julio Caesare, hybernantes apud se Sabinum & Cottam legatos dolo ac fraude cum universa legione caecidit (1). Vrbs ipsa Leodium, etsi in ditione Episcopi sit, tamen suis utitur legibus; nec, nisi ex earum jure, civibus imperat Episcopus. Perampla est & munita egregie, atque adeo templorum & sacratarum aedium numero cultuque & magnificentia excellit, ut haud sciam, an conferri cum ea, hoc genere laudis, tota Germania ulla civitas possit. Carolus Burgundus, cognomento Bellator, longe maxima clade, avorum memoria, affecit. Acerrime ac pertinacissime oppugnatam cum caepisset, solo aequavit, nec ulli privato publicove aedificio atrox ira pepercit, praeterquam sacris. Diuturna deinde pax & opulentia civium splendidius etiam, quam antea, restituit, Carolus, ex auctoritate Pontificis Max. a quo damnatum tam saevum facinus in sacerdotalem urbem fuerat, testem paenitentiae suae, Divo Georgio equestrem statuam puro ex auro in templo posuit: quae hodie quoque visitur.

Leodium urbs.

Cum Commendonus nova a Pontifice Max. mandata accepisset, quibus eum reges Suetiae Daniaeque adire jubebat, ut iter ad frigidissimas septentrionis plagas, antequam exiret aestus, perficeret, nihil morae sibi ad proficiscendum fecit. Antuerpia, ineunte Majo, discessimus, ac venimus Bredam, antiqui juris Aurangii, oppidum haud ignobile. Hinc Ghetrundembergiam, atque hinc Holandiam repetentes, Dodracum trajecimus. Dodraco Rhoterodamum venimus, in dextera Mosae ripa situm, frequens oppidum ac dite, & non mediocrem famam ex Desiderii Erasmi ingenio nactum, qui ab ipso cognominabatur, vir multiplici sane eruditione, si veram ex litteris, quam magnam, petere laudem maluisset. Ex Rhoterodamo Goudem, aeque nobilem urbem, atque hinc Ambsterdamum venimus. Haec est facile princeps totius Holandiae civitatum, & opportunitate portus, & concursu navium, & industria civium divitiisque, Antu-

Iter ad Septentrionis reges.

Erasmus Rhoterodamus.

Ambsterdam.

1 Vide Caesaris de Bello Gall. comment. lib. V. cap. 37.

tuerpiae ipsius prope aemula. Sita est in intimo brachio ejus oceani sinus, qui Zuidersee dicitur, per quem pene incredibilis majorum navium numerus ad urbem commeat, non solum ex Belgis, sed ex Gallia, Britannia, Hispania, Lusitania, Germania, Prussia, Livonia, Norvegia (1), Dania, Suetia, septentrionalibusque aliis regionibus suas afferentes ac petentes merces. In portu, qui est latissimus tutissimusque, saepe supra sexcentas onerarias naves majoris formae conspicias. Mare ipsum intrat urbem, praecipuisque viarum discurrunt navigia. Et ipsorum quoque aedificiorum fundamenta hic, ut Venetiis, non cavant, firmoque solo ponunt, sed palis truncisque arborum muniunt, quos ab imo praeacutos terrae configunt, desuper cadentis machinae ictu adactos. Hanc machinam Julius Caesar Fistucam appellasse (2) videtur. Atque his magnifice extructa templa, publicasque & privatas domos imponunt (3). Haec maria atque has oras adeo ignotas magnitudini Romanae fuisse memorant, ut circum eas cum classibus navigantes Romanos duces veluti majora mortalitate ausos, & naturae fines transgressos, haud secus, quam olim Graeci accessum ad Indos Alexandri Magni, carminibus concelebrarint (4).

„ Jampridem post terga diem solemque relictum,
„ Jampridem notis extorres finibus orbis,
„ Per non concessas audaces ire tenebras,
„ Hesperii metas extremaque littora mundi.
„ Nunc illum pigris immania monstra sub undis
„ Quis ferat oceanum, quis saevas undique pistres,
„ Aequoreosque canes ratibus consurgere passis.
„ Accumulat fragor ipse metus: jam sidere limo
„ Navigia, & rapido desertam flamine classem,
„ Seque feris credunt, per inertia fata, marinis
„ Tam non felici laniandos sorte relinqui.

1 Vtrunque exemplar praefert *Norvergia*: & infra *quod est latissimum tutissimumque*. Vtrique loco emendationem adhibui. Sed in primo exemplari vocem *Norvergia* correxerat ipse auctor

2 Lib. IIII de bello Gall. „ Haec „ cum machinationibus immissa in „ flumine defixerat, fistucisque ade„ gerat „

3 Quae sequuntur, ad libri calcem, in primo exemplari nulla comparent. Secundo sunt auctoris manu addita.

4 Cujus poetae sequentes versus sint, fateor, me nescire. Non sunt certe Virgilii, non Horatii, non Persii, non Juvenalis, non Ovidii, non Silii, non Lucani, non Statii, non Petronii, non Ausonii, non Sidonii, non denique Petrarcae: qui, puto, ne vellent quidem, suos esse.

„ Atque aliquis prora residens (1) sublimis ab alta
„ Aera pugnaci luctatus rumpere nisu,
„ Vt nihil erepto valuit dinoscere mundo
„ Obstructo, tales effudit pectore voces.
„ Quo ferimur? ruit ipse dies, orbemque relictum
„ Vltima perpetuis claudit natura tenebris.
„ Anne alio positas ultra sub cardine gentes,
„ Atque alium, libris intactum, quaerimus orbem?
„ Dii revocant, rerumque vetant cognoscere finem
„ Mortales oculos. Aliena quid aequora remis
„ Et sacras violamus aquas, divumque quietas
„ Turbamus sedes?

Et tamen facillima aditu, & omnibus pervia haec esse loca, & mitissimis gentibus, a quibus longe abesse Barbarorum nomen videatur, nec ullius expertes juris, quo humana societas constet, habitari certum est.

1 Autographi lectio est *sedens*, quam emendavi. Atqui versus hi omnes sunt non librarii, sed Auctoris manu; ut item illa: *Haec maria .... concelebrarint*: ac libri clausula illa: *Et tamen ... certum est*.

AN-

ANTONII MARIAE GRATIANI

A BVRGO SANCTI SEPVLCRI

DE SCRIPTIS INVITA MINERVA

AD ALOYSIVM FRATREM

LIBER XV.

NOs per ipſum Zuiderſee ſinum in Friſiam tranſmiſſuri ſub veſperam navem conſcendimus. Ac, ſereno coelo, & pacato mari, afflante leni aura, provecti, videbamur belliſſime, non ſolum ſine moleſtia, ſed magna cum voluptate navigaturi: cum, circa medium noctis, invaleſcere ventus, & mox vehementius ingruere caepit; tantaque inde ac tam atrox irrupit tempeſtas, ut, terrificis undique obfuſis tenebris, aere in creberrimum imbrem ſoluto, horrendumque ſtridente auſtro, & navem, nequicquam (1) contra nitente naviculario, abripiente, non nos modo vectoreſque alios ingens ſubito terror invaderet, ſed ipſi quoque nautae (quod noſtrum haud parum intendebat metum) attoniti vi atque magni-

Dira tempeſtas in Zuiderſee.

1 *Nequiquam* habet ſecundum exemplar, at non primum.

gnitudine procellae, viderentur. Tumidum, ac veluti in flumen versum, mare adeo vastis modo insurgebat, modo subsidebat fluctibus (1), ut saepe nihil propius esset, quam ut nos iis hauriremur. Saluti fuit omnibus ipse Commendonus, qui, caeteris metu nauseaque jacentibus, & animo simul & corpore abjectis, quanquam pluvia discurrentes ad officia, in os incidens, magnopere obturbaret, tamen ad omnia nautarum munia occurrens, eosque despondentes jam animum, nunc oratione, nunc ultro obeundo opera eorum, confirmans, navem servavit, uno adjuvante Dionysio Viterbio, Patavino, Cubiculario ejus, qui solus expers nauseae fuit. In illa trepidatione ac discrimine periclitantis navis, & nunc altissimos veluti montes undarum subeuntis, nunc ad imas decidentis valles, me uno nihil erat fractius, nihil abjectius. Jacebam pavidus metu, & nausea ita confectus, ut Commendonus non semel ad me adiret, &, apprehensa dextra, solaretur, &, timorem irridens meum, etiam ut plus aequo infirmum increparet. Adolescens, nunquam ante expertus mare, non mirum, si duplici conflictatus malo, & horrore tam atrocis periculi, & crebris evomendi nisibus, incredibiliter conturbarer. Postera die cum desaevisset tempestas, secunda navigatione usi, appetente nocte, ostium fluminis subeuntes, in terram Frisiae egressi sumus. Frisios Plinius miserrimos mortalium prodidit, sordidas habitasse casas, impositas tumulis, ad experimentum exundantis aestus; eoque recedente, solitos circa tuguria sua venari pisces, a mari destitutos; idque unicum alimentum genti: non illhic pecus, non lac, ac ne feras quidem, cum quibus dimicarent, quibusque occisis vescerentur; quippe nullas in eorum terra silvas, nullos frutices: ignem sub frigidissimo sidere ex luto, manibus collecto, & ventis magis, quam sole, siccato, factitasse, ac cibos suos terra torrere consuesse: nec alium potum iis, quam imbre exceptas, & scrobibus ante vestibulum domus servatas aquas. Longe nunc ab hac Frisia Frisii absunt. Regio est omnis frequens urbibus, populis, artibus, armis, equorum egregiorum & omnis pecoris uber gregibus, atque, his alendis, laetissimis passim pascuis silvisque virens. Adeo populorum variant mores cultusque, ac tantum studio atque industria, cum se incitavit, assequitur humanum ingenium! Oceani injurias, cujus fluctibus, Plinii aevo, tellus operiebatur 2) validissimis aggeribus, ut Holandi, arcent; quanquam saepe fu-

Frisios quales Plinius scribit.

Frisii quales nunc sint.

1 *Fluctubus* retinet utrumque exemplar.

2 In autographis *opperiebatur*.

furentis violentia nunc quoque infeſtantur. Quamobrem nunc quoque editiora ad habitandum loca deligunt. Ex antiquitate & eum retinent morem, non materia, ſed pinguis ac limoſae terrae glebis, ſole ventoque duratis, ignem faciendi, ut ſupra de Holandis memoravimus. Praecipua urbium Groninga, nobilis atque opulenta civitas, ac ſuis vivens legibus, **Groninga.** etſi in fide Philippi regis ſit: cui haud parum claritatis addidit Rodulphus Agricola, quem plerique doctiſſimum Germanorum praedicant, & Gemma (1) Friſius, magnam in mathematicorum ſtudiis laudem adeptus. Nos, relicta ad ſiniſtram Groninga, & ſuperatis Amaſo ac Viſurgo, apud veteres quoque clari nominis fluminibus, in Saxoniam tranſivimus, &, per Verdem ac Lunaeburgum, Lubecam (2) venimus.

Ver-

1 Rainerius nomine, qui etiam Petri Appiani, ſeu Binewitz Coſmographiam, an. 1524. vulgatam, an. 1540 reſtituit.

2 Germanici itineris hujus ſui quaſdam ephemerides Gratianus confecit, quibus inſigniorum urbium, quas adivit, locorumque deſcriptiones italico ſermone complexus eſt. Utinam nihil, non dicam hominum negligentia, ſed ipſa temporis injuria, ex iis intercidiſſet! Perfectam quandam non minimae orbis terrarum partis ſive geographicam hiſtoriam, ſive hiſtoricam geographiam haberemus. Quod aevo ſuperfuit, in noſtraſque manus diſperſum in ſchedulas pervenit, deinceps ſuis quodque locis dabimus, ut nunc de Lubeca: etſi hujus quidem urbis non tam geographica, quam hiſtorica quaedam traduntur.

„ Che da la Chieſa maggiore fù „ portato via per otto et più cavalli „ carchi d'oro et d'argento, del quale la Città ha poi fatto denari: „ che gli Heretici ſi vergognano al „ preſente, quando ſe ne fa mentione: che il perſuaſore di queſto era „ un huomo d' Hamburg, Cittadino „ in Lubeca; il quale a la morte ſi „ manifeſtò Anabattiſta. Il fin d'eſſo „ fù, che eſſendo capitato nel territorio di Breme, per radunare ivi „ Soldati, & muover poi ſeditioni, „ fù da l' Arciveſcovo di Breme, „ preſo, et mandato al Duca Henrico di Branſvich, ſuo fratello, il „ quale lo fece morire con la rota. &c.

„ Che due Proconſoli, che hora „ vivono, hanno occupato molti beni „ de la Chieſa, et ſpecialmente di Hoſpitali et Monaſterij, et ſe gli „ godono: et perciò ſono molto inſenſi a gli Catholici.

„ Che un povero frate ex ordine „ Predicatorum, conſtantiſſimo ne la „ religione Catholica, cacciato, predicava in Gehein, poco lontano da „ Lubeca, et che vi andavano molti „ ad udirlo, et che lui molti riteneva ne la religione Catholica, „ molti ci convertiva; et perciò congiurorno contra di lui 18. Heretici, et andorno con archi et ſaette „ per ammazzarlo in pergolo. Il che „ eſſendo riferito a lui, et avvertito, „ che non andaſſe a predicare, egli „ volſe andare, et, ſalito in pergolo, „ diſſe: *Scio, vos non omnes propter „ deum huc conveniſſe; et quidam „ ſunt, qui me cogitant interficere: „ quod facient, ſi volet ille deus, „ qui eſt in illa eucbariſtia: ſi ipſe „ non volet, non facient*. Allora i „ congiurati tutti sbigottiti partirono; et uno d' eſſi, ſi fermò ne „ la porta, et non poteva uſcire, et „ ne fù tratto da altri.

„ Volendo alcuni Predicatori Heretici cacciare il Demonio da doſſo a uno, eſſo Demonio gli diſſe:

„ Io

Verdem Epiſcopi dignitas nobilitat, Lunaeburgum Duces, qui ab eo cognominantur, & ſunt eadem, qua Branſvicenſes, familia, & utrique pariter utriuſque urbis uſurpant titulum.

Lubeca. Apud Lubecam ſexaginta ferme diebus moram traximus. Nam Commendono pergere porro in Daniam atque Suetiam, & committere ſe tam barbaris gentibus, non antea explorata regum, quos aditurus erat, voluntate, ac fide accepta ab iis, tutum ſibi iter acceſſumque fore, non eſt viſum. Miſſis ergo ad utrunque nunciis, dum illi redeunt, nos Lubecae ſubſtitimus. Eſt haec e principibus Germaniae civitatibus, in ora Baltici maris ſita, & e quatuor una, quae dignitatis gratia, Imperii Civitates vocantur, non liberi ſolum juris, ſed tantarum opum, ut ſaepe cum vicinis regibus bello, terra marique, contenderit, ejuſque amicitia & appetatur ab iis & officiis redimatur. **Vandalicae civitates.** Eſt quoque ſeptem Vandalicarum civitatum, quae, inter ſe faedere junctae, mutuo auxilio libertatem dignitatemque tuentur, princeps; ad ipſamque caeterarum legati conveniunt, quoties conferenda de communibus rebus capita ſunt. Aedificiis publicis privatiſque extructa magnifice, & firmis adverſus hoſtilem vim maenibus propugnaculiſque permunita. Amnis Travena interfluit urbem, &, tribus

,,, Io non ſtimo voi altri: et perchè ,,, voi, che ſete noſtri fratelli, mi ,,, volete cacciare? non ſai tu, ,,, che io ero hierſera teco ne la tua ,,, cucina, quando tu eri con la tua ,,, ſanteſca, et ch' io gli diedi con ,,, la cucchiara ſopra una mano? ,,, ,, Il medeſimo Frate lo cacciò poi; ,, et prima che uſciſſe, lo ſcongiurò ,, in virtù di Dio, in preſentia di ,, quei predicatori, che diceſſe, che ,, coſa era in quell' hoſtia? &c. et lo ,, ſpirito gridò ad alta voce: *Summus Deus, ſummus Deus:* et che ,, gli Heretici oſtinati partirono con ,, dire, che i Demonii non dicono ,, mai la verità.

,, Adminiſtrandoſi in Chieſa il Sa,, cramento, tre Heretici ſe ne bur,, lavano et ridevano Allhora il buon ,, Frate andò ad avvertirgli piacevol,, mente, che non faceſsero quel romo,, te, et non ſi rideſsero del Sacra,, mento, et che, ſe gli dava faſtidio, ,, che s' uſciſſero a ridere di Chieſa. ,, Di che eſſi maggiormente rideva,, no, et eſſo di nuovo gli avertì: ,, et, non curandolo loro, anzi ri,, dendoſene tuttavia più, eſſo gli ,, diſſe ,, Se non uſcite fuora, *ego* ,, *percutiam vos meo gladio.* ,, Di che ri,, dendo eglino maggiormente, lui sde,, gnato gridando diſſe: *Percutiet vos* ,, *Deus gladio ſuo*: et che ſubito a tut,, ti tre venne la peſte: et uſcitiſi ,, di Chieſa, et portati a caſa, ,, frà tre dì ſi morirono, in tempo, ,, che non era ſoſpetto alcuno di pe,, ſte, nè manco eſſi l' attaccorno ad ,, altri. Et queſti tre miraculi ſono ,, accaduti *Spectante populo.*

,, Queſto Frate vive ancora; et io ,, gli ho parlato. E' molto vecchio; ,, veſte da Prete; è ſtato in Italia, ,, et hora ſta in Vtin: ove gli con,, cedono, che dica meſſa de gli A,, poſtoli ſ. li: d' altri Santi non vo,, gliono permettergliilo; trattando le ,, coſe de la religione, come le coſe ,, de' prezzi. ,,, Io non ti vò dar, ,,, ſe non tanto &c ,,, Se la coſa è ,, mala, non la permettere, manco ,, de gli Apoſtoli; ſe è buona, per,, metterla anche de gli altri. ,,

bus ab ea miliaribus, in mare delabitur, portumque efficit, & in ipsa urbe varium sui usum civibus praebet. Haustam ex eo aquam in summam turrim, admirabili artificio, educunt, & machinam, qua elicitur ac in sublime impellitur, ipsum agit flumen. Subit ternis aeneis fistulis, ad surae modum latis, atque his erumpens, in altumque emicans frangitur ternis objectis desuper pileis, item aeneis, alveoque excepta, inde paribus fistulis praeceps relabitur, ac per tubos, terra abditos, emittitur, in singulasque proximi vici aedes, quantum corrivantibus libet, ascendit. In his [1] communis Germanorum, atque adeo omnium septentrionalium gentium potus conficitur: quem, inopia vini, quod, nisi ex longinquo importatum, non habent, excogitarunt. Maceratum aquis, ad corruptionem usque, hordeum, admixtis lupulorum floribus [qui in acervum conjecti grave, ut allium, olent] cum ipsis aquis coquunt, asservantque inde doliis, ut vinum, nec minus avide potant. Natura materiam ebrietatis subtraxerat: ipsi invenerunt, quemadmodum etiam sine vino inebriarentur. Adeo solertes in perniciem nostram sumus!

E flumine aqua sublata in turrim.

Ratio conficiendae potionis, qua utuntur pro vino.

Qui missi ad reges fuerant, sexaginta post dies redierunt, renunciaruntque, ab Dano [2] quidem rustice legationem rejectam, cum diceret, nihil juris sibi cum Romano Episcopo esse, seque nequicquam ab eo legationibus sollicitari. Erat is juvenis non solum Lutheranis imbutus superstitionibus, sed aspero ac feroci ingenio, & vino ita deditus, ut raro sobrius inveniretur, interque ipsa pocula insolentissime efferri & jactari soleret. A Sueco liberalius responsum. Etsi enim pari Lutheranae haeresis labe erat depravatus, & tum etiam, ut sibi reginae [3] Britanniae animum conciliaret, cujus magnopere affectabat nuptias, Calvini sapientiam [4] amplexus videri volebat, tamen magnificum existimans, se, in ultimis terris positum, tam longinquis legationibus adiri, benigne rescripsit Commendono, sive in regnum suum, sive in Britanniam, quo propediem erat transmissurus, ad se venisset, verba ejus libenter auditurum, neque ei ullum apud se jus hospitii absuturum. Commendono, quia qui inde redierat, regem inani spe conjugii a regina illectum, tempestatem modo, ad navigandum idoneam, opperientem ab se relictum narrabat, neque Suetiam petere, profecto inde rege, neque eum

Rex Daniae legationem respuit.

Rex Suetiae humaniter respondet.

1 Nempe Vandalicis civitatibus.

2 Quae hic de Daniae Suetiaeque regum responsis commemorantur, habes totidem fere verbis in Commendoni Vita lib. II. cap. 4.

3 Elisabethae.

4 Doctrinam ac placita hominis intellige.

eum in alieno regno adire est visum. Verum, quid de ea re Pontifex statueret, expectare, atque interim reverti in Belgas decrevit.

Suetiae res.

Non reticebo, frater, tibi, quae de hoc rege, cui Erico nomen fuit, digna memoratu videntur. Pater ejus Gustavus ex privato loco, per discordias gentis, ad regnum irrepsit, hoc maxime modo. Patrius Sacrorum mos tenebat, ut reges iis [ut septentrionalibus fere gentibus] non nisi ex libertate essent. Legebant, liberis suffragiis, sive externum, sive civem, ut cujusque studium judiciumve tulisset. Res, vere aestimanti dictu, quam usu, splendidior. Raro enim haec sine magnis contentionibus, atque adeo sine bello & armis, comitia transiguntur. Quid enim? De magistratibus annuisque muneribus saepe in liberis civitatibus tumultu ac seditione certatur, saepe ad vim atque ferrum impotens erumpit ambitio, saepe Reipublicae periculo a potentioribus contenditur, ut aut dejiciant aemulos, aut amicos proferant. Quid, cum de Imperio, de regno, de summa potestate contenditur, cum bona, cum fortunae, cum vita necesque (1) unius arbitrio libidinique committitur, fiat? Quemadmodum salubrius populi meliusque unius mente, quam multorum dissimilibus, & in dies variantibus, ingeniis reguntur, ita nulla certior, nulla tutior, nulla tranquillior succedendi ratio, quam sanguinis stirpisque. Jactent, licet, quidam, nihil pulchrius, nihil praestantius, quam suum munus, suum beneficium regnum facere, & libertati proximum ducant Dominum sibi deligere, quando ex speciosis istis, & ab re inanibus, verbis, maximas saepe clades, & patriae & regnorum excidia existere intelligimus. Quod, ut omittam Danos, Bohemos, Vngaros, Polonos, quos eadem vanitas tenet, his ipsis usu venit Suecis. Steno Surus, & post eum Suanto filius, jus Imperii adepti, ad leniendam nominis invidiam, non reges se, sed procuratores regni appellarunt, & magna justitiae atque prudentiae gloria populos habuerunt. Mortuo Suantone, ad petendum regnum descendere Steno, ejus filius & Ericus Trollus: ille patris avique meritis, hic summis, quas possidebat, opibus, pari nobilitate, & magna ingenii atque usus opinione nixus. Cum ad comitia ventum, in duas Sueci factiones abiere, a quibus magnis certatum est studiis. Ad extremum valuit proximorum regum memoria, & praelatus Steno. At Trollus, quo propior summae spei fuerat, eo

Creandi regis facultas periculo non caret.

Duo regni competitores.

Trolli ambitio irritatur repulsa.

1 *Neces* pro *Nex* vix Quintiliani auctoritas in Declam. 8. tueri possit.

eo impatientius acerbiusque repulsam tulit ; & in animo acri, vehementi, elato non fracta, inopinato suorum judicio, sed irritata ambitio est. Contra Steno, ut hominis vim beneficio mitigaret, filium ejus Upsaliae Archiepiscopum designavit, cujus non divitiae solum dignitasque regi ipsi proxima erat, sed auctoritas tanta, ut multarum rerum ab rege ad eum provocatio, legibus Suecorum, esset. Quo sedaturum ferocem animum speravit, multo, quam antea, magis incendit incitavitque indignantem, beneficiis ejus obnoxium esse se, quem virtute parem sibi non existimabat: & eam liberalitatem non a benevolo in se filiumque animo, sed a metu profectam intelligens, majorem audaciam ultima tentandi caepit: apertumque aggressus bellum statim decernendam rem praelio dedit: quo, tuentibus regem suum fortiter Suecis, victus Trollus fususque ab incaepto non destitit; & ulcisci aemulum, vel exitio patriae, contendens, ad Christiernum, Daniae regem, confugit, eumque ad invadendam Suetiam, intestino dissidio fractam, sollicitavit. Christiernus adversus Suecos implacabili odio atque ira ardebat; quod proximis comitiis petentem regnum eluserant, speque sua dejecerant: & erat ipse vir omnium, qui eo seculo regnarunt, importunissimus & superbissimus. Laetus igitur occasione, quae offerebatur, de iis, qui se petitionemque suam sprevissent, capiendae vindictae, valida classe in Suetiam contendit, expositisque copiis, nullum immanitatis exemplum reliquum sibi fecit: omnia incendiis, caedibus, direptionibus vastavit, non humanis, non divinis rebus parcens. Occurrit ita grassanti cum exercitu Steno, & praelio quidem superior Danum in fugam vertit. Sed ipse, graviter saucius, triduo post ex vulnere periit. Quo accepto, Christiernus, redintegratis viribus, majori, quam antea, conatu Suecos, amisso rege, perturbatos, nec satis consilia explicantes, invadit. Dilapsis enim iis, & a communis salutis, cujus vindex nemo extabat, ad privatarum rerum curam aversis, victor ex profligato Danus in viscera regni Upsaliam penetrat; quo magnae quidem armatorum manus undique ad tuendam urbem convenerant, sed, nutantibus multitudinis sine rectore consiliis, & prodente rem Archiepiscopo, potitus est urbe Christiernus; & tanto immanius promiscua omnium omnis generis, ordinis, sexus, caede grassata saevitia ejus est, quanto plures principe urbe inclusi in potestatem ejus venere. Ab Upsalia Stocolmiam duxit, sedem regni, in Baltici maris ora sitam. Qua expugnata, non dubium erat, quin secuturum fortunam ejus universum regnum esset. Sed & ci-

Ambitiosus animus nihil beneficio mollitus.

Christiernus, rex Daniae, homo immanissimus.

Victus Christiernus victoria potitur.

Upsaliam caedibus faedat.

Stocolmia.

vium juventus, haud inhabilis bello, & Nobilitas frequens ad caput arcemque rerum defendendam concurrerat; & Vpsaliae casus cautiores diligentioresque ad custodiam sui omnes fecerat; & urbs ipsa cum natura tum opere ita munita, ut facile fiduciam defensoribus adderet. Desperata igitur expugnatione, Christiernus Suecos dolo aggreditur. Laxata non nihil obsidione, summisit, qui, in belli jus atque licentiam collata proximarum cladium causa, consulendum tandem utriusque gentis paci rationibusque ostenderent: validiorem firmioremque utranque rem fore, si ab uno regeretur, in unumque utrique coalescerent regnum: &, quando ipsi orbati rege essent, satius videri, Christiernum, eorum sponte atque beneficio, potiri Suetia, quam bello atque armis utrunque fatigari atque hauriri regnum: ipsum quidem, tanto eorum munere devinctum, omni deposito certamine, omnibus, quibus ipsi caveri sibi vellent, acceptis delati honoris legibus, sancitaque praeteritorum oblivione, patrium in eos animum, patriam charitatem suscepturum. His decepti blanditiis Sueci, nec, sine rectore, ad propulsandum tam propinqui regis bellum, satis viribus suis fidentes, eo descendere, ut Christiernum ex hoste regem asciscerent. Patefactis portis, frequenti obviam itione, introducto in urbem (postquam conventis faederum, ac delati regni legibus sanctissimo se jurejurando obligasset) solemni ritu, diadema imponunt; & hilarem se facilemque omnibus praebentem festis excipiunt epulis. At Christierni crudelis atque infidus animus simulac, illatis in oppidum signis, potentem se rerum sensit, ne moram quidem ultionis ullam ferre potuit. Ab ipso statim hospitalis mensae convivio rapi Episcopos tres, aliosque praeterea principes in carcerem vinculaque, ac, postera die, spreta promissorum, spreta faederum, spreta jurisjurandi religione, mactari omnes, indicta causa, jussit: novumque nec antea visum in eo regno spectaculum, Episcopos, securi publice percussos, ostendit, non aliud ob crimen, quam quod patriam a vi atque tyrannide ejus tutari conati essent. Secundum Episcopos, pari supplicio necati principes & quicunque e Nobilitate eminerent. Mox pertractus Senatus, & honestissimus quisque civium: ac deinde proscripta aliorum, qui ad caedem poscebantur, nomina, & par paena indicta occultantibus proscriptos, aut ulla re juvantibus. His omnibus [neque enim in clausa ac perterrita civitate cuiquam effugium patuit] trucidatis, immissus in reliquos, atque in ipsam quoque plebem, quae ad spectandum conflu-

Dolus Christierni.

Perfidus & crudelis Christiernus.

xe-

xerat, efferatus tot caedibus miles, totaque urbe occisione grassatum, &c, in ipsas quoque domos impetu facto, non faeminis, non imbelli aetati militaris saevitia licentiaque pepercit. Abdiderant se, ubi promiscuè peti omnes est intellectum, magna omnis generis sexusque multitudo, ut cuique promptum fuit, obscenis etiam ac faedis in locis, & maxime sepulcrorum tumulis. Id ut accepit Christiernus, tantum materiae subtractum saevitiae suae aegre passus, circunmissis praeconibus, incolumitatem omnibus, qui ultro prodiissent, pollicetur, latentibus nullam spem veniae fore edicit. Vt facile est miseros, & omni spe destitutos, fallere, ad id edictum ex omnibus latebris in publicum proceditur. Tum, impetu facto, redintegrat caedem miles. Praecipuo odio Ribingam in gentem saevitum, excisis stirpitus omnibus viris faeminisque: impuberes pueros puellasque crinibus suspenderunt, ac, diu ludibrio habitis, cervices, quo inde truncata corpora ad terram deciderent, gladiis praeciderunt. Stenonis quoque regis, a quo praelio victus in fugamque actus fuerat, exemptum sepulcro cadaver in conspectum efferri jussit; visoque, adeo exarsit, ut, nihil absumptum tabe, morsu [quod horridum dictu est] appetisse ac laniasse dentibus dicatur. Et me piget referre longe faedissimum facinus, quod etiam in homine immanissimo vix fidem videtur habiturum. In unum civium [Joannem Magnum dixere] dignum, cujus ne nomen quidem sileatur, adeo efferbuit tyranni rabies, ut, quod Christiano homini ingens nefas est, detractis vestibus, nudum in crucem sustulerit, crucique praeacutis clavis suffixerit. Neque tam atroci, tam indigno supplicio contentus, exprobranti ex ipso patibulo perfidiam crudelitatemque tyranno, & secum feliciter agi praedicanti, cui Christi Dei, humani generis liberatoris, imitari mortem, ac perpeti cruciatus daretur, amputari virilia, atque in os, viventis adhuc, conjici jussit. Postremo, laniato pectore, evulsum cor, & exanimi jam corpori inflictum. Magnum seculi dedecus, monstrum tale quod tulit! Atque haec infandi tridui, quo barbarus rex moratus Stocolmiae est, sunt acta. Cum inde circumisset ipse urbem, ad fruendam rem oculis, & omnia fora, omnia compita, omnes vias cadaveribus ac sanguine fluentes aspectasset, magis, quia non superfuere, in quos saeviret, quam quod exsatiata saeviendi libido esset, ut, id modo petitum illa expeditione videretur, abscessit, atque in Daniam regnumque suum abiit. Et, ut ne iter quidem expers im-

Nova perfidia immanitasque.

Impietas crudelitati par.

Quanta hominis immanitas

immanitatis ejus esset, ad Monasterium haud ignobile regionis ejus, cui Novavalle est nomen, divertit, & hospitio a Monachis perbenigne acceptus, postera die discedens, veluti per ludum, Antistitem ipsum templi, & sex cum eo Monachos, in proximo lacu, perforata glacie, summergi, se inspectante, & miserabili morte necari, nihil tale aut meritos aut suspicantes, imperavit. Atque haec scelera Romae apud Adrianum Sextum Pontificem Max. tuebantur Caroli quinti Caesaris Legati, cujus soror nupta Christierno erat: ut, cum nemo esset, qui verba Legatorum redargueret, & Caroli plurimum in urbe auctoritas, plurimum apud Pontificem gratia valeret, Episcopis a Christierno interemptis, quos ipse auctor caedis voluit, successores Pontifex dederit. Quae res adeo Succorum a R. E. alienavit animos, ut haec vel maxima vertendae inde religioni fuisse causa praedicetur. Tam atrocibus adversum homines feritatis exemplis adjecit haud minus nefaria in ipsum Deum Sacrosanctamque religionem impietatis facinora; & Lutheri, tum maxime in divinas ceremonias debacchantis, amplexus haeresim, ita a Catholica fide defecit, ut, omnibus expilatis Sacrariis, omnibus detractis altarium donis, omnibus templorum ornamentis, omnibus argenteis aureisque donariis, omni sacra supellectile apparatuque direptis, dubitare coegerit homines, utra labe inquinatior faediorque animus ejus esset, crudelitatis, an impietatis, an avaritiae. Et quis tam tetrum monstrum eo Christierno progenitum credat, qui pietatis studio, ut Pontificem Max. ut Romanam urbem, ut loca conspersa consecrataque Martyrum sanguine, ut ipsam Christianae religionis sedem viseret venerareturque, pedibus Romam ab usque Dania venit, Sixto quarto Pontificatum gerente, eximiaque a Pontifice Sanctitatis munera, quae inde haec ipsa bellua violaret pollueretque, in patriam retulit? At eum, non diu morata, coelestis irae vindicta perculit. A popularibus enim suis, odio tam importunae naturae, captus, & mox cum conjuge liberisque regno ejectus, in Belgis, apud quintum Carolum, diu exul atque inops egit. Ejus demum opibus adjutus, magna comparata classe, ad recuperandum regnum vadentem faeda primum adorta tempestas disjecit, multasque illi naves, obrutas fluctibus, ademit; deinde, inita cum hoste pugna, victus profligatusque in potestatem Christiani, Holsatiae Principis, quem sibi Dani regem delegerant (1), pervenit, & in vinculis miseriaque vi-

Christierni a Catholica fide defectio.

Vitam in vinculis relinquit.

1 Sequutus sum primum exemplar: nam secundum praefert *delegarant*.

vitam reliquit (1). Hujus filiam Christiernam Carolus Caesar Francisco Sfortiae, novissimo Mediolanensium Duci, matrimonio junxit, eoque mortuo, Antonio, Duci Lotharingiae (2), tradidit, qui ex ea Carolum, Christiernae hujus, Magnae Etruscorum Ducissae, patrem suscepit. Caeterum inter has Suetiae clades tumultusque, Gustavus quidam, cui a patre cognomentum Ericson fuit [id Germanice Erici filium significat] & sorore Stenonis erat genitus, ex Dania, quo antea captivus aut obses abductus fuerat, per licentiam venandi, post Christierni reditum, saevitiam ejus, atque odii acerbitatem in Sueticum nomen timens, pastoris habitu, profugit Lubecam, & a Lubecensibus adjutus [quibus eo potiri regno Danum, & supra, quam iis tutum esset, crescere finitimi regis opes, non placebat] navibus in Suetiam est delatus, &, concitis popularibus, qui sua sponte a Christierno, ob editam maxime Vpsaliae ac Stocolmiae teterrimam carnificinam (3), abhorrentes, Gustavum, ad vindicandum pristinae libertatis jus vocantem, certatim sequebantur, ex omnibus oppidis Dani praesidia expulit, & tota Suetia inimicam gentem exegit. Quo beneficio devincti Sueci, cum de constituenda Rep. Concilium, longe frequentissimum, habuissent, Gustavum patriae dignitatis vindicem, non solum regem sibi, magno consensu, delegerunt, sed successionis jus in filios stirpemque ejus transtulerunt; experti, libera creandorum regum suffragia, ex diffidentium studiis, competitorumque ambitu, quantum semper turbarum, quantum periculi genti ac Reip. attulissent. Et ipse, potitus regno, prava cupidine Sacerdotiorum divitias invadendi illectus, cum a Catholicae fidei disciplina defecisset, et, ex Lutheranorum placitis, sublatis Episcopis, atque aliis Sacrorum ministris, eorum bona fortunasque, quas amplissimas priscorum pietas constituerat, in regium fiscum redegisset, magnopere auctum ex alieno regnum stabilitumque filio moriens tradidit. Is regio nomine, flore aetatis, & formae dignitate fretus, qua praestabat, ad matrimonium Elisabethae, Britanniae reginae, adjecerat animum, & diu ab ea ductus, & falsa spe lactatus fuerat: sicuti plerique alii pari frustratione decepti sunt a faemina, quae nuptias magis, quam viros respuens, regno, quam rege, potiri beatius ducere videbatur. Ea cum a popularibus, amore in regium san-

Gustavus ut regnum adeptus.

Gustavus rex creatus.

Ecclesiae opes diripit.

Ericus, Gustavi filius.

1 An. 1559.

2 Primum exemplar *Lutharingrae*, alterum *Luibaringiae* exhibet.

3 *Carrificenam* utrumque exemplar retinet.

ſanguinem, & ſtudio ſucceſſionis, ut, procreandis liberis, juſtum ſibi deligeret virum, rogaretur, quaſi morem iis geſtura, inibat cum aliquo regum de conjugio negocium, quod inde, ubi libuiſſet, injectis difficultatibus, abrumpebat. Hac ludificatione cum alios multos, tum Ericum quoque, diu extractum, fefellit. At is, non multo poſt, valetudinem (1) mentis contraxit, qua impulſus caedibus ſuorum graſſari caeperat, ac demum Joannem fratrem, Finlandiae Ducem, in vincula conjecerat, deque necando eo, & uxore ejus Moſchorum regi dedenda (haec erat Auguſti, Poloniae regis, ſoror, cui cum Moſcho aeternae inimicitiae, ac pene continens bellum erat) agitabat. Cujus furoris cum neque extarent cauſae, & magna omnes innoxiorum miſeratio caepiſſet, conjuratione principum, exempta Joanni vincula, & amenti regi injecta (2). Ita, cui nuper capto oppreſſoque haud du-

Exitus Erici.

1 Ita *valetudinem mentis* Gratianus dixit, ut Cicero *valetudinem oculorum* lib XIIII. Famil epiſt. 4.

2 In vinculis quum eſſet Ericus, ſupplices haſce ad Joannem fratrem conjugemque ejus Catharinam (quam ſororem ſuam propterea vocat, quod fratri ſuo eſſet nupta) litteras dedit, quas *Articulos* inſcripſit: in quorum tertio ſe non dementem, ſed dementiſſimum plane oſtendit.

„ARTICVLI.„

„ Supplicationis Erici, quondam „ decimiquarti ejus nominis, regis „ Suetiae, jam autem captivi et de„ſerti ferme ab omnibus hominibus, „ ad Illuſtriſſimum Potentiſſimum „ Principem Joannem Regni Suetiae, „ ut conjecturis aſſequi poſſum, fu„turum Regem, jam autem Regni „ ejusdem ſe heredem, et Ducem „ Finlandiae appellantem: Nec non „ ad Sereniſſimam Illuſtriſſimam Prin„cipiſſam Catherinam, Regni Po„loniae infantem, et futuram, ut „ reor, Regni Suetiae Reginam, ſo„rorem ejusdem chariſſimam. Humi„militer primum rogat praenomina„tus Ericus XIIII. quondam Rex „ ab Potentiſsimo fratre ſuo, futuro „ Rege, ejusdemque conſorte Illu„ſtriſſima, ut fraterno & Chriſtiano „ animo, propter filium Dei Vnigeni„tum Jesum Chriſtum, velint illi o„mnes injurias et controverſias veraci„ter et ex ſincero animo condonare, abſ„que ullis ambagibus et tergiverſationibus; „ relicto & omiſſo omni odio, invidia „ perſecutioneque. Pollicetur praeno„minatus quondam Rex, ſe fideli„ter piis precibus ad incolumitatem „ et felicitatem futuri Regis, quam„diu vixerit, oraturum. Secundo, „ cum maxime, et ferme quotidie, „ gravetur magnis et diverſis animi „ et corporis tribulationibus, tam „ ab hominibus quam a diabolo, totius „ humani generis hoſte, praenominatus „ Ericus decimosquartus, quondam „ Rex, ita, ut impoſſibile ei ſit, „ ejuſmodi regimine tribulari, ut re„gni proceres ab illo exigunt, mul„to minus deteriori modo, quam a „ tempore menſis Maii, nuper ela„pſi, factum affeci, ut conſentiant. „ Rogat fraterne, ut regimen Re„gni Suetiae, nec non ſcaeptrum „ & coronam, omniaque ornamenta Re„galia (ſi Regni Suetiae ordines „ unanimiter pridem hoc conſentie„rint et approbaverint) Illuſtriſſimus „ et Potentiſsimus Rex futurus a fratre „ ſuo Erico decimoquarto praeno„minato accipiat, atque utatur, „ fruatur pro ſe liberiſque ſuis maſcu„lis in perpetuum, his conditioni„bus tamen infallibiliter promiſſis

„ & prae-

dubium vitae discrimen imminebat , parvo momento, rex con-

,, et praestaris , literisque et sigillis
,, confirmatis , quae in hac supplica-
,, tione continentur , et petuntur ,
,, absque dolo et novis inventionibus ,
,, a tempore Regis Gostavi , utriusque
,, fratrum parente , inventis et exco-
,, gitatis . Tertio omnino sperat prae-
,, nominatus Ericus XIIII quondam
,, Rex , a fratre suo , futuro Rege ,
,, et ejusdem Illustrissima consorte ,
,, nec aliter unquam ulli Regi in
,, mundo se submittet , donec vixe-
,, rit , quam ut liceat ei audire ver-
,, bum Dei , libros verus , minime-
,, que falsificatos Bibliarum , utpote
,, veteris et novi testamenti , habere ,
,, Expositionesque Lutheri , & Phili-
,, pi Melanctonis , aliorumque ortho-
,, doxorum , retinere & sibi computare ,
,, nullisque aliis Religionibus subje-
,, ctum existere : publiceque doctri-
,, nam Lutheri audire , fateri , tueri
,, atque defendere . Quartus articulus
,, est , ne ullo modo laedatur ad fa-
,, mam vel honorem suum a quoquam ,
,, Regno Suetiae subjecto , vel Sub-
,, dito , vel Regi futuro : neve
,, de anteactis rebus , vel propter
,, hunc tractatum cum Potentissimo
,, fratre , vel quavis causa , ita ut
,, possit ei dedecus evenire : nec ullo
,, modo aut tempore , quandiu natu-
,, raliter vivere vel subsistere aut se
,, movere poterit , ei ulla vis vel
,, nocumentum ad vitam , corpus , vel
,, membra inferatur aut contingat :
,, sed potius ab his omnibus frater-
,, ne et potenter defendatur et tuea-
,, tur a potentissimo fratre suo prae-
,, nominato : quod etiam extraneis
,, audacter et libere , si quidquam tale
,, tentaverint , respondere verbis et fa-
,, ctis liceat , atque sub defensione
,, Potentissimi fratris illaesus maneat .
,, Quintus articulus est , ne quid-
,, quam cogatur in mundanis causis fa-
,, cere contra Deum verum , nec in
,, aliis articulis vel causis obedire ,
,, quam ut verbis propriis a Re-
,, gia Majestate futura illi quid-
,, que fuerit oretenus , vel manus
,, subscriptione , demandatum per li-
,, teras : quis etiam Illustrissimam
,, consortem futuri Regis cupit ap-
,, probare , et non expetere ultra .
,, Sexto promittit praenominatus quon-
,, dam Rex Ericus XIIII. se remissurum
,, omne juramentum , cum omnibus tra-
,, ctatibus Regni (vidisse tamen sibi
,, reservato) in Regni Suetiae Can-
,, celliam : quando provintiam , aeque
,, pollentem , et tot reditus haben-
,, tem , ut a Rege Gostavo patre ,
,, & Domino suo , quondam charis-
,, simo , Illustrissimo Principi Duci
,, Carolo , Regni Suetiae heredi , et
,, Duci Sudermaniae , fratri charissi-
,, mo , fuit in testamento ascriptum :
,, vassalitiumque fidele praenominato
,, Illustrissimo Potentissimoque Prin-
,, cipi Joanni , futuro Regi , juramento ,
,, et singrapho praestaturum , ea con-
,, ditione , sicut in hac supplicatione
,, continetur : quemadmodum Dux
,, Carolus frater obligatus est : nequa-
,, quam etiam neglecto , ut idem jus
,, hereditatis Regni praenominato
,, Erico XIIII. filiisque masculis ejus ,
,, quemadmodum praenominato Caro-
,, lo Duci (habita ratione tamen
,, aetatis) integrum sit & maneat .
,, Septimus articulus est , ut ulli homini
,, aut personae , internis vel externis ,
,, liceat accusare aut sistere praeno-
,, minatum Ericum decimumqusrtum ,
,, quondam Regem , in juditio de
,, praeteritis Regni , aut aliis causis ,
,, ejus tempore transactis , sed , si
,, aliqua quaestio judicialis mota fue-
,, rit , ut tandiu liceat ei suthorita-
,, tem regiam aeque , ut primo anno
,, sui regiminis , usurpare , ne priva-
,, tus in judicio respondeat suis ini-
,, micis apertis vel occultis Octavo
,, interrogat praenominatus Ericus de-
,, cimusquartus , quondam Rex , an
,, Potentissimus Princeps , futurus
,, Rex , velit consentire , ut quon-
,, dam etiam Rex , Princeps Heredi-
,, tarius Ericus XIIII. vocetur & ap-
,, pelletur . Nono humiliter quaerit ,
,, quibus legibus ei utendum sit erga
,, famulos et subditos suos . Decimo
,, humiliter orat et summopere rogat ,
,, ut

conſtituitur (1): qui regio honore, regia libidine inſaniebat; ca-

,, ut poſſit famulos ſuos antiquos in
,, famuliciis retinere, atque nulli al-
,, teri ſubditos cenſeri: utpote Caro-
,, lum Morneum, Claudium Colar-
,, dum, Chriſtophorum Andreae, atque
,, Jacobum Baggae, Andream Olai:
,, cum eorum liberatio, gratia praeno-
,, minati principis fratris, futuri Re-
,, gis, a Sereniſſimo Rege Daniae
,, Frederico facile impetrari poſſit.
,, Pollicetur e contra, quandiu Ma-
,, jeſtati Regiae futurae placuerit, ſe
,, nullam injuriam Daniae illaturum.
,, Vndecimo humiliter orat, ut hiſto-
,, rias propriae temporis ejus regimi-
,, nis veraciter conſcribere liceat, at-
,, tamen abſque laeſione futuri Regis.
,, Duodecimo humiliter quaerit, qui-
,, bus legibus ei utendum erga famulos
,, et ſubditos ſuos. Tredecimo quae-
,, rit humiliter, an acta omnia tem-
,, pore ejus regiminis, aut aliqua
,, pars eorum debeat reſcindi, an
,, inviolata manere. Quartodecimo
,, offert Regi futuro, et conſorti
,, ejusdem Illuſtriſſimae praenominatus
,, quondam Rex omne aurum &
,, argentum, quod in fiſco Regio
,, Holmiae reſervatum eſt, nec non
,, omnia monilia, et omnes gem-
,, mas precioſas, cum tapetibus au-
,, reis et vaſis argenteis, nec non
,, aliis utenſiliis, omnibus merci-
,, moniis, quae in penuariis per to-
,, tum Regnum ſervantur, nullis ex-
,, ceptis, tum etiam omne aurum
,, Maſſarum, quod reſervatum ha-
,, bet ex hereditate paterna, exceptis
,, duobus Schriniis, parvo uno, &
,, altero ferme vacuo; quod ſibi
,, et pauperibus filiabus relinqui ſpe-
,, rat, ea conditione, ut nullo modo
,, cogatur reſpondere ad ulla debita
,, Reginae Sueticae, quae forte intranei
,, et externi ſibi deberi aſcribunt, vel
,, jure ad ſe pertinere putant: ſed
,, ab iſtis querimoniis potenter a fra-
,, tre ſuo chariſſimo, futuro Rege,
,, defendatur. Quintodecimo inter-
,, rogat, an liceat ſibi arcum trium-
,, phalem ex lapide marmoreo erige-
,, re, atque acta et triumphos in eo
,, exculptos habere. Sexrodecimo ro-
,, gat, ſibi determinari locum et pro-
,, vinciam, ubi manere debeat, at-
,, que ex quo ſuſtentationem, prin-
,, cipe dignam, pro ſe liberiſque ſuis
,, habiturus ſit; ut pridem etiam com-
,, memoratum. Septidecimo orat hu-
,, milime Potentiſſimum futurum Re-
,, gem praenominatus Ericus decimuſ-
,, quartus, quondam Rex Suetiae,
,, ut idem jus hereditatis Regni ma-
,, neat liberis ejus maſculis, quos ex
,, Catherina Magni genuerit vel ge-
,, nuit, quemadmodum ſibi ipſi.
,, Octodecimo orat, ut eandem Ca-
,, therinam, Magni filiam, cui de-
,, ſponſatus per Archiepiſcopum Vpſa-
,, lenſem, liceat in uxorem, legiti-
,, mo, utriſque jocundo, et in omni-
,, bus matrimoniis ſibi conſueto ritu
,, copulare. Novemdecimo orat, ne
,, uxori praenominatae aut liberis ſuis
,, ulla vis inferatur, aut ab aliquo
,, injurioſe laedantur: quod ſperat
,, etiam famulis ſuis non illatum iri.
,, Promittit e contra, ſe omnes inju-
,, rias praeteritas libenter depoſitu-
,, rum. Vltimo orat ſummis ſuſpi-
,, riis et intimo cordis affectu quam
,, humilime, ne ultra tot terriramen-
,, tis mortis, et variis contumeliis
,, afficiatur: ſed ut ſimpliciter et can-
,, dide cum hominibus veracibus et
,, minime fraudulentis, abſque cru-
,, ciatibus animae vel corporis, liceat
,, ei vivere et exhilarari. Quod Deus
,, omnipotens Regi futuro proculdu-
,, bio multa foelicitate, longa vita,
,, et fortunato regimine recompenſa-
,, bit. Haec eſt breviter ſupplicatio
,, Erici decimiquarti, quondam Regis,
,, humilima, rogans, ut Potentiſſimus
,, frater, futurus Rex, omnia bene
,, et candide in meliorem partem, ut
,, optat praenominatus quondam Rex,
,, velit intelligere, atque minime
,, aegre ferre. Si quid minus bene
,, poſtulatum aut ſcriptum, ſi quid
,, eſt, quod diſpliceat, rogat humili-
,, ter, ut ei declaretur aperte: liben-
,, ter facturus omnia, quae non pror-
,, ſus in perniciem et ruinam ipſius
,, et

cathenis vinctus in custodiam traditur, in qua reliquum vitae peregit. Adeo in humanis rebus facilis a servitute ad imperium, ab imperio ad servitutem est transitus.

Tom. II. L Lu-

,, et liberorum ejus sunt caesura. Atque si supplicatio non approbetur, rogat humiliter, eam reddi authori, ad ulteriorem deliberationem. Datum Swartzo 14. Octobris Anno 1567.

1 Joannes hic, Erici frater, postquam exemptus e vinculis fuit, Annae, Augusti, Poloniae regis, uxorisque suae Catharinae, sorori, litteras dedit, quibus se liberatum carcere aerumnisque nunciavit, illiusque atque etiam Augusti regis opem contra Moschum flagitavit: quas ipsas profero.

,, Serenissimae et Illustrissimae Principi, Dominae Annae, Reginulae Poloniae, affini & sorori nostrae charissimae.

,, Serenissima et Illustris Princeps, Domina et soror dilectissima, Illustrissimae Claritati Vestrae salutem, incolumitatem, optimam valetudinem, et omnia bona foeliciaque a Deo optimo maximo precamur.

,, Illustrissima Princeps. C. V. haud latere possumus, nos una cum Illustrissima conjuge nostra, sorore C. V. dilectissima, a captivitate diuturna immeritaque, Dei omnipotentis auxilio, liberatos esse. Pro quibus magnas ingentesque gratias Deo referimus. Porro necesse fore existimavimus tyrannidem & insolentiam, superbiam ac impudentissimum Joannis Basilii, Magni Moschorum Ducis, conatum C. V. significare; quod videlicet adeo scelerate contra divina humanaque jura omnia, a barbaro quodam et nefando more suo, Illustrissimam conjugem nostram a nobis sejungi sibique tradi postulaverit. & cum tali impudentissimo ac nephario eius postulato denegatum fuit (sicuti fas erat) tunc illico bellum huic Regno, per legatos suos, qui adhuc praesentes sunt, denuntiavit. Deinde, cum a legatis quaesitum esset, cur tam absurda impiaque peteret? responderunt, praenominatum Moschoviae Ducem, conjugem nostram charissimam, sibi in honorem, Serenissimo vero Regi Poloniae in dedecus sive ignominiam tradi velle. Quapropter C. V. rogamus, ut petitione sua apud Serenissimum Regem Poloniae, fratrem suum, pro nobis intercedere, Majestatemque suam sedulo cohortari dignetur, quo ad vindicandam hujus barbari hostis immanitatem, nobis auxilio esse velit: quo, facta foederatione cum Serenissimo Rege Suetiae, dignas, Deo auxiliante, tanti sceleris poenas praedictus Moschorum Dux luere possit, &, si forte, hoc intellecto, pacem cum Serenissimo Rege Poloniae, affine nostro, praefatus Moschorom Dux inire voluerit, ut nullam pacem induciasve cum eo inire dignetur, in quibus Suetiae Rex, Nos et Regnum Sueticum non inclusum vel comprehensum fuerit: quod hac ratione, nihil hostile in Finlandia vel Livonia moliri possit. Quod Serenissimum Poloniae Regem, Claritudinis vestrae fratrem dilectissimum, habita pietatis affinitatisque ratione, facturum speramus. Quibus Claritatem vestram, dio et foeliciter valere, a Deo omnipotenti optamus. Datum Wendir Holmiae 6. Novembris. Anno Domini M. D. LXVII

,, Illustrissimae Claritudinis vestrae

,, Affinis & fratet dilectus

,, Joannes Dei gratia Regni Suetiae
,, hereditarius Princeps & Dux
,, Finlandiae C.

Qua ex subscriptione intelligimus, Joannem hunc, licet ad regnum, unde pulsus Ericus fratet fuerat, a Suecis vocatum, titulum tamen regis, con-

Lubeca profecti, quod breviſſimum a Baltico mari ad Germanicum oceanum eſt iter, Hamburgum biduo tranſivimus. Tantulum enim, hac terreſtri via, inter ſe diſtant maria, quae navibus, non niſi longo totius Daniae ambitu, petuntur. Cimbros olim has terras atque hos Germaniae intimos fines tenuiſſe ferunt; atque hinc profectos ad invadendum Romanum Imperium, quod ipſe horrebat terrarum orbis, obruendamque Italiam Barbaros pervaſiſſe: quam noſtro quidem infecerunt, ſed ſuo demum inundarunt ſanguine, & paenas temerarii auſi, Mario ductante Romanas legiones, luerunt. Hamburgum haud minus, quam Lubeca, nobile regionis ejus emporium, cui alienae clades in lucrum auctumque verterunt. Nam Belgico bello innexi Britanni, & palam Hiſpanorum hoſtes, inde excluſi, negociationem Hamburgum tranſtulerunt: eoque nunc merces ſuas, magno civitatis commodo, convehunt. Vrbs ipſa ne ambitu quidem maenium, aut aedificiorum publicorum privatorumque ſplendore, aut aquarum ac fontium copia, Lubeca eſt inferior. In dextra Albis ripa eſt ſita, non longe ab oſtio ejus, quo in mare tam latus tantuſque ſe ſe effundit, ut oceani ipſius ſinus, quam amnis ſimilior eſſe videatur. Nos certe, qui ab Hamburgo, medio flumine, petentes Stadiam, deſcendebamus, veluti pelago navigantes, vix ab ulla parte ripas fluminis cernere videbamur. Neque ea latitudo non magnarum quoque navium eſt capax, quae ab oceano ad maenia uſque oppidi ſubvehuntur, multa merce onuſtae. Nos hinc, per Friſiae ac Veſtphaliae fines, tertio omnem tranſgreſſi Saxoniam, in Belgas reverſi ſumus. Hic redditae a Pontifice litterae Commendono ſunt, quibus, comprobato conſilio ejus omittendi regem Suetiae, redire in Italiam, & ex itinere regulos civitateſque, Rheni accolas, adire iterum, et maxime cum Epiſcopis de Concilio agere jubebatur. Peragratis igitur Belgis, profecti Bruxellis, Montes (1) in Hannonia

Cimbri. — *Hamburgum urbs.* — *Montes in Hannonia.*

conceſſum fortaſſe fratri, ſibi non arrogaſſe: quod idem in ſuis Ericus ipſe litteris ſignificavit, quum ita ſcripſit, ut vidimus: „ Ad Illuſtriſſi„ mum Potentiſſimum Principem Joan„ nem, regni Suetiae, ut conjecturis „ aſſequi poſſum, futurum regem, „ jam autem regni ejusdem ſe here„ dem . . . appellantem. „ Petavius in Ration. temp initium regni, ab Joanne initi, confert in an. 1568.

1 De hac urbe proximaque regione haec in Ephemerides Gratianus contulit. „ Hault, hora detto Noſtra Da„ ma di Hault, per una capella, ch' „ ivi è, dedicata a la Vergine Maria; „ la quale è celebre per molti mira„ coli, & vi ſono molti voti & ima„ gini di Principi & Imperatori, fra „ gli altri di Maſſimiliano, è aſſai „ buona terra, ma disfatta per le guer„ re; eſſendo ſtata per lo ſpatio di „ 18.

nia petivimus. Vrbs est in primis opere et natura munita, in leni sita tumulo, unde illi nomen, multis insignis aedificiis fontibusque, in ipsa urbe nascentibus, sed veteris sanctitatis ac religionis monumentis multo insignior. Siquidem prodiisse hinc Bertildam, Valtrudam, Vbertum, Amantem, Vincentium, sanctissimos viros, ferunt, quos spectata pietas & sancte culta religio sustulit in coelum, atque in Coelestium retulit numerum. Et Valtrudae quidem praeclarum est opus templum monasteriumque, Belgarum omnium longe nobilissimum, quod Canonissae colunt, de quarum ratio- Canonissae apud Montes.

„ 18. anni trè volte saccheggiata et „ abbruciata da' Francesi et tutto questo „ paese è disfatto et goasto da le „ continue guerre.

„ Brena, assai buona terra: et hora „ tutto questo paese si chiama il paese „ d'Hault, fin' a .....onde i Thedeschi „ chiamano Hault gl' Italiani „ ancora etc.

„ Mons, gran città et bella et forte, „ capo di tutto il Contato di Hault, „ o, come hora si dice, N.ult, ne „ la quale risiede il Governatore di „ detta provincia, che al presente è „ il Marchese di Borges.

„ Avena, buona terra et assai forte, „ è l'ultima terra del rè Filippo „ da questa banda verso Francia. Il „ suo territorio và fin quasi a Flamengaria, „ che è una lega lontano. „ Qoesto è un villaggio del Cardinale „ di Lorena; longe dal quale „ una lega è la Scapella, castello et „ prima fortezza di Francia. Stanno „ in questi confini perpetuamente con „ l'armi in mano: et tanto sono usati „ a le goerre, che a pena sanno „ stare in pace. Sogliono qoi, a tempo „ di guerra, talvolta i contadini „ et gli altri far tregua fra loro, per „ potere andare a mercati et simili „ facende. Il viaggio per questo paese „ è tristo sempre, massime per i „ carri; devendosi andare di continoo „ per colli et valli, et scendere et „ salire: ma in tempo di pioggia è „ difficilissimo, come noi habbiamo „ provato.

„ Da Avena una lega et mezzo è „ del rè Filippo, et fornisce il suo „ territorio al fin d'on bosco; dopo „ il quale è un fossetto, che divide „ la giurisdittione di Francia et di „ Borgogna. Dal boschetto a Flamengaria „ è mezza lega. E' maraviglia „ vedere, quanto le genti di questi „ confini sieno inimiche fra se, et „ partiali de' suoi Signori.

„ Da la Flamengaria a Tranpoot „ sono due leghe; et qui è un fiume, „ il quale cresce per le pioggie, et „ impedisce in tempo di guerra assai „ le correrie.

„ Da questo fiume a Varnin sono „ due leghe di montagna: et questo „ è un castello, il quale, già cinque „ anni, fu abbruciato da la Regina „ Maria allhora, ch'ella scorse tutta „ la Piccardia, saccheggiando et ruinando „ ogni cosa, senza alcon rispetto „ di Chiese o d' altro. Varnin è „ de l' Abbate di Fognì, ch'è persona „ assai nobile, ed ha quattro Abbatie, „ che gli danno da 18. franchi „ d'intrata, che sono da ottomila „ scudi. Ha qoesto Abbate un bello „ palazzo, mezza lega lontano da „ Varnin, che edificò il fratello di „ detto Abbate.

„ Tavio è una terra del Vescovo „ di .... (ch'è un giovane „ non ancora confermato per l'età) „ per la qoale passa un fiume, ch' „ impedisce parimente le correrie.

„ Lisàn è una terra d'un privato „ gentilhuomo, detto Mousignore di „ Lisàn.

„ Bacchaberì è on villaggio grosso „ di Monsignore di Baecha, per il „ quale passa un fiume, detto Berì, „ che

ﬅione atque inſtitutis ſupra (1), cum de Agrippina Colonia ageremus, memoravimus. In earum collegium non, niſi claris ortae parentibus majoribuſque, cooptantur (2). Habent intra ſepta ſuas quaeque aedes, ſuam quaeque praebendam [ſic enim vocant]. Alba omnes in veſte ad Sacra prodeunt, diviniſque in templo ceremoniis operantur. Egreſſae templo, non alio, quam, qui caeteris communis, ornatu amiciuntur. Harum imperio non ipſa modo urbs, ſed omnis parebat regio, templo a Valtruda (3) dono data. Fuit enim haec opulentiſſima mulier, cujus regnum latiſſime in Belgis patuit, ut eorum habent annales. Verum id jus translatum poſtea in reges fuit, qui tamen hunc honorem templi (4) Antiſtiti habent, ut non ante dominatum gentis ineant, quàm jurejurando confirment omnia ſe templi jura ſarta tecta habituros, nec ulla re unquam violaturos. Ex Hannonia, quam tenuiſſe olim Nervios credunt, nos in Lotharingiam tendentes, per Cambreſiam & Guiſiam, & Picardiae fines, venimus in Rhemos, quos Belgarum fortiſſimos Julius Caeſar memorat. Civitas caput gentis hodie *Reins* (5) vocitatur, Archiepiſcopali honore prae-

Apud Rhemes, regi Galliae diadema imponitur.

„ che divide la Piccardia da la Campagna, et dà il nome al villaggio, „ et queſto ſi paſſa in barca.

„ Lontano da queſta terra una lega, „ pure in Piccardia, è una terra del „ Principe di Condè, detta Busì, la „ quale è quaſi tutta heretica.

„ L' Abbatia di Sao Chini, bel mo„ naſterio, una lega et mezzo lonta„ no da Rens in Piccardia. „

1 Pag 26. hujus Vol

2 In utroque exemplari legitur *coaptantur*: quod quidem verbum, ita ſcriptum, legere me ſaepiſſime in vetuſtis MSS. codicibus memini.

3 Conſtantiae cauſa ex *Valtrude* feci *Valtruda*.

4 Mallem *Antiſtitae*.

5 De Rhemenſi urbe haec in ſuis Ephemerid. Gratianus prodidit. „Rena „ è una città molto grande, in pia„ nura, ne la provincia di Campa„ gna, anticamente *Rhemi populi*, „ *Rhemenſis Civitas*. è de l' Arci„ veſcovo d' eſſa, che al preſente è „ il Cardinal di Lorena; ma non „ vi può hora pienamente uſare l' au„ torità ſua. Vale l' Arciveſcovado „ da 15. mila franchi: et ha il detto „ Cardinale l' Abbatia in Rens di „ S. Remigio, che gli vale da 14. „ mila franchi. Vn franco è poco me„ no di mezzo ſcudo. In queſta Ab„ baria è una belliſſima ſepoltura di „ S Remigio, che fu quello Arci„ veſcovo di Rens, che batezzò Clo„ doveo, primo rè di Francia Chri„ ſtiano. In queſta ſepoltura ſono bel„ liſſime ſtatue di marmo, che mo„ ſtrano la cerimonia de l' untione, „ che ſi fà da l' Arciveſcovo di Rens „ a li Rè di Francia, i quali, ſubito „ che ſono creati Rè, prima che ſi co„ ronino, conviene, che vengano ad „ ungerſi in Rena, per mano de l' „ Arciveſcovo: et s' ungono con l'o„ lio di quella ampolla, che, quan„ do ſi dovea batezzare Clodoveo, „ cadde miracoloſamente dal Cielo; „ la quale ſi tiene in queſta Chieſa di „ S. Remigio. Il colore di queſto o„ lio tira al roſſo, è molle, ma non „ è liquido; et l' ampolla dicono eſ„ ſer di vetro, et molto piccola La „ Chieſa maggiore di queſta Città fu „ ſuperbiſſimamente fabricata da Clo„ do-

praestans; nec minus eo excellens, quod illhic potissimum regi Galliae diadema imponitur, ante sacro liquore delibuto, cujus parvam ampullam delapsam coelo ferunt, cum Clodoveus rex, Christianae pietatis fidem amplexus, Christiano ritu ungeretur: estque non dubia opinio, liquorem ipsum nec minutum tot seculorum usu, nec augeri alterius olei infusu, ac ne misceri quidem. Ampullam certe magna religione curaque asservant. Ego anteverteram, ad visendam Lutetiam, in Parisios excurrere; de cujus civitatis amplitudine, frequentia opulentiaque, & quia nota res est, & quia satis praedicari, pro magnitudine ejus, non potest, nihil amplius hoc loco referam. Rhemis, per Cathalaunos campos (1), Ae- **Luthetia Parisiorum.**

„ doveo, et è grandissima et ornatissima Chiesa. Di fuori tutta piena di statue di pietra; dentro, fra l' altre cose, v' è una antichissima et gran Croce, tutta d' oro. Sono in questa Chiesa da settanta Canonici, ma non però sono gli Canonicati molto ricchi. Sono in questa terra infinite altre Chiese belle. Vi sono de gli Heretici assai, ma occulti, et persone di poco conto. E' ben vero, che gli Nobili di Campagna, che, secondo il costume di Francia, habitano fuori de le Città, favoriscono gli Heretici, anzi sforzano i contadini a l' heresia.

(1) De hoc itinere agit in Ephemer. Gratianus his verbis. „ Nostradama de Spina in Campagna è un villaggio assai grande. V' è una bellissima Chiesa, dedicata a nostra Donna; la quale è stata quivi edificata di limosine, offerte da' pellegrini, venuti a visitare una imagine de la Vergine, per molti miracoli ivi fatti. Da Sissau a questo villaggio è la pianura di Scialòn di Campagna, detta i *Campi Cathalonici*; ne' quali fù fatta quella memorabile giornata frà Ecio, Capitano Romano, et Attila; ne la quale morirono più di 200. mila persone, et fù vincitore Ecio: con la qual vittoria liberò la Francia et l' Italia da total ruina. Per questa campagna caminammo una giornata, lasciando, una lega lontano, a mano destra il detto Scialòn; il quale, già più di 20. anni, fù assediato et preso da Carlo quinto. E' assai buona terra, et al presente piena d' Heretici, i quali ivi predicano publicamente, et hanno fatto mille insulti a li Catholici, &c.

„ Vitrich le Brulè è una terra posta sul fiume Matana, da Cesare chiamato *Matrona*; il quale sbocca in . . . . . In questa terra sono assai buoni Catholici; ma in Vitrich di Francia, lontano due miglia, sono gran numero d' Heretici.

„ Sandisir, fortezza del rè di Francia in Campagna, ne li confini di Lorena, sotto la quale fù già Carlo V. a l' assedio, et la prese: onde seguì poi la pace fra detto Imperatore, et Francia. Vi stanno hora cinquanta Soldati pagati a la guardia; & in tempo di guerra 300. & vi si fanno sempre strettissime guardie. Qui ne furono fatti lasciare a la porta gli arcobugi. La terra è piccola, posta in una gran pianura, vicina a molti boschi. Ne le fosse corre acqua &c.

„ Lignì, terra assai grande de . . . Fu castello . . .

„ Tùl è una gran terra in Lorena, Latino *Tullu*, Francese *Tbul*. Era già quasi franca. Solamente obbediva in alcune cose al Vescovo d' essa, il quale era Principe d' Imperio, ma fu poi usurpata „ dal

Nancium. Aetii de Hunnis Attilaque, eorum rege, victoria nobilitatos, Cialunum, inde, per Sandesirium ac Tullum, Nancium venimus. Hic enim Regiam Lotharingiae Princeps habet: qui, etsi Gallicae stirpis habeatur, communisque genti cum Gallis lingua, communes mores sint, tamen inter Principes Germanici Imperii refertur: quae nobis causa ad eum adeundi fuit. Carolus Burgundus. Hunc Principem, avorum memoria, Carolus Burgundus, cujus imperio Belgae continebantur, & fiducia virium, & armorum studio, quo ingenium ejus exarserat [1], impense laetabantur, ita bello est aggressus, ut, capto Nancio, aliisque multis ademptis oppidis, confugere ad alienam opem coegerit. Helvetii, fera atque aspera gens, & armis exercita, Carolum, subactis Lotharingis, ad se, qui proximi essent, venturum nihil dubitantes, ei armatis cum legionibus occurrerunt, & bis acie fusum magis, quam victum, tertio demum praelio, inter audacissimos pugnam cientem, occiderunt. Adeo acerrimi viri animus nulla adversa re frangi, ac, nisi morte, vinci non potuit! Haec victoria adeo laeta accidit Lotharingis, ut quotannis, recurrente die, quo illa potiti sunt, apud Nancium, cum ipso Principe, supplicatum eant, armaque Caroli, imposita ferculo, per omnia templa solemni pompa circunferant. Ei, qui a nobis conventus est, Principi, Carolo erat nomen. Junxerat illi matrimonio Claudiam filiam Henricus [2] secundus, rex Galliae, ex qua genita haec est Christina, Ferdinandi, Magni Etruriae Ducis, conjux, quae totidem annis octo illi enixa partus, rara Ferdinandi ipsius, & populorum, qui ditioni ejus subsunt, felicitate. Nuptias magno studio conciliavit Catharina Medices, regina Galliae, Claudiae mater, avida, dominantem Etruriae, atque in majorum suorum opes repositam, neptem, ex se procreatam & apud se educatam, videndi. Quanquam senio jam gravis ante vita excessit, quam puella, conscensis apud Massiliam navibus, in Italiam trajiceret. Ab Nancio Com-

„ dal rè Francesco di Francia; il „ quale vi tiene continuamente presidio di 100 huomini, 50. a piedi, 50. a cavallo, con un Governatore, capo di questi Soldati, et „ sopra le cose pertinenti a la militia. Nel resto il governo ritiene la „ forma di prima, ciò è, s' eleggono dieci Cittadini, *penes quos potestas est et vitae et necis*, senza „ apellatione. Questo Magistrato di „ dieci dura un' anno; et questi „ dieci nominano venti altri Cittadini, de' quali poi il Vescovo elegge dieci, quelli che gli piace. Il „ Vescovado vale da 20. mila franchi: i Canonicati 800.

1 Quum nisi aliquod verbum post *ejus* adderetur, suspensa mihi sententia atque imperfecta videretur, subdidi *exarserat*: quo loco omne verbum ab utroque exemplari aberat.

2 In utroque exemplari, *Hericus* legitur.

Commendonus (1) anteire me in Treviros, &, peractis, quorum causa mittebar, ibi adventum suum opperiri jussit. Miserat autem, ut quaedam cum Canonicorum collegio agerem, antequam ipse ab iis adveniens adiretur. Profectus Nancio, nunquam a Mosellae ripa magnopere abscedens (2) per Pontemosonem veni Metim (3), nobilem ac validam in primis regionis ejus urbem: quam Henricus secundus, rex Galliae, circa annum MDLII. illato Caesari bello, Germanico Imperio, cujus juris erat, & libera suis legibus utebatur, eripuit, & cum ea Tullum & Verdunum, quae item ad Germanos pertinebant, omnesque Galliae regno adjecit, cui nunc quoque parent. Caesar Carolus quintus dedecus suum ratus, tenente se Imperium, Germanicas urbes ab alienis occupari, insequenti anno, cum quinquaginta millibus armatorum, magio- Metis.

1 Ita est in primo exemplari. Probe: at mendose in altero *Commendono*.

2 Utrumque exemplar *abscendens*.

3 De Meri illa sunt in Gratiani Ephemer. „ Metz, gran città et bella, „ posta sopra la Mosella, fiume navigabile, il quale nasce in Lorena, „ alquante leghe sopra Thul, et passa „ a Pontemosone, a Metz, a Theonvil, a Cirich, a Treveri, et và „ a Conffuentia, et quì entra nel Rheno. Metz fu città francha d'Imperio, nè la quale però il Vescovo „ havea grand'autorità, et principalmente ne l'elettione de li Consuli; „ i quali solevano nominare venti cittadini al Vescovo, et esso n'elegeva dieci, quali gli pareva; et „ questi governavano la Città: et le „ apellationi da questi dieci andavano, secondo il costume de l'altre „ città franche, a la Camera imperiale. Ma, essendo Vescovo di questa „ città il Cardinale di Lorena, tenne via, che la città venne in mano del rè di Francia, al qual poi „ esso concesse la podestà temporale, „ che haveva ne la città. Hora il rè „ n'è patrone, et vi tiene un Governatore, il quale ha cura de le „ cose de la guerra, et de la guardia „ de la città, che è di sette insegne, in tempo di pace, et lascia, „ che la città si goveini al modo di „ prima, et esso solamente ritiene la „ giurisdittione, che haveva il Vescovo, ma però le cose di momento „ si fanno secondo la volontà del rè, „ il quale già ha daro principio a far „ una fortezza, che sarà l'estremo „ giogo di quella città. In Metz gli „ Heretici hanno accesa tal fiamma, „ che la città è hotamai, più de la „ metà, inserta; et vi sono molti „ predicatori Heretici, che vi predicano il Calvinismo publicamente, „ et fra questi due sono principali, „ de li quali uno è da Colonia: et „ già si hanno fabbricato una Chiesa, „ ove predicann con gran concorso. I „ soldati sono tutti Heretici, et questi hanno fatto gran danno, et rotto quasi tutte le Imagini, che erano per le strade, et ne' luoghi publici. Fuora de la città sono molte „ ruine, che furono fatte da Carlo V. „ l'anno .... che egli fu a l'assedio di Metz, ne le quali ruine „ gli Heretici sepeliscono i morti. Vi „ sono quattro Librarie, a le quali „ non si trova altri libri, che di Calvino, et di Beza, et simili, scritti „ quasi tutti in Francese. La città ha „ due villaggi, Molino, et un'altro verso Theonville. Ma la jurisdittione „ fuora di Metz è del Duca di Lorena. Il Vescovado di Metz è in „ persona d'on servitore del Cardinale di Lorena, homo di poca autorità. L'intrate, che sono circa „ 10. mila scudi, sono del Cardinale.

gna vi, Metim oppugnavit. Sed acerrime defendentibus maenia Gallis, qui in praesidio erant, magna suorum parte amissa, solvere obsidionem, atque irrito incaepto abire est coactus, magna gloria Francisci Lotharingi, Guisiae Ducis, qui praesidio atque urbi praeerat, & dolore Caroli, contumeliae insolentis. Ego hinc Theonvillam ( ), duodecim admodum millia passuum a Meti distantem, veni. Est hoc, objectum Meti, Belgarum oppidum, non quidem aeque magnum, sed aeque munitum, sic, ut ulla vi expugnari posse negarent Belgae. Sed anno MDLVIII. ab eodem Guisiae Duce oppugnatum, & ad deditionem compulsum est. Non parvo tamen Gallis ea victoria stetit, amisso, eximiae virtutis & clari nominis duce, Petro Strotio Florentino, qui, subiens ad maenia, fragmine lapidis, tormento excussi, ictus, occubuit. Trajecta apud Theonvillam Mosella, meum perrexi iter; quod adeo infestum imbribus & inundationibus fuit, ut saepe magnum adire vitae discrimen coactus sim. Autumnale erat tempus, ac, continentibus plurium dierum pluviis, tanta vis aquarum se coelo effuderat, ut, obrutis passim omnibus viis, saepe humilioribus in locis nando superandae mihi fuerint. Interdum cum ne id quidem tutum videretur, impositis parvo navigio equis, quod agrestes, opportunis locis occurrentes, admovebant, una tranavimus. Et, quanquam itineris duces peritosque ubique conducerem, tamen, omnia occupantibus atque operientibus aquis, summae ubique difficultates ad progrediendum proponebantur. Magno auxilio Germanus fuit, quem comitem ministrumque mihi Commendonus attribuerat, juvenis sane strenuus & navus, qui, nulli labori cedens, ad omnia expeditus aderat; &, ubi periculum occurrisset, anteibat ipse tentabatque, nec me sinebat, nisi explorato, ingredi. Et committere nos vel altioribus audebamus aquis, fiducia equorum, quibus e Frisia validis acerrimisque vehebamur. Altero, quam Theonvilla di-

Theonvilla.

Petri Strotii mors ad Theonvillam.

Iter aquis impeditum.

) De Theonvilla sic Gratianus in Ephemer. „ Due leghe lontano da „ Metz, verso Treveri si parla Tedesco, et quattro leghe lontano è „ Theonville. fortezza del rè Filippo, la quale s' oppone a Metz. „ E' sopra la Mosella, in luoco, alquanto edito, et è circundata dal „ detto fiume, che la fà inespugnabile. E' un giornata lontano da „ Lucemburg, et è sotto il governo „ del Conte di Mansfeld, Governatore di Lucemburg. Questa fortezza „ fù assediata et presa da Pietro „ Strozzi, et qui egli morì. Qui „ stanno ordinariamente tre insegne „ di soldati a la guardia. Lontano „ da Theonville tre leghe è Cirich, „ che è una buona terra, posta su „ la Mosella, et è del Duca di Lorena; la quale confina una lega „ lontano con l' Arcivescovado di „ Treveri.

discesseram, die, obtendentibus se jam tenebris, ad oppidum pervenimus, cujus mihi excidit nomen. Fluvius alluebat maenia, quem licebat cernere auctum ac tumidum alienis aquis, & solito rapidius fluere. Haesimus ancipites animis: ac Germanum quoque, comitem meum, terruit aspectus tam turbidi, tam rapide labentis amnis. Aderat nox perobscura, integrabat pluvia, nec progredi ullo modo, nec redire, qua veneramus, nec omnino, quid agendum nobis, quidve non agendum esset, expedire poteramus. Cunctantibus, ac desperatione prope jam torpentibus, supervenit, equo insidens, unus civium ejus oppidi, quod in conspectu erat, atque percunctatus, quid illhic morae ageremus: *Cavete*, inquit, *ne vos flumini, pluviis aquis supra pontem elato, temere committatis*. Docet, sublicium ibi pontem esse, qui superlabente fluvio operiretur, &, ut se sequeremur, nec ab ejus vestigiis tramiteque ullam in partem declinaremus, monuit: se recta per pontem ducturum. Ego, magis, quia nihil erat aliud, quod caperem, consilii, quam quod allatum ab eo aut probarem, aut satis auderem, ignoto homini parui, necessitate audaciam faciente. Caecum per pontem, aqua supra equorum genua fluente, transmisimus; concusso me ingenti metu, ne quid ab duce deflecterem, in gurgitemque devolverer. Per haec incommoda, quarta die, Treviros veni (1).

In magnam conjectus difficultatem.

1 Haec de Treviris in Ephemerid Gratianus. „ Treveri, città sopra la Mosella, antichissima et nobile Terra, ma non però molto „ grande, è talmente anticha, che „ dicono gli habitatori, anzi si trova „ scritto in libri vecchi, scritti a „ mano, essere stata edificata da Trebeta, primo figliuolo di Nino, rè „ degli Assirii. Potentissima città era „ in tempo di Giulio Cesare, come „ esso medesimo scrive. Vi si veggono ancora molti segni d' antichità, specialmente nel palazzo de „ l' Arcivescovo. Sono ancora altissime et grossissime muraglie, che „ danno inditio d' una gran fabrica: „ et questa dicono, che era un Fano; come si vede ancora, che il „ capo di questa fabrica è lunare, „ et vi sono de' nicchi, dove stavano le statue Hora v' è una stalla, Si veggono ancora in altri „ luoghi de la Terra vestigii d' antichità. Vi sono di più molte et segnalate reliquie. Ne la Chiesa maggiore, oltre l' altre, è la veste „ inconsutile di Giesù Christo, et un „ chiodo de la croce. Fuora de la „ città ne' borghi è il Monasterio di „ S. Matthia, ove è il corpo di detto Santo, et il corpo di S. Philippo Apostolo, et una bella croce, „ fatta del legno de la croce di „ Giesù. Sono et in altre Chiese „ molte altre belle reliquie, come a „ S. Martino et S. Massimino, che „ è un Monasterio pur fuora de la „ Terra, et assai riccho, il quale fù „ distrutto et abbruciato dal Marchese Alberto di Brandeburg *Germaniae procella*.

„ Sono in questa città tre Chiese collegiate. La chiesa maggiore è molto „ antica; a la quale è congionta una „ Chiesa dedicata a Nostra donna, „ no-

Commendonus, eodem itinere insecutus, tanta omnibus viis aquarum alluvie reperta, ex periculis suis de me judicans, nihil dubitavit, quin ego aliquo adverso casu interiissem; praemisitque, qui advenienti nunciarent; &, ubi incolumem accepit, perinde est laetatus, ac si ex ipsa morte redditus essem sibi. Trevirorum civitas (quod Caesar prodidit) omnes pene Galliae civitates opibus olim, & maxime equestri gloria, praestitit: adeo retinens libertatis fuit, ut idem Caesar, nunquam, nisi exercitu admoto, imperata fecisse, memoret. Proxima Mediomatricibus, qui Lotharingi nunc sunt, finibus ad Rhenum usque pertinet. Nunc & contributa Germaniae est, & Germanorum mores, Germanorum linguam re-

Treviri.

„ nova, ma molto artifitiosamente „ fabricata. La città è suddita de „ l' Arcivescovo d' essa. Vero è, „ che hora, subornata da Heretici, „ pretende molti privilegii di libertà, „ et alcuni ancora ne gode. Fà i suoi „ Consuli, che dentro de la città „ giudicano le cause fra' cittadini; „ et le appellationi vanno al Vescovo. Ma fuora de la città non hanno autorità alcuna. L' Arcivescovo „ è eletto da gli Canonici de la „ Chiesa Cathedrale, non però da „ tutti, ma da 24. soli, che risiedono, „ et si chiamano Capitulari. Gli altri, che sono circa quaranta, non „ hanno voto: et questo grado di „ Capitulare dura in vita; et succede a chi muore, quello, che è „ più antico Canonico. Questi hanno „ anche maggior intrata de gli altri, „ et eleggono Arcivescovo uno de li „ detti 24. Capitulari: se bene io „ credo, che gli altri ancora habbiano voto passivo. Tutti i Canonici „ bisogna, che sieno nobili: altrimente non sono admessi in Capitolo. L' Arcivescovo è Elettore „ d' Imperio, et Arcicancellieri in „ Francia de l' Imperio. E' Signore, „ come ho detto di Treveri, et di „ molte altre terre et castella. Hà „ d' intrata circa 25. mila scudi; „ ma però ha bella jurisdittione. Fà „ la sua residentia in Harberstehin, „ ch' è una rocca sul Rheno, di „ rimpetto a Confluentia; dove la „ Mosella entra nel Rheno: la qual „ rocca è sopra un monte, in un „ sito inespugnabile. Questa rocca „ fù quella, che impedì il Marchese Alberto, che non passasse ne lo „ stato de l' Arcivescovo di Colonia, „ al quale egli era Inimicissimo. Questo Marchese, quando entrò in „ Treveri, ove fece molti mali, „ impose una gran somma di denari „ a la città. Ma l' Arcivescovo monstrando di accumulare detti denari, „ trasse la cosa in longo, fin che il „ Marchese Alberto fù costretto fuggire di Treveri: et così non hebbe „ un quattrino, se non quello, che „ robbò. Presente Arcivescovo di „ Treveri è Giovanni da Petra, „ ch' è castelletto sopra la Mosella, „ vicino a Confluentia. E' homo di „ circa 40. anni; di qualità et di „ costumi honoratissimi.

„ La città di Treveri era talmente „ infetta d' heresia; che essendo il „ presente Arcivescovo a una Dieta „ in Augusta, la città prese l' armi.

„ Lontano da Treveri in sù la Mosella, un quarto di legha, è Palazzuolo, ch' era un bello castello „ de l' Arcivescovo; ove è un collegio di Canonici. Ma fù abbrugiato dal sopradetto Marchese: ne „ è stato rifatto in tutto. A venire „ da Treveri a Confluentia si trovano a mandritta alcuni castelli del „ Duca Giovanni Palatino, tutti „ heretici. Ve se ne trova ancora „ uno, ch' è del Conte Ludovico „ di Vittestehin.

recepit, ac valde imminutae variis casibus vires illius sunt. Excellit honore Archiepiscopalis dignitatis, Archiepiscopusque ejus unus est e Septemviris, quibus Caesarem suis suffragiis designandi jus est, & cum civitatem ipsam in ditione habet, tum ditionis fines etiam trans Rhenum profert. Aliquando & ipsi Caesares in Treviris Imperii sedem habuerunt: & multa non antiquitatis solum, sed Christianae pietatis monumenta cernere hic licet. Tunica, quam, quia, nullis suturis, acu contexta esset, inconsutilem dixere, qua Christus Deus, dum mortali corpore indutus inter homines versaretur, usus creditur, apud Treviros asservatur: pulcherrimaeque item veterum Sanctorum virorum reliquiae permultae hic visuntur. Nobis & clavorum unum, quibus suffixus cruci Christus fuit, Sacerdotes templi spectandum praebuerunt. Inter alias reliquias, quas, de voluntate dominorum, Commendonus abstulit secum, tibia fuit Philippi Apostoli, quam, aliquot post annis, dono dari sibi ab eo postulavit Philippus rex, & in templo, ab se regali sumptu in Hispania apud Scuriale condito, reposuit. Nos hic, navigio excepti, secunda Mosella, descendimus ad Rhenum. Et fluit Mosella inter amenos admodum colles, undique vitibus consitos; nec usquam, tota Germania, tantum vini gignitur; sed est, sive rigore coeli, sive uvarum natura, parum maturescentium, austerius acerbiusque; cum Rhenanum, quod haud minus algenti plaga nascitur, multo sit lenius ac decoctius: pertenue tamen utrunque, sic, ut interdum ingurgitantes se, more gentis, continuantesque potando diebus noctes, simul & exhauriant ingentia pocula, &, quod taedum dictu, in subjectum vas simul mejant. Ad urbem Confluentiam Archiepiscopum Trevirensem convenimus. Urbs nacta nomen ab re est, quod hic in Rhenum Mosella influat, atque duo inde flumina pariter confuant. Hinc profecti Maguntiam petivimus. Hujus quoque Archiepiscopus unus est e Germaniae Septemviris, & quidem caput ac princeps caeterorum. Horum Septemvirûm quia saepe jam incidit mentio, brevi tibi originem promere, frater, non pigebit. Post mandatam a Pontifice Max. occidentalium provinciarum curam Carolo Magno, traditumque illi, ob excellentem viri virtutem illustriaque in rem Christianam merita, Romani Imperii jus nomenque, inter eos, qui, extincta Caroli stirpe, id sibi juris arrogabant, Italos, Gallos, Germanos, magnae saepe contentiones bellaque extitere, dum quisque (1) rem ad se trahere conantur.

Tunica inconsutilis Christi.

Philippi Apostoli tibia, dono data Philippo regi.

Mosella flumen.

Electorum Imperii origo.

M 2 His

1 Ex utriusque exemplaris *quique* feci *quisque*; cui quidem collectivo, ut Gramma-

His dissidiis cladibusque, quibus Resp. lacerabatur, ut finis aliquando imponeretur, certaque esset creandi Caesaris ratio, simulque ut Romanos, a quibus pulsus urbe fuerat, ulcisceretur, ac gentis suae honori atque amplitudini consuleret, Gregorius V. Pontifex Max. vir Saxonicae stirpis, lege statuit, ut Caesar a Germanis designaretur, designatus Romanorum Rex appellaretur, ac tum demum Imperatoris atque Augusti nomen jusque adipisceretur, cum ei a Pontifice Max. tradita honoris insignia, & impositum Romae aureum diadema esset. Postremus omnium hunc servavit morem Carolus quintus, a Clemente septimo Caesareis donatus insignibus, anno MDXXX. Tertius jam Caesar rem, tot saeculis inveteratam, omisit. Nam & Ferdinandus, Caroli frater, & Maximilianus, Ferdinandi filius, atque is, qui nunc imperat, Rodulphus, diadematis honore caruerunt. Scilicet neque opus illis commodumve transcendere Alpes, atque in Italiam venire, quod fieri sine gravi impensa non potest, neque Pontificibus Max. eos pertrahere cordi fuit: quippe non utile semper, assuescere Italiae Caesares, visum. Mutata quoque appellandi ratio videtur, cum, ut diximus, qui designatus esset, & Caesar & Rex Romanorum diceretur, appellatione Imperatoris abstineret, nisi prius Imperii ornamenta a Pontifice Max. accepisset. Nunc, quia Ferdinandus viventi sibi successorem filium designari impetravit, inventum, ut designatus, Rex Romanorum, ipse, Electus Imperator diceretur: quod nunc in Rodulpho quoque servatur. Caeterum suffragii jus ad Caesarem creandum Gregorius quintus, vetustae legis auctor, penes Septemviros gentis Principes esse jussit: Sacerdotalis quidem ordinis Archiepiscopos tres, Maguntinum (1), Coloniensem, Trevirensem, & tres item militares regulos, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniae, Marchionem Brandeburgi. Adjectus Bohemiae rex, ut, si quando inter eos non conveniret, ternique sententiis discreparent, tum, tollendae discordiae, septimum suffragium rex interponeret, praepolleretque pars, ad quam ille accessisset. Sine discordia nullum est regis suffragium (2). Sua & singulis assignata munera. Archiepiscopi

Gregorius quintus Caesarae a Germanis designari jussit.

Septemviris creandi Caesarem datum.

Munus cujusque Electoris et dignitas.

matici loquuntur, nomini, nequaquam consequens verbum *conantur* repugnat. Virg Aen. lib. VI. „ Quisque suos „ patimur manes. „

1 In utroque exemplari *Magantinum*: & supra *mejent* pro *mejant*.

2 Auctus tamen suffragatorum numerus est, patrum nostraque memoria. Qua de re habeto illa ex Italico quodam hominis non inerudíti libello, Tarvisii an. 1740. edito, hoc titulo: „ Ristretto delle notizie di tutti gli „ Elet-

pi consiliis publicis praeesse jussi, sua quisque in provincia, publicarumque litterarum Scribis praesidere, appellarique hinc Archicancellarii, Maguntinus Germaniae, Coloniensis Italiae, Trevirensis Galliae, Rex pocula ministrare Caesari, Palatinus inferre dapes, Saxo nudato cum gladio anteire, Brandeburgius cubiculi curam gerere. Honoris quoque ac dignitatis inter eos statuti gradus discriminaque, ut, sedente in regali solio Caesare, dextrum latus ejus tegat Maguntinus, sinistrum Coloniensis; post Maguntinum Bohemiae rex, post hunc Palatinus sedeat, sicuti post Coloniensem Saxo, post Saxonem Brandeburgius. Trevirensis, ne videatur Coloniensi concedere, solus, e regione Caesaris, sedem occupat. Septemvirûm, quos Germani ab munere Electores vocant, tanta dignatio est, ut Caesar sine auctoritate eorum nihil magnopere de Rep. inciperet statueretque. Quin ad publica Concilia advenientibus ipse multum extra portam, magno comitatu, honoris gratia, obviam egreditur; & caeteri Principes hos maxime reverentur. Cum de communibus rebus consultatur, in alterum conclave Septemviri, in alterum reliqui Principes, in tertium Liberarum Civitatum legati conveniunt: & ante omnes de singulis rebus ad Septemviros refertur, eorumque sententiam caeteri fere sequuntur. Creandi autem Caesaris ratio haec est. Nunciata morte, Maguntinus caeteros

Quae ratio creandi Caesaris.

„ Elettori dell' Imperio &c. „ cap. 4.
„ Nella pace di Munster fu creato „ l' ottavo Elettore. Perchè avendo „ nel 1623. Ferdinando secondo trasferita la dignità Elettorale dal Conte Palatino del Reno nella persona „ di Massimiliano, Duca di Baviera, si accese un' ostinata guerra, „ la quale cessò poi con la pace di „ Munster, dove si concesse a Massimiliano il primo Elettorato, e se „ ne istituì un ottavo a favore del „ primo, con condizione però, che „ venendo a mancare la linea di Baviera, il Palatino entri nell' antico „ suo Elettorato, e resti annullato „ il nuovo. Sotto Leopoldo I. finalmente a' giorni nostri fu istituito „ il nono Elettorato, e conferito „ nella persona di Ernesto, Duca di „ Braunsvvic Hannover Sicchè oggidì nove sono gli Elettori, tre „ Ecclesiastici, e sei Secolari . . . . „ Quello di Hannover . . . . tiene „ l' ultimo luogo fra gli Elettori, „ e . . . s' intitola Arcivessillifero. „ Questo Elettorato fu istituito, come dicemmo, dall' Imperadore „ Leopoldo I. nell' anno 1692. che „ lo fece ad effetto di gratificare detto Ernesto, Duca di Braunsvvic Hannover. Ma incontrò delle gravi „ difficoltà, le quali restarono poi „ superate. Nel mese di Settembre „ del 1708. il di lui Ambasciadore „ fu ammesso, come Elettore, nella „ Dieta di Ratisbona, col consenso „ di tutti gli altri Elettori dell' Imperio. Nell' elezione del rè de' „ Romani dà il suo voto dopo l' Elettor Palatino, e innanzi a quello „ di Magonza. Nell' anno 1711. intervenne per la prima volta all' „ elezione dell' Imperadore Carlo VI. „ quantunque il Nunzio Pontificio „ protestasse in contrario. „

ros convocat Francfordiam (1) (haec est Franconiae urbs non longe a Maguntia, ad Moeni ripam sita, Caesareis comitiis destinata), ac nonaginta iis ad conveniendum dies statuit. Huc ubi convenere, coeunt in templum, ac, re divina, Catholico ritu, facta, sacrosancto se jurejurando obstringunt, nihil gratia, nihil largitione aut ambitu, nihil pactione ulla, sed omnia pro sua fide acturos: atque hac devincti religione suffragia ineunt. Qui renunciatus est Caesar, statim pari jurejurando adigitur, nihil se de jure ac dignitate Septemvirûm detrahi minuique passurum. Sic Francfordia Aquisgranum itur, a Magno Carolo delectam, capiendo primo diademati, urbem. Nam Aquisgrani argenteo, Mediolani ferreo, Romae aureo redimiri diademate ex lege debet. Aquisgrani in templum Virginis genitricis ducitur, atque hic sub diademate, quod suspensum e fornice pendet, procumbit, certisque a Coloniensi Archiepiscopo expiatus carminibus; consurgit, ac pergit ad aram maximam, ubi iterum se ad terram abjicit, paribusque procuratus carminibus, in regio solio collocatur. Tum Coloniensis, in cujus dioecesi est Aquisgranum, Sacris operaturus, haec singillatim quaerit ab eo: An Catholicae pietatis fidem sanctam habere, an Ecclesiam & rem Christianam defendere, an tueri justitiam & jus cuique suum reddere, an Romano Pontifici, quae debetur, venerationem tribuere in animo habeat? Atque haec omnia prolixe pollicitus admovetur altari, ubi sancte jurat, optima fide sese cuncta praestiturum.

Jusjurandum, quod ab designato Caesare exigitur.

Aquisgranum aedificasse Magnum Carolum, aut dirutam restituisse ferunt. Tantum certe huic urbi indulsit, ut in ea Imperii sedem diu habuerit. Condidit & regiam hic domum & templum, utrunque pro magnitudine suarum opum. Domum vetustas aut hostilis vis absumpsit: templum, Virgini, Dei matri, dicatum, sua sanctitas incolume praestitit in hanc diem. Atque hic mortem obiisse eum, duos & septuaginta annos natum, & in Coelestium numerum, ob eximiam pietatem & sancte cultam religionem, relatum memorant. Quod nos vidimus, in Sacrario templi asservatur os brachii ejus, vitro inclusum, ea magnitudine, ut multum excessisse staturam, quae nunc est, hominum, credi possit: & traditur procero & vasto corpore fuisse. Monstrarunt Sacrarii custodes & equestrem gladium ejus brevem latumque, & e topatii gemma pateram, satis ca-

Aquisgranum Caroli Magni sedes.

Caroli Magni reliquiae apud Aquisgranum.

1 Exemplaris utriusque lectio *Francerdiam*.

capacem , qua potasse illum proditum memoriae est . Sed jam institutum iter , a quo non nihil aberravit oratio , repetamus .

Maguntia (1) ab novo librorum , typis imprimendorum , invento , quod ex ea prodiit ad caeteras nationes , haud mi-

1 De Maguntia sic agit in Ephemer. Gratianus , ut quaedam de Vesternaldia praemittat ,, Vesternald ,
,, provincia del Rheno , ne la quale
,, ha l' Arcivescovo di Treveri alcuni
,, castelli , come N. N. V' hanno
,, assai che fare gli Conti di Nassau ,
,, fratelli del Principe d' Orange ,
,, Alberto et Filippo . Alberto è
,, quello , che ha moglie , et che go-
,, verna . Ambedue sono heretici , nè
,, sono molto ricchi : confinano col
,, Lantgravio d' Hassia , et non sono
,, troppo amici . La madre loro è
,, così pertinace Lutherana , che non
,, ha mai voluto , che il Principe d'
,, Orange mariti le sorelle in Fiandra ,
,, acciò che le non habbiano da vi-
,, vere catholicamente ; con tutto che
,, il Principe sia quello , che dà loro
,, dote . nè manco essa è mai voluta
,, andarvi , per il medesimo rispetto .
,, Possono haver questi Conti circa 4.
,, mila scudi d' intrata Vengono
,, con la loro iurisdittione fin mez-
,, za lega lontano da Maguntia , da
,, l' altra parte del Rheno .

,, Maguntia , nobil città et gran-
,, de , posta su la ripa del Rheno .
,, Quì si trova una certa antichità ,
,, in forma di torre , che dicono esse-
,, re stata fatta in honore di Druso .
,, La città è de l' Arcivescovo d' es-
,, sa . Ha però privilegio di giudi-
,, care [come quasi tutte le città di
,, Germania] le cause civili fra' Cit-
,, tadini , ma non senza intervento
,, del Vicedomino , ch' è un Magi-
,, strato , posto da l' Arcivescovo , il
,, quale governa la città ; et le ap-
,, pellationi dal Vicedomino vanno a
,, l' Arcivescovo ; ma egli le suole
,, mettere al consiglio de' XII In
,, somma l' Arcivescovo n' è Signore
,, a bacchetta . Patì quella città mol-
,, ti danni dal Marchese Alberto di
,, Brandeburg ; il quale vi abbruciò ,
,, fra l' altre cose , il palazzo de l'
,, Arcivescovo , nel quale egli era
,, stato allevato dal Cardinale Alberto
,, suo Zio ; il qual palazzo è poi
,, stato redificato , & è su la ripa del
,, Rheno . E' l' Arcivescovo di Ma-
,, guntia Elettore d' Imperio et Ar-
,, chicancelliere in Germania , et pre-
,, cede a tutti gli altri Elettori ,
,, stando l' Imperatore in Germania ; co-
,, me Colonia et Treveri precederieno ,
,, quando l' Imperadore stesse in Ita-
,, lia o in Francia . Questo officio
,, d' Archicancelliere non porta seco
,, alcuna intrata ; ma tutti gli atti
,, de l' Imperio conviene , che passi-
,, no per le mani sue . S' elegge
,, l' Arcivescovo da gli Canonici ;
,, i quali sono più di quaranta ; ma
,, di questi , 24 soli hanno voto e-
,, lettivo , che sono i 24. Capitulari ; et
,, si serva il medesimo modo di Treve-
,, ri , & si richiede ne' Canonici la
,, medesima nobiltà . Prepositu di
,, questa Chiesa è un fratello de
,, l' Elettor Palatino , heretico ; et
,, non fà mai la residentia . Simil-
,, mente il Decano , ch' è . . . . .
,, ... s' hà per sospetto , et non
,, risiede . Il rimanente de' Canonici ,
,, da due o trè in fuora , sono quasi
,, tutti molto giovani , et di non
,, molto laudata vita ; et molti , so-
,, spetti ne la religione . Hà il Ca-
,, pitolo molti privilegii sopra l' Ar-
,, civescovo ; et molte cose l' Arci-
,, vescovo non può fare senza consen-
,, so del Capitolo . Hà l' Arcivesco-
,, vo da quaranta mila scudi d' in-
,, trata ; de' quali la maggior parte
,, cava d' alcune gabelle , che sono
,, nel Reno , sopra le mercantie , che
,, passono , et è Signore di molte
,, terre et castelli . Hà una grandis-
,, sima iurisdittione , et molti feuda-
,, ta-

minus, quam Archiepiſcopali honore, nomen nacta, Francofordiam conceſſimus, quam Moenus alluit, civitatem liberi juris, nec eo ſolum celebrem, quod apud eam potiſſimum Caeſar creatur, ſed librorum nundinis, quae quotannis hic habentur, &, quicquid librorum tota Europa editur, huc comportatur: quorum publicato indice, magnus undique concurſus eſt ad eos coemendos. Francofordia profecti ſumus Aſcimburgum (1), ubi Maguntinus Archiepiſcopus ſedem habet. Aſcimburgi meminit Cornelius Tacitus. Unde intelligitur, *Burgo* vicum oppidumque priſcis quoque Germanis, non ſolum praeſentibus, ſignificari. Hinc Herbipolim (2), quam Germani Virzpurgum appellant, petivimus; cujus Epiſcopus, inſigni titulo, Dux Franconiae nuncupatur. Et

Francofordia. Aſcimburgum.

,, tarii; frà gli altri l' Elettor Palatino, et il Lantgravio d' Haſſia; con i quali non ſolo confina, ma hà, in mezzo lo Stato del Lantgravio, ancora caſtelli ſuoi; et eſſo Lantgravio riceve la maggior parte de gli Stati ſuol in feudo da queſto Arciveſcovo. Il Contado di N. ch' è in mezzo il boſco detto N. eſſendo morto il Conte ſenza heredi, è ritornato a l' Arciveſcovo, del quale era ſeudo, et il preſente Arciveſcovo non l'ha voluto dare ad altri, per eſſere in boſchi, dove, ſe il Conte foſſe o heretico o inimico a l' Arciveſcovo, potria ſare molto male. La Dioceſi ſpirituale di queſto Arciveſcovado è grandiſſima. Riſiedono queſti Arciveſcovi quaſi tutti in Aſcemburg, loro terra, ſopra il Meno, due giornate da Maguntia, ove hanno un gran palazzo, ma hora in gran parte disfatto; eſſendo ſtato tutto abbruciato dal ſopradetto Marcheſe Alberto. Il preſente Arciveſcovo ſi chiama Daniel N. perſona di aſſai nobile famiglia in N. E perſona di aſſai booni coſtumi, et in alcune coſe s' è dimoſtrato aſſai Catholico, come in piantare in Maguntia un collegio di Jeſuiti, che aiutaranno aſſai quella città, già quaſi tutta infetta. Ma in ſì gran famiglia, che tiene, non ha due o tre, che non ſieno eſpreſſamente heretici; et quelli, che ſono di più autorità, ſono peggiori; et egli o non conoſce queſta ſua miſeria, o non la cura. E' giovane di circa 35. anni.

1 Aliter appellat Baudrandus: Aſchaffenburgum, *Aſchafenbourg* et *Aſchebure*, urbs, inquit, Germaniae, in Francia, ad Moenum fluvium cum Caſtro, ubi perſaepe commoratur Elector Magontinus. Dicitur etiam Aſciburgium, et diſtat quatuor circiter leucis a Francofurto in ortum, Herbipolim verſus. ,,

2 De Herbipoli ſunt illa in Gratiani Ephemer. ,, Vinzpurg, ſi chiama in latino *Herbipolis*, che ſignifica *città d' herbe*. E' città Epiſcopale, aſſai grande, & aſſai bene edificata. E' anche mercantile, per quattro fiere, che vi ſi fanno a l' anno. Hà il Meno, che paſſa per la città, fiume navigabile, che entra nel Rheno a Maguntia. Dicono, che ſette volte s' è ribellata dal ſuo Principe, ma ſempre è ſtata ſottopoſta. Vi ſi vive in tutto a la Catholica, et ſi crede, che non vi ſia gran numero d' Heretici. Vi ſono ultimamente ſtati condotti dal preſente Veſcovo, con proviſione di trecento fiorini per uno (che in Germania è grandiſſima proviſione) tre profeſſori di lettere, che *publice docent*. E' la città in tut-

Et est illius inter Germaniae Principes haud postrema auctoritas, quam ipse haud imparibus sane opibus tuetur. Vrbs est ipsa pernobilis, in cujus Episcopali templo sunt quatuor & quinquaginta Canonici, octo et quinquaginta Sacerdotes, qui Canonicorum Vicarii appellantur: ingens praeterea minorum Clericorum et ministrorum numerus. In Canonicorum collegium non cooptantur, nisi quorum avita nobilitas probatur: qui mos in omnibus Germaniae collegiis Episcopalium templorum tenet. Arx extra maenia, splendide in edito colle aedificata, imminet urbi, et ab Episcopo incolitur. Interfluit Moenus amnis, qui urbem alluit, et egregii operis ponte jungitur. Ab Herbipoli nos Bambergam (1) transivimus, alteram Franconiae civitatem, Episco- Bamberga.

„ tutto sottoposta al Vescovo, il quale habita in una rocca, molto forte et bella, fuora de la città, sopra un colle, che domina a la terra. Il Vescovo di questa città hà titulo di Duca di Franconia; che in Germania non credo, che siano altri, che Colonia di Vesphalia, et Liege di Boglione con titulo di Duca. Fù già grandissimo Principe, et fra gli Ecclesiastici non era chi havesse maggior Signoria temporale; de la quale riteneva ancora tanto fin' al precessore di questo, che dicono, che haveva circa 100. mila toleri d' intrata; ma ne la guerra, che mosse il Marchese Alberto a gli Vescovi, questo specialmente fece gran spesa: onde impegnò gran parte de' beni, et può havere al presente un 40. mila toleri d' intrata. Hà questo Vescovado grand' intrata di vino; perchè in tutto questo paese sono infinite vigne. Hà il Vescovo ne la sua cantina alcune botti, longhe undici passi, et alte a proportione. Questo Vescovo ha privilegio di celebrare armato. L' Elettione del Vescovo è de' Canonici, i quali è necessario, che sieno nobili; se non, non sono admessi. Sono in tutto circa 40 ma 24 soli Capitulari. Hanno voto elettivo, come in Treveri et Maguntia. Il presente Vescovo si chiama Federico . . . . . E' persona molto Catholica et buona, ma molto vecchio, e molto colerico: hà qualche letteratura &c.

(1) De Bamberga haec in Gratiani Ephemer. producuntur: „ Questa è una gran terra, et in un bel sito, ma non è cinta di mura. E' una de le quattro ville de l' Imperio. Hà il Meno et il . . . . . che viene da Norimberg, di dove è otto leghe lontana. Quì sono più Heretici, che in Virzburg; però si ritiene in tutto il rito Catholico. Fù questa città presa dal Marchese Alberto; il quale vi saccheggiò et ruinò tutte le case de' Canonici: et quella, dove egli habitò, ch' è dirimpetto a la porta del Domo, comandò, che fosse abrusciata et ruinata, quando egli n' uscì; la quale hora è molto magnificamente rifatta. E' questa città in tutto sottoposta al Vescovo d' essa, il quale s' elegge nè la medesima forma, che quello di Virzpurg. Fù questa Chiesa eretta et dotata da Erico primo Imperatore, et primo, che fosse fatto per elettione de' sette Elettori di Germania, et fù santo. La moglie sua donò a questa Chiesa Vilacco in Carinthia, con il Conrado; il quale ancora hoggi possiede il Vescovo, et ne tira l' intrate. E' vero, che l' Arciduca d' Austria vi pretende sopra alcuna giurisdittione. Il Vescovo vie-

„ tie-

ſcopali honore inſignem. Ac ne hujus quidem exiguae opes ſunt. Magna certe Franconiae pars horum duorum Epiſcoporum ditione atque imperio continetur, etſi longe praeſtare Herbipolis videatur. A Bamberga Norimbergam (1) venimus, civitatem liberam, validam, opulentam. Reſpublica, excluſa plebe, in manu eſt optimatum; a quibus adeo temperato imperio habetur, ut populus, opificiis ſuis occupatus, a paucis regi ſe haud inique ferat. Juriſconſultos publicis conſiliis arcent. Leges rationemque magiſtratuum creandorum Venetiis petiiſſe dicuntur. Frequentiſſimae hic armorum omnis generis ſunt officinae, ac, veluti in Germaniae

Norimberga.

„ tiene un Vicedomino, al quale „ vaono l' apellationi da' Cittadini, „ i quali giudicano io prima inſtantia. Dal Viredomino vanno a trè „ alrri, due deputati dal Veſcovo, „ et uno da l' Arciduca. Ma l' autorità de l' Arciduca, per eſser „ qoeſta terra in mezzo il ſuo territorio, et lontaniſſima da Bamberg, „ può aſsai. Ivi ſono quaſi tutti Heretici. Ne la Chieſa maggiore di „ Bamberg è ſepolro, in ſepultura „ di pietra ordioaria, Erico Imperatore, et la moglie; la qoale dicono, che fù belliſſima donna, „ ma convenne con ſuo marito di „ ſempre viver vergine, et l' ottenon; et egli aocora oſservò ſempre „ caſtità. Il Veſcovo habita ne la „ terra, vicino al Domo, eſsendo la „ rocca, dove habitavano prima, „ ſtata ruinata dal Marcheſe Alberto. Il preſente Veſcovo ſi chiama „ . . . . E' perſona aſsai „ buooa, ma a pena parla latino, „ et non è molto attivo.

(1) De Norimberga haec in Gratiani Ephemer. „ Norimberg, città „ priocipale di Franconia, franca, „ et d' Imperio. Fù già Burgraviato „ de i Marcheſi di Brandeburg, de' „ quali eſſi ritengono ancora il titulo. E' una de le più potenti „ città di Germania. Dal canto di „ Bamberga non hà alcuna iuriſdittione; „ ma i Marcheſi di Brandeburg di „ Franconia vengono con la loro iuriſdittione fin ſopra le porti di „ Norimberg: et dicono, che quando la città dimanda a detti Marcheſi ſalvocondutto per i Mercanti, che vanno a la fiera di Francfort, che il Marcheſe manda fin' a „ Norimberg uno, che viene con la „ metà del cavallo fin ſopra il ponte „ levatoio di Norimberg. Da l' altra „ parte verſo Baviera ha . . . Dicono „ queſta città havere circa 200. mila „ fiorini d' intrata ordinaria, i quali „ cava, per il più, del dario del „ vioo, il quale è graodiſſimo, et „ tale, che dicono, che, di quanto „ vino ſi veode, ne và quaſi il terzo di dario a la città: onde ne cava più di 100 mila fiorini; et da 50. „ mila ne cava di cervoſa: il reſto „ cava de le ſue terre, et d'altre „ coſe. Suole ſpeſso mettere un taglione a un per cento del valſente „ di ciaſcheduno, ſenza fare inquiſitione di detto valſente, ma ſolo „ rimettendo a la ſede di ciaſcheduno, et che queſto baſta. Pongono „ anco uo per cento ſopra quanto „ vendono i mercanti. Queſta città „ hà nome d' havere il miglior governo di quante ne ſono in Germania, et uno Italiano ne ha ſcritto, il quale è ſtampato in Venetia. E' forſe la prima di mercantie et di facende, dopo Anverſa; „ & vi habitano mercanti d' ogni „ natione, i quali però non vi poſſono tener caſa, ma è neceſsario, „ che vivano tutti a l' hoſteria. E' „ meraviglia le tante mercantie, eſſendo longi dal mare, et non havendo altro fiume che il . . . . il „ qua-

niae centrum, undique huc mercatores confluunt: et sunt etiam Italici nominis quidam, admodum locupletes. Oppidum ipsum duplici fossa, duplici muro munitur. Murum ornant distinguuntque supra centum octuaginta (1) turres. Maenium ambitus ad octo passuum millia complectitur; ut multitudinem, qua celebratur, egregie capiat. A Norimberga Aistadiensem (2) Episcopum in Bavariae finibus adivimus, atque hinc Ratisbonam descendimus. Libera est haec Ratisbona. civitas, et una ex primoribus Germaniae. Danubius, maximus Europae fluminum, a suburbiis, quae non parva pars urbis sunt, dividit; sed jungit magnifici operis pons, qui quatuor & viginti fornicibus fluentem excipit amnem. A Ratisbona venimus Ingolstadium, munitissimum Bavariae oppidum, quod idem alluit Ister (3), nobile doctorum virorum col- Ingolstadium.

,, quale non è navigabile, se non ,, a Bamberga, otto leghe lontano, ,, ove si congionge col Meno. Quì ,, vengnno assai mercantie di Lubeca, Hamburg et Lipsia, et vengono sempre in carri: et di quì vanno fin' in Polonia, pur in carri. ,, La città è forte: et hora si cinge ,, d' una nuova muraglia, molto ,, bella. Vi sono de' palazzi, et molte buone case; et quasi tutta la ,, città è ben fabricata: et quelli, ,, che la paragonano con Augusta, ,, dicono, che Augusta hà più palazzi grandi, ma che questa ne hà ,, più medioeri. Vi è in un colle ,, la rocca, che fù de' Burgravi, ne ,, la quale hora stà uno de' cittadini ,, de' più vecchi: et è officio, che si ,, dà in vita.

1 Perpetuo ita scripta ab Gratiano haec vox reperitur: egoque ita scriptam in vetustis Ciceronis MSS. codicibus, quos plurimos vidi, frequentius, quam *octoginta* [quod unum quidam Grammaticorum probant] reperiri testificor.

2 De Aistadio haec habe ex Gratiani Ephemer. ,, Aistat è città Episcopale, posta fra monti, in una ,, bassissima valle, et è cinta da ,, monti così vicini, che da la sommità d' essi si può arrivare con un ,, sasso a le mura de la città; la ,, quale è in tutto sottoposta al Vescovo d' essa, che habita in ,, una rocchetta fuora de la terra, ,, sopra un monte, che domina a la ,, città. Vi passa un fiumicello, che ,, le porta molto commodo. Il popolo quì è buono et Catholico, ,, ma il Clero è corrotto et scandaloso. Il Vescovo hebbe già molta ,, intrata et molto stato; ma hà patito estremo danno da le passate ,, guerre, et da li mali vicini, perciò che è cinto d' ogni intorno da ,, Heretici. Confina con Norimberg, ,, col Marchese di Brandeburg, et ,, col Duca Volfango Palatino, il ,, quale si porta peggio de gli altri: ,, et il Vescovo viene con la sua iurisdittione fin' a le porte di Neuburg, città principale di detto ,, Duca. Onde il Vescovo hora non ,, arriva a 8. mila scudi d' intrata ,, et hà assai spesa. Assai l' aiuta ,, l' essere ne la legha Franconica. ,, Il presente Vescovo è di casa . . . ,, ... detto . . . . persona ,, molto Catholica, et religiosa, ma ,, di non molto spirito. L' elettione ,, è de li Canonici, i quali conviene, ,, che sieno nobili, al solito di Germania. ,, Ubi spatia punctis distincta in hisce ephemeridibus repetit lector, ibi vacantia spatia a me in autographo reperta sciat.

3 Duobus nominibus idem appellari flumen, *Danubium* nempe atque

legiis, publice hic litteras docentium, & concursu juventutis ad bonas perdiscendas artes. Pergente hinc Commendono ad Albertum, Bavariae Ducem, ego, cuncta lustrandi studio, flexi ad dexteram iter, & ad Neoburgum (1) trajecto
Augusta. Danubio, Augustam (2) biduo veni, ne non visa mihi longe

pul-

que *Istrum*, notissimum est. Hinc Ovid. de Pont. lib. I. eleg. 8. „ Stat
„ vetus urbs, ripae vicina binominis
„ Istri &c „

1 De Neoburgo sic Gratiani ephemer.
„ Neuburg è una terra, lontana trè
„ leghe da Aistàt, sopra il Danubio,
„ la quale è assai forte et ben guardata. Fin' a questa terra arriva la
„ iurisdittione del Vescovo di Aistàt, ciò è, fin' al principio de la
„ villa, ch' è atraccata a la terra.
„ E' del Duca Volfango, Palatino di
„ Biponte, ove egli per il più fà
„ la sua residentia. Questo Principe
„ è di assai riputatione: è diabolico
„ Lutherano, et inimicissimo di Catholici: hà moglie et quattro figliuoli maschi: hà assai buona intrata: ma dopo la morte sua,
„ dovendosi a' figliuoli dividere,
„ saranno poveri. La moglie è figliuola
„ del Lantgravio, et dicono, che hora
„ è impazzita, et che stà male per morire: dicono, che suole spesso gridare, che è condannata a le pene
„ de l' inferno, insieme con i suoi
„ figliuoli, et che spesso si fà condurte i figliuoli al letto, et piangendo
„ dice loro: „„ O poveri figliuoli,
„„ che sete insieme con me, condannati a l' inferno! „„ Si dice ancora, che il oratico comincia a vacillare. „

2 Augustam sic describit in Ephemer. Gratianus. „ Di quante città sono in Germania, senza eccettuarne
„ alcuna, Augusta è reputata la più
„ bella. & veramente hà lunghissime
„ & larghissime strade, & piene di
„ belle facciate & palazzi, & gli
„ Fuccheri specialmente vi hanno superbissimi palazzi. E' città franca:
„ si governa con due consigli, l' uno
„ de' sessanta, l' altro de' dodici; &
„ in quello de gli sessanta è quasi d'
„ ogni arte uno. Gli dodici sono in
„ maggior grado, & questi governano la Republica. Di questi si creano due, i quali sono capi, & espediscono molte cose senza il consiglio de gli altri, & ciascuno di questi, sì de gli sessanta, come de gli
„ dodici, durano in quel Consiglio in
„ vita; &, quando muore uno de'
„ dodici, si pone in suo luogho uno
„ de' sessanta. Quì si fanno assai mercantie, & vi è piazza di mercanti. Vi si facevano molti & eccellenti horologgi; ma hora ve se ne
„ fanno pochi, & non molto buoni:
„ & dicono, che dopo la partita di
„ Carlo V. di Fiandra, se ne sono fatti molto pochi, perchè egli se ne
„ delettava assai, & anche gli altri
„ a sua imitatione. La città già sottoscrisse a la confessione Augustana; & erano i cittadini arrabbiatissimi Heretici; & già havevano profanato il Domo, & tutte le Chiese, & per tutto si predicava Lutherano. Inanti, quando la città si
„ diede a Mauritio, che veniva contra Carlo, furono saccheggiate tutte le case & beni de' Canonici &
„ del Vescovo, & tolti ancora molti
„ ornamenti del Domo. Ma poco
„ poi, rendendosi la città a l' Imperatore, egli volse, che si restituisse
„ il Domo a gli Canonici, & che vi
„ potessero celebrare messa & predicare &c. & restitui ancora alcune
„ altre Chiese, come monasteri di
„ Monache, & altre. Al presente gli
„ Canonici hanno ivi predicatore Pietro Canisio, Provinciale de' Jesuiti
„ ne la Germania superiore; il quale è dotto & sant' huomo, & hà
„ predicato & predica con grandissimo
„ frutto, talmente che già sono gran
„ numero di Catholici in Augusta,
„ & quelli specialmente, che sono

„ nel

pulcherrima Germaniae urbs esset. Haec enim civitas non libera solum suis legibus vivit, sed cum ea conferri ex Germaniae civitatibus, sive dignitate, sive opibus, sive aedificiorum magnificentia, sive viarum descriptione, sive etiam amplitudine urbis, perpaucae videntur posse. Quippe circuitum maenium supra octo millia passuum ajunt patere (1). In fossas ejus influit Licus amnis, ambitque urbem, dubium munimento, an ornatu majori: siquidem saluberrimas potu aquas Lici esse ferunt, visu certe adeo vitreae perlucidaeque sunt, ut nusquam latere pisces (quorum magna copia optimorum generum, ut in piscinis, publice hic alitur) possint; intuerique discursu lascivientes ludentesque, magna intuentium voluptate, licet. Species universae urbis dici potest, quam spectantibus probetur, sive templa, sive praetoria, si-

„ nel Consiglio de' dodici, si dice, „ che sono la maggior parte Catholici, & i due, che s' eleggono di „ questi dodici, sono ambedue Catholici, & si usa da loro grandissima „ diligentia, che non si faccia di quel „ Consiglio altri, che Catholici, talmente che di questa città è qualche speranza, con tutto che il numero de gli Heretici sia due tanti „ maggiore. Sono già, oltre il Domo, ch'è dedicato a S. Mauritio, „ sette altre Chiese, ne le quali si dice Messa, & in alcune si predica. „ Gli Lutherani predicano in sei luoghi; non è però fra i predicatori „ persona molto celebre. La città, „ fuora de le mura, non hà jurisditione alcuna, ma ogni cosa d' intorno è del Vescovo, & Duca di „ Baviera. La città non hà fiume navigabile, ma solamente un fiumicello, che tirato ne la Città per „ diverse parti le porge molte commodità.

„ Il Vescovo d' Augusta ha circa „ ventimila (sic) d' intrata. E' Signore di Dilinga, ch'è una buona terra, ove è una Università. Hà „ ancora molti altri castelli con molte ville. confina col Duca di Baviera, col Duca Volfango Palatino di Neuburg, col Duca di Virtemberg; & quelli due gli sono mali vicini: et cercano di continuo d' „ occupargli la jurisdittione, hora d' „ una villa, hora d' altro. L' elettione di questo Vescovo è degli Canonici tutti, quali devono essere „ nobili overo Dottori; ma per il più „ sono nobili; perchè gli Dottori „ non sono facilmente admessi, nè „ possono essere Vescovi, ciò è, gli „ nobili non gli eleggono mai. Hanno i Canonici in Augusta la loro „ Chiesa libera, ne la quale si celebra, et si essercitano gli altri riti „ Catholici; et è una grande et bella Chiesa, ma da gli Heretici spogliata di molti ornamenti. „ Quibus continuo subduntur haec de Virtembergio „ Virtemberg è paese, et „ Ducato, del quale la città principale è N. ma il Duca fà la residentia in N. Questo Duca è uno „ de' peggiori Heretici, che sia fra' „ Principi, et è quello, che più s' „ impaccia ne le cose de la religione, et che hà fomentato et aiutato assai gli Heretici di Francia: nè „ si sà bene di che religione egli si „ sia, se Lutherano, o se Sacramentario. E' hora assai riecho, poichè „ hà occupato per più di sessantamila scudi d' intrata de' beni di Chiesa, et specialmente de' Monasterii. „ Cava grand' intrata di vino, et de „ li datii, che ha posti sopra il vino, che si cava del suo paese. E' „ presidente del circolo Suevico. „

1 In secundo exemplari, at non in primo, mendose legitur *petere*.

ſive privatorum domos, ſive fora, ſive latas & longiſſime patentes vias aſpicias. His certe rebus praeſtare longe aliis mihi viſae ſunt Norimberga & Auguſta. Tam nobilem patriam haud parum illuſtraſſe videtur gentis unius induſtria. Fucaris eſt nomen: qui ex mercaturae quaeſtibus tantas congeſſere opes, ut & celebre, apud exteras quoque nationes, familiae ſuae nomen divitiarum fama fecerint, & (quod apud Germanos, ſeveriſſimis legibus plebem, cujus ex corpore mercatores omnes ducunt, a Nobilitate ſegregantes, nec ſanguinem ulla conditione, nec connubia miſcentes, difficillimum eſt) claris ſe familiis per affinitates inſeruerint, & non ſolum equeſtris ordinis & nobilitatis jura ſint adepti, ſed etiam multorum oppidorum dominatu dominatuſque titulis excellant. Certe tam opulentae fortunae dignitatem pari beneficentia in egenos & liberalitate in omnes tueri, & ipſos adaequare Principes cum domeſtico vitae cultu dicuntur, tum aedificandi magnificentia atque ſplendore: quippe qui ſaepe regali apparatu ipſos Caeſares hoſpitio acceperint. Sed haec fortunae ſunt bona; illa animi: quod non ſolum, in tanta defectione a priſcae religionis cultu, conſtantiſſime in fide Catholicae pietatis permanſere, ſed civium, quos primus ille Haereticorum impetus omnes abſtulerat tranſverſoſque egerat, non parva pars, horum maxime ſtudio atque opera, ad avitas Sacrorum ceremonias rediit: & ad magiſtratum, penes quem regimen eſt rerum, haud facile quenquam obrepere, novis opinionibus depravatum, ſinunt; adjutantibus, & pari pietatis ſtudio ad eandem voluntatem incumbentibus, Velzeris, Remboldis & aliquot praeterea e primoribus familiis. Et (1) nunc quidem, haec

1 Haec tota periodus, *Et tunc &c. tueatur*, addita margini Gratiani manu eſt. Marci autem hujus Velzeri elogium hoc reperi inter Gratianae familiae MSS. Miſcellanea. „ Marcus Velſerus natus eſt Auguſtae „ Vindelicorum XII. Cal Julii A. Ch „ M. D. LIIX. ex antiquiſſima familia patricia Velſera, ex qua „ orti ante annos quadringentos ſummos Magiſtratus in patria obtinuerunt Patrem habuit Matthaeum „ Velſerum Ant. F. Ant N. Septemvirum Auguſtanum: prudentia, „ rerum uſu, virtutibus magnum; litterarum et linguarum cognitione etiam non mediocriter ornatum: „ matrem Annam Pimeliam, nobilem et rari exempli feminam.

„ A teneris annis ingenium excellens in eo ſe oſtendit. principia „ linguae latinae in domo paterna a „ privato praeceptore didicit.

„ Anno M D LXIIX. cum tribus fratribus Patavium miſsus, „ ſub cura Viti Ciebſeri (praeclarae „ eruditionis et prudentiae viri, qui „ deinde Illuſtriſsimi et Reverendiſſimi principis Julii, Epiſcopi Herbipolenſis, Cancellarius fuit) biennium Patavii egit. Anno deinde „ M. D. LXXI. Lutetiam petiit, „ ubi

haec ipsa prodente me, summum in civitate magistratum gerit, ad clavumque sedet, Marcus Velzerus, eximia virtu-

„ ubi maxima diligentia litteris in-
„ cubuit. Anno M. DLXXIII. Ro-
„ mam profectus, cum fratre, natu
„ maximo, Antonio [qui Theolo-
„ giae operam dabat, quique in o-
„ mni genere litterarum, et linguarum
„ peritia ita excelluit, ut summis
„ comparandus judicaretur, tandem-
„ que Cathedralis Ecclesiae Frisingen-
„ sis fuit Praepositus] aliquot annos
„ in litteris magno fructu posuit.
„ Reversus in Germaniam, biennium
„ circiter in patria commoratus, ite-
„ rum Italiam adiit, ubique dili-
„ gentiae, probitatis, et morum in-
„ genuitatis signis relictis.

„ Anno M. D LXXXIII uxo-
„ tem duxit Annam Mariam, femi-
„ nam lectissimam, ex nobili Majo-
„ rum familia, cum qua annos ferè
„ XXX. concorditer vixit, sed ma-
„ trimonium habuit sterile absque
„ liberis.

„ Anno M. D. LXXXIIII. Reip.
„ fuit admotus.

„ Anno M D XCVI. in Septem-
„ virorum numerum cooptatus.

„ Anno M D. C. Duumvir Reip.
„ administrandae electus.

„ Anno M. D CXI. coepit tentari
„ intensissimis doloribus in coxendice,
„ femoribus, et in pedibus, quibus
„ Medici plurimi et praeclarissimi
„ consulti, nec nomen morbi, ne-
„ dum remedia, quae aliquid pro-
„ ficerent, invenire potuerunt: nun-
„ quam tamen, etiam in summo cru-
„ ciatu dolorum, vel litterarum vel
„ Reip. curam deposuit. Petiit qui-
„ dem Duumviratus onere liberari,
„ sed non impetravit, cum ipsius
„ consilio & autoritate carere Senatui
„ grave videretur.

„ Anno demum M. D. CXIV cum
„ vehementissimos dolores poenè trien-
„ nio maxima animi aequitate et con-
„ stantia patientissimè tolerasset, in
„ quibus frequenter sibi suggerere
„ solebat, quod in Evangelio est, Jo-
„ sephi ad Angelum (immo *Angeli*
„ *ad Josephum*). „ Esto ibi usque
„ dum dicam tibi „ IX. Cal. Julii san-
„ ctissimis Sacramentis, quibus Eccle-
„ sia Catholica filiorum suorum dis-
„ cessum ex hac vita munire solet,
„ devotissimè susceptis, piè ac pla-
„ cidè spiritum conditori suo reddi-
„ dit, et in majorum monumentum
„ ad Dominicanos illatus est.

„ Catholicae religionis, a majoribus
„ continua serie acceptae, fuit religio-
„ sissimus cultor, et pietatis omnia
„ studiosissimus. Non pauca, quae ad
„ incrementum et propagationem fi-
„ dei Catholicae spectabant, vel in-
„ stituit, vel promovit, quantum
„ temporum conditio patiebatur. A-
„ lienos a vera fide, tam in patria
„ quam alibi, allocutione, litteris,
„ officiis ita aut coluit aut sibi de-
„ vinxit, ut ab omnibus, in quibus
„ aliquid humanitatis esset, amare-
„ tur; & non solum nihil in eo
„ reperirent, quod non laude dignum
„ existimarent, sed etiam studium
„ ipsius, in amplificanda religione avi-
„ ta, non possent improbare.

„ Magistratus, quos gessit, sum-
„ ma prudentiae, integritatis, cha-
„ ritatis in patriam & cives laude
„ administravit. Moribus praeterea
„ fuit suavissimis, ita ut a bonis
„ omnibus omnium ordinum sum-
„ mopere amaretur; nec invidi re-
„ perirent, quod carperent. Quare
„ ipse in desiderio, et memoria ejus
„ adhuc in veneratione est.

„ Caesar Rudolphus ipsum Consi-
„ liarii honore ornavit, & ab eo pe-
„ tiit, ut historiam nostrorum tempo-
„ rum scribere aggrederetur, quem
„ prae aliis huic oneri ferendo parem
„ judicaret: quod tamen gravibus
„ rationibus absterritus, ut in se
„ reciperet, non potuit persuaderi.

„ Maximis principibus fuit cha-
„ rus, imprimis vero Serenissimis
„ Archiducibus Austriae Ferdinando,
„ nunc Imperatori, Alberto, Leo-
„ poldo, Ducibus Bavariae Guiliel-
„ mo,

tute vir; qui ea constantia vigilantiaque ad custodiam avitae pietatis priscorumque Sacrorum excubat, ut nullum Haereticis, ac res novare cupientibus, locum, nullum aditum relinquat: sed, pari sapientiae gloria, & rempublicam administret, & Catholicae religionis jura tueatur. Ego, Augusta profectus, Commendono ad Monachium (1) occurri. Regiam hic habet Bavariae Dux; & urbs ipsa inter pulcherrimas Ger-

Monachium.

„ mo, Maximiliano &c. plurimia item „ S. R. E. Cardinalibus, Episcopia „ &c. qui, quanti illum facerent, suis „ ad eum scripris litteris significa- „ runt.

„ Illustrissimus princeps Fridericus „ Caesiua Anno M DCXII. ipsum „ in numerum Academicorum Lyn- „ ceorum cooptavit.

„ De ipsiua doctrina & exactissi- „ mo judicio in litteris, testantur li- „ bri rerum Boiarum, Rerum Au- „ gustanarum, Commentarius in con- „ versionem et passionem S. Afrae, „ et alia typis evulgata, nec non „ doctissimorum quorumcunque vi- „ rorum in Germania, Italia, Gal- „ lia, Belgio opera plurima, quae „ in manibus eruditorum versantur, „ et innumerae scriptae ad eum lit- „ terae. Denique *Manes Marci Vel- „ seri*, libellus Noribergae anno „ M. DCXVII. editus a Georgio „ Raemo, patricio Augustano, Ad- „ vocato Reip. Noribergensia.

1 Haec de Monachio in suas ephe- „ merides Gratianus retulit. „ Mo- „ naco, città principale del Duca di „ Baviera, dove egli habita, lontana „ da Augusta 8 leghe Non è mol- „ to grande, ma tanto bella, che „ alcuni la parangonano (*sic*) et pre- „ pongono ad Augusta. E' forte, „ cinta di doppia muraglia et di fos- „ se, piene d'acqua. E' posta in una „ gran pianura. Porta la città „ per arme un Monaco con le brac- „ cia aperte; et ne la mano sinistra „ tiene un libro; con la destra accen- „ na con il dito indice. E' questa „ città sottoposta al Duca. Non di „ meno ritiene ancora molti privile- „ gi Hanno podestà di giudicare in „ cose capitali de li loro Cittadini. „ Ma può il Duca intercedere, „ quando gli piace, & liberare il giu- „ dicato, ma con forma di prieghi; „ come anco i Cittadini possono in- „ tercedere appresso il Duca per la „ vita d' altri; ma il concederlo è „ in arbitrio del Duca. Sono ne la „ città due Chiese collegiate, Santa „ Maria, et San Pietro. Vi sono „ ancora alcuni Monasterii di Frati. „ Hà il Duca fabricato un buon loco „ a gli Jesuiti; de' quali hà ivi con- „ stituito un collegio, con molto „ utile de la città: ne la quale con „ tutto il zelo del Duca sono nondi- „ meno molti Heretici.

Utilitatem, quam, divino favente atque juvante numine, non modo Monachium, sed universa Germania, ac Bavaria potissimum, in re Catholica, ex hujus minimae Societatis opera percipiebat, tum singulare suum erga eandem Societatem studium declaravit Guilhelmus hic idem Dux, de quo proxime commemoravit Gratianus, in suis ad Sixtum V. Pontificem Max litteris, die 29. Mart an. 1589. Monachio datis, quarum, grati animi ergo, illud initium adferam. „ Praeclara venerandae Societatis Je- „ su in Catholicam religionem meri- „ ta, ejusque, in his Germaniae „ partibus, vel restituendae vel con- „ servandae laborea ac studia no- „ vis quotidie occasionibus felicibus- „ que successibus sic a Deo benedi- „ cuntur, ut non raro Divinam pro- „ videntiam in illis ego quidem suspi- „ ciam ac depraedicem, qua, cala- „ mitosis hisce temporibua Ecclesiae, „ a Deo missi strenuos in illa sum- „ meque necessarios se operarios exhi- „ bent: mihi vero, terria ac populis „ meis, quibus hisce Patribus enrum- „ que

Germaniae urbes numeratur: etſi elegantibus magis, quam magnis, aedificiis nitere mihi eſt viſa, praeterquam Regia, quae laxe ſane & magnifice ſtructa eſt. Denique a Monachio, per Oenipontem, Brixinonem, Bolzanum, venimus Tridentum: ubi, frequens jam Patribus & regum legatis, Chriſtianae Reipublicae Concilium habebatur. Sumpta hic paucorum dierum quiete, Commendonus, impetrato commeatu, Venetias conceſſit: ego, ipſo ſic jubente, Patavii reſtiti: ubi, repetitis ſcholis, ſoluto liberoque animo, ex biennii intervallo, navantium litteris operam juvenum caetus cupidiſſime reguſtavi.

„ que laboribus frui contingit, plu-
„ rimum grațuler &c.

Idem non Monachii ſolum, ſed Ingolſtadi ac Ratisbonae noſtrorum hominum Collegia inſtituit. Ac de Ratisbonenſi quidem conſtituendo habeo autographas ipſius has litteras ad Cardinalem Mootaltum datas.

„ Illuſtriſsime & Reverendiſs. Do-
„ mine.

„ Loquetur verbia noſtris Illuſtriſ-
„ ſimae & Reverendiſs. Dominatio-
„ ni Veſtrae Lambertus Protonotarius
„ Apoſtolicus, vir nobia apprime
„ carus, de nonnullia rebus, ad Ec-
„ cleſiam Ratisboneoſem pertinenti-
„ bus; ot haec io omnibua recte gu-
„ beroetur, et in civitate illa Col-
„ legium pro Societate Jeſu ioſtitni
„ queat. Eum Illuſtriſsima Domina-
„ tio Veſtra libenter audiat, et ne-
„ gocia, pro ſua in oos et religionem
„ Catholicam ſingulari voluntate, pro-
„ moveat ac adjuvet. Hoc nobis
„ erit tam gratum, ut quod poſsit
„ eſse maxime. Valeat Illoſtriſsima
„ Dominatio Veſtra, noſque amet
„ ſui amantiſsimos. Datum io Civi-
„ tate noſtra Monachio die x. Julli,
„ anno MDLXXXVII.

„ Guilhelmus Dei gratia Comes
„ Palatinua, utriuſque Bavariae
„ Dux &c.

„ (*Manu Ducis*) Guilhelmus &c.
„ J. Sperius . . . „

Sed reliqua de Monachio narrantem ſuia in ephemeridibus Gratianum audiamus.

„ Staremberg. Vn belliſsimo pa-
„ lazzo del Duca di Baviera, edifi-
„ cato dal padre di queſto. E' trè
„ leghe longi da Mooaco, ſopra una
„ collinetta, a' piedi de la qoale è
„ un lago, longo trè leghe, largo
„ mezza, abondante di peſce, &
„ molto delettevole, et pieno intor-
„ no di buone caſe et palazzi di gen-
„ tilhuomini diverſi. In queſto pa-
„ lazzo habita aſſai il Duca a tempo
„ d' eſtate, per l' ameoità del luo-
„ go, per la commodità de le peſche,
„ caccie & ucellagioni. Preſso al
„ lago ſono de' boſchi ben grandi,
„ pieni d' animali, et ſpecialmente
„ di cervi: de la qual caccia il Du-
„ ca ſi diletta graodemente.

„ Benedic in Beoren.

„ Monaſtero de' Frati di S. Do-
„ menico a le radici de l' alpi, ot-
„ to leghe longi da Monaco: bello
„ et gran Monaſtero, et ricco, et
„ con molta giurisdittione.

„ Vn Cittadino di Monaco fece
„ trè coſe, che portorno grand' uti-
„ le a la Baviera. Trovò via di
„ ſeparar l' acque dolci di Ala di
„ Salsporg, che è del Duca di Ba-
„ viera, da le ſalſe; onde ſe ne fà
„ gran quantità di ſale, che dà
„ grand' intrata al Duca. Conduſse
„ acqua viva a Monaco, ch' era
„ difficiliſsimo. Accomodò, et ſece
„ pervia la ſtrada nel monte da Be-
„ nic [*ſic*] in Bauren [*ſic*] una lega et
„ mezzo verſo Iſprùch. Per il che il
„ Duca gli diede privilegio, che tutto
„ quello, ch' egli comprava, foſſe
„ iurisdittione.

Hac nobis peregrinatione septendecim menses absumpti sunt, quibus Germaniam, quanta ab Alpibus ad Oceanum Balticumque mare, & a Belgarum ora ad Oderam flumen patet, omnem percurrimus. Odera enim Germanos a Polonis dirimit, non, ut fere veteres tradidere, Vistula; quae haud dubie intra Poloniae fines oritur, & per Poloniae partem eam, quam Minorem vocant, ac per Masoviam & Prussiam defluens, paulo infra Dantiscum in Balticum mare effunditur, nusquam Germaniae fines attingens. Atque haec quidem Germania ad duo millia quingenta miliaria suo ambitu complectitur, & valentissimas ferocissimasque gentes continet; nullius magnopere indiga rei, quam terra ad hominum victum cultumque gignit. Magna illi pecoris armentorumque, magna frumenti atque omnis generis frugum copia. Fert plumbum, ferrum, aes, argentum, aurum. Pollet armis, viris, equis: ad id artibus, ingeniis, populis maxime frequens. Multi in ea opulenti Principes, multae liberae civitates, pariter divitiis, munitionibus, publicis privatisque aedificiis insignes: nec usquam alibi, ut supra attigimus, libertas pluris; pro qua non rei, non liberis, non vitae parcunt. Invictae, ut diximus, vires, si uni parerent, ab unoque omnes regnarentur, aut omnes pari jure in commune consulerent. In tot Principes liberosque populos divulsae, dum quisque, non quod in commune omnibus utile, sed quod privatim sibi conducit, curat, ad propulsandam fortasse externam vim validae, ad inferendum bellum parum firmae, nec magnopere metuendae videri possunt. Testes ipsi sunt Caesares, qui decreta Vngaricis superiorum annorum bellis auxilia nunquam in tempore acceperunt; aliis tum demum advenientibus, cum alii abirent. Interscindunt Germaniam irrigantque nobilia flumina, Mosa, Rhenus, Amasus, Visurgus, Albis, Odera, Danubius: quae omnia in Oceanum exeunt, praeter Oderam, quae Baltico miscetur, & Danubium, qui, longissimo cursu ingentem aquarum vim colligens, in Euxinum Pontum pluribus ostiis irrumpit. Quorum fluminum opportunitate, cunctae inter se provinciae gentesque, commerciis comportandisque rebus, quibus unaquaeque aut abundat aut caret, perviae apertaeque sunt. Transgressis Alpes etsi perpetuae latissimaeque planicies occurrant, distinguunt tamen quibusdam locis et montes & silvae & lacus; unde mediterraneis quoque populis piscium copia. Erumpunt & calidi e terra fontes salubresque, & varii in medicina usus: & ex aqua, profundis hau-

Margin notes: Germaniae fines. — Ambitus Germaniae & opes. — Germaniae divulsae opes. — Flumina.

hausta puteis, vis magna salis confit. Ad haec, non nitro, non alumine, non sulfure caret. Magna in omni opificio industria gentis, & par contentio animi, par patientia assiduitasque operibus. De librorum, formis imprimendorum, ratione, ac de sclopo bombardaque, tormentorum violentissimo, supra (1) memoravimus. Horologia quoque, quae rotis aguntur, inventum eorum feruntur; quibus non spatia solum horarum metiri, sed solis siderumque motum conversionemque servantes machinas commenti fabricatique sunt. In armorum usu, tam quibus munitur corpus, quam quibus vulnera inferuntur, mirum, quam multa uni excogitarunt. Mores iis non tam inconditi rudesque, quam sui (2) sunt. Ac, si ferociam ingeniis, & suspitiosos animos demas, queis paulo morosius exterorum amicitias ineunt, neque humanitatis in iis, neque communium officiorum jus magnopere desideres; licet aliqua eorum instituta a reliquarum gentium consuetudine discrepare videantur. Externorum ferme omnium, sed maxime Hispanorum Italorumque, callida, ut ipsi rentur, tectaque ingenia suspecta habent, a quibus induci se ac decipi semper timent; atque eo non nisi caute ac pene retrectantes ad amicitiam accedunt: quam tamen, quo lentius jungunt, eo constantius tueri videntur. In suppliciis sane nimii saevique. Nam grassatorum ac latronum facinora tam atrociter vindicant, ut, insertis per rotarum radios membris, singulis confractis comminutisque ossibus, vivos relinquant; infixa stipiti rota, quo sublimes, nec nisi diuturna morte pereant. Alios infigunt palis, quos, per obscena adactos, exire per os cogunt; alios secant medios: sive haec genti truculentia, sive aliter coerceri vis, & praestari securitas nequit. Belli gloria maxime celebres apud scriptores sunt; & ipsi sibi multum in eo tribuunt, & Germanos terrae suae indigenas esse, nec unquam suis pulsos sedibus, nec armis ab ulla gente devictos gloriantur: ac Romanos ipsos non nisi proximas Rheno nationes adiisse, ignotos inexpertosque interioribus. Et sane in acie statario pugnae genere plurimum valere dicuntur. Densis enim ordinibus consistunt, intentatisque in hostem praelongarum hastarum cuspidibus, adeo constanter excipiunt praelium, ut, firmissimi muri instar, nulla perrumpi vi posse existimentur; aut pariter conferti tam acriter inferunt pedem, incumbuntque pugnae, ut sustineri impetus eorum vix possit. Gladios quoque ingentes ferociter vibrant, quos utra-

Opificia.

Mores Germanorum.

Suppliciorum severitas.

In armis quales.

1 Lib. XIIII. pag. 48. et 49.

2 *Suos* dixit, hoc est, proprios.

que regunt manu, ictusque non nisi caesim infligunt, raro punctim. In minoribus certaminibus, in quibus plurimum agilitas atque excursus valet, haud perinde habiles, propter molem corporum tarditatemque, habentur: item si oppugnanda oppida, subeundumque ad maenia sit. Ac ne ad ferendam quidem obsidionem idonei censentur, quod ad vini cibique inopiam statim fatiscunt. Denique non nisi campestri praelio stabili nixu probantur. Quidam plus constantiae eos, quam animorum, praestare in praeliis ajunt, ut, si disciplina vigeat, victi pectora potius ferienda hosti; abjectis armis, praebeant, & in vestigio caedi, quam terga dare, & tentare fugam eligant: sicuti victores ita gaudent sanguine, ut, quicquid furentibus obviam datur, sternant ferro, &, nullo aetatis aut sexus discrimine, in cunctos saeviant. Onerosi (1) etiam, nec ad regendum faciles esse feruntur. Nam & conjuges secum in bellum ducunt, quae illis pro agasonibus sunt: ac mirum, quae onera, quos itinerum, quos castrorum labores perferant, &, nisi commeatuum copia suppetat, quam sane mulierum turba non levat, nisi stipendia ad diem persolvantur, illico fremitus, & mox tumultus & seditio & imperiorum contumax detrectatio: ac, si moram tentes, saepe, raptis per iracundiam signis, protinus abeunt domum, nec socios, vel in medio discrimine, deseruisse flagitium, sed jus putant. Conducuntur tamen mercede ab externis nationibus, & raro uspiam sine aliqua eorum manu bellum in Europa geritur: quin, contrariis saepe in castris, eorum legiones, venalem sanguinem utrisque commodantes, cernuntur: idque ex libidine sua, non solum non consulto Caesare, sed saepe etiam invito, faciunt.

Sed ex omnibus gentis moribus (2) nullum magis abominere, quam, quo ipsi maxime laetantur, vini atque compotan-

1 Nihil discessi ab utoque exemplari.

2 Testificor, me eorum plerisque, quae de Germanorum moribus hoc loco a Gratiano commemorantur, fidem non habere, nec esse habendam ab aliis existimare: quae tamen si vera sunt, ea profecto a Germanorum, qui hoc quidem tempore sunt, moribus admodum abhorrere. Et sane novum non est, barbaras olim atque efferatas gentes ad humanum deinde cultum commodissimosque mores esse traductas. Quinimmo, si priscorum temporum memoriam replicemus, nulla non gens aliquo tempore fuisse moribus inconditis atque inhumanissimis reperietur. Quid? quod ea, quae narrantur, magis ad plebeculam atque infimae conditionis vulgus, quam ad ingenuos liberaliterque educatos homines pertinere existimare debemus? Quod autem vitium, non ebrietatis solum, sed cujusvis etiam turpioris intemperantiae, quae vis, quae fraus, quod scelus ab hujusmodi faece ho-

" mi-

tandi (1) immensa libidine: in qua ita omnem excessere modum, ut fatiscat fides ad ea, quae referri de intemperantia eorum possint. Quid dicam, totos saepe dies, & diebus continuatas noctes, perpotare eos, cum quosdam primae nobilitatis triduum ipsum totidemque noctes perseverasse in poculorum certamine, atque omnes, mente prorsus obruta (2) vino, ut cadavera, e convivio asportatos domum certum sit? Et ego non novi solum eos, sed narrantes inde, quot quantosque hausissent scyphos audivi. Euntibus per Saxoniam nobis dati equites decem, qui simul duces itineris, simul praesidio essent. Horum unus erat aetate jam satis progressa, brevi statura, homo sane festivus, hilaris, loquax, & mire ad omnia officia promptus, sic, ut paucis horis familiaris omnibus esset. Cum venissemus Lipsiam, ille cum sociis statim ad mensam. Extracta ad quartam horam caena, tantum in ea, spectantibus, miraculi causa, nobis, exhausit meri, quantum plane dictu incredibile sit. Hilarem natura temulentia ita extulerat, ut ab ejus lepide ac facete dictis, risu cachinnisque omnia streperent. Ad nos demum, alio conclavi caenam ineuntes, transiit, & „ Adsit, inquit, laetitiae Bacchus „ dator „: protinusque, poculo, quod ex omnibus maximum delegerat, alte sublato, omnibus, quot discubueramus, propinavit. Lex est (nam vitiis quoque suae leges sunt) ut ante tot quisque ebibat pocula, quot sunt, quibus bibendi certamen indixit; atque inde pariter plena exundantiaque, sua manu, singulis offerat. Octies ille (tot enim eramus) cyathum exhausit, qui haud minus, quam quantum mihi in biduum sufficeret, capiebat. Verum, qui plus vini, quam quanta mensura corporis ejus erat, bibisset, postrema pocula supino quidem ore indita excipiebat, sed jam, quicquid infunderet, utrinque refundebatur, ex buccisque defluebat. Ille nihilominus pergebat infundere, donec, deficientibus repente sensibus, concidit. Territis ejus casu nobis, Germanus hospes, qui forte aderat, timorem nostrum ridens, „ Si-

Exemplum potoris.

minum usquam abfuit? Quod si aliqui etiam ex ingenuorum numero talibus deteriorum vitiis aliquando inquinantur: num ullam, ex paucorum infamia, iniquiorem in universus opinionem consequi necesse est? Quid autem miramur, aliquos ingenuos aliquando ebrios esse factos, quum „ Narratur „ & prisci Catonis saepe mero caluisse „ virtus? „ [*Horat. l. 3. Od.* 1] At non tam longe, quam isti, progressus est Cato. Quasi vero, aut Catoni, sapienti viro, licuerit tantum progredi in eo genere, quantum progressus est, aut ab istis, ubi semel, tamquam in lubrico atque praecipiti, labi coeperunt, postulandum fuerit, ut in Catonis gradu resisterent.

1 *Comporare* suspectae latinitatis verbum.

2 In secundo exemplari *obruta*?

„ Sinite, inquit, finite illum. „ Nos vero fublevatum ftrato intulimus, fomentis remediifque excitare ac revocare fopitos fenfus fatagentes. Cum omnia fruftra fuiffent, quantum licuit curatum reliquimus. Mane poftero mihi nihil prius fuit, quam ut ad illum vifendum, incertus, an viveret, adirem. Non inveni. E feneftra forte refpiciens, video in ipfa via ludentem cum aliis, & vinum pofcentem. Adeo moribus noftris ipfa quoque affentatur faepe ac morigeratur natura! Olomucii (urbs eft Moraviae nobilis in primis, ac gentis caput) duo e primoribus civium, ftatuta in medio ingentis menfurae amphora, fponfione certarunt, ut alternis poculis totam haurirent, nec ante abfcedere inde ulli eorum liceret: adeoque pertinaciter inftitere certamini, ut alter in ipfa menfa expiraverit, alter, cujus ego poftea hofpitio fum ufus, a quo rem, ut acta erat, accepi, omnibus membris captus, aegre mortem evafit: ac tum quoque, infigni pallore, tremulis manibus, tranfactum difcrimen praeferebat. E Polonia cum iter in Saxoniam haberem, ut adventanti Henrico regi occurrerem, unaque veniret nobilis Gallus, cui Duroni erat nomen, prope Oderam flumen, oppreffi nocte, cauponis hofpitium fubivimus. Sedentes ad menfam milites aliquot ex iis, qui equo merentur, & eorum lingua *Reitri* vocantur, reperimus. Hi continuarant prandio caenam, atque, ea peracta, comeffabantur, ad tantum jam vini progreffi, ut nemo eorum fatis compos fui videretur. Nobis, in angufta domo, eodem manendum triclinio erat. Dum nos exuimus, dum lectulus mihi, quem eodem mecum curru ferebam, fternitur, dum, de more, divinas precationes perago, dum cibus paratur, multum praeterierat noctis: & adhuc illi in comeffatione erant, ftanneis fextariis fefe, mutua invitatione, mirifice ingurgitantes. Difcubuimus nos diverfa in parte, caenamque vario fermone fatis produximus, illis nihil opus intermittentibus. Cubitum me contuli: ac ftatim de via feffum amplexus eft fomnus. Sub lucem experrectus video adhuc potantes (& erat brumale tempus, cum longiffimae funt noctes). Recubui, nec multo poft, lucefcente die, ad iter furreximus. Tum illos quoque domuerat fomnus, aut obruerat vinum. Rifimus hunc delapfum ad terram, illum fcamno ftratum, alium in menfa rejectum, alium cubito nixum, atque omnes ferme ftannea cum vino vafa manu, ut quemque fomnus oppreffferat, tenentes. Tantum valet ufus, tanta genti in re improba voluptas! qua non vulgus, & humillimus quifque,

Aliud exemplum.

Aliud exemplum.

fed

fed principes Nobilitasque maxime ducuntur, unamque omnibus vitae delectamentis praeferunt. Quin illi nihil magnum, nisi inter pocula (1) agitant; seu pacis seu belli consilia convivio transigunt: nihil denique inter se vel ludicri vel ferii, nisi positis in medio poculis, contrahunt: &, quod magis mirere, ingenia ipsa aliter, quam vino excitata, non fere pariunt. Apud Polonos Stanislaum Oricovium Roxolanum, cujus haud pauca volumina, edita in lucem, extant, latine ac sane luculenter scripta, narrantem audivi, nunquam se, nisi perbene potum, consuesse ad scribendum accedere: tum suum disertum stilum, tum res, tum verba, paria rebus, fluere sibi, cum mero penitus incaluisset. Eubanum Hessum Germanum, qui Homerum latino carmine, interdum & grande aliquid sonans, reddidit, saepe, ab nimio vino non fungentibus officio pedibus, media delapsum via, fundentem ex ipso caeno, quo, suis in modum, volutabatur, versus, visum narrarunt nobis, qui se vidisse ajebant. Et

Oricovius.

Eubanus Hessus.

„ Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma (2). „

Certae potandi leges.

Apud hos graeco vetusto carmini locus esse videtur.

„ Dulce merum Musis, equus est in carmine velox:
„ Si quis aquam potas nihil bene parturies. „

At contra Plato, vacantes sapientiae studiis, ut vino abstineant, hortatur. Certis, ut diximus, res scitis constat. Subrusticus & negligens patrii moris haberetur, si quis in convi-

1 Moderata sint certe, atque intra legitimos temperantiae terminos, necesse est. Quod si aliter esset, quis non miraretur, eorum madidorum deliberationes non minus sapientes vulgo fuisse atque esse, quam nostras siccorum?

2 Hunc unum versiculum ex Horatii epistola 19 lib. II. ne sententia quidem absoluta, Gratianus attulit: Integer locus, huc certe pertinens, hic est.

„ Prisco si credis, Mecenas docte, Cratino,
„ Nulla placere diu nec vivere carmina possunt
„ Quae scribuntur atquae potoribus ut male sanos
„ Adscripsit Liber Satyris Faunisque poetis.
„ Vina fere dulces oluerunt mane Camoenae;
„ Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
„ Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma
„ Prosiluit dicenda. Forum putealque Libonis
„ Mandabo siccis: adimam cantare severis.
„ Hoc simul edixit, non cessavere poetae
„ Nocturno certare mero, putere diurno. „

vivio tacitus, alio non invitato, biberet. Amicitiae & benevoli animi argumentum habent sociare voluptatem. At invitatus non rusticitatis solum, sed odii atque contumeliae argueretur, si a provocante traditum abnueret poculum. Atque hanc saepe non jurgiis modo, sed ferro ac sanguine, ultum injuriam eunt. Quippe, sperni se, &, ut degeneres, repudiari putant. Interdum ductu uno, ac sine ulla respiratione, hauriendum ingens erit vas, si ea a lacessente indicta lex fuerit, sic, ut nihil, quod in pavimentum elisum sonum edat, relinquatur: atque etiam, ut ad integrum implesse munus videantur, nec, quantum sinistri pollicis ungue excipi possit, relictum, ostendunt. Ac tum fervet opus maxime, cum aut bonam valetudinem Principi, aut ipsis compotoribus vitam longosque annos comprecantur, vicissimque invitant sese & poculis majoribus certant. Quem morem ne novum putes, & expertes ejus fuisse Veteres credas, ex his antiqui poetae (1) carminibus expressum habes.

„ Sole simul vinoque calent, annosque precantur,
„ Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.
„ Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
„ Quae sit per calices facta sibylla suos.

Sunt, qui simul haec hauriant, simul, quod, faedum dictu, supra (2) attigimus, mejant (3) (tanquam non aliter vinum, quam per humanum corpus, profundendum putent): maxime circa Rhenum, ubi tenuia admodum vina sunt. Pudet referre, ut e convivio ad vomendum, quo onerati sunt mero, secedant, atque inde iterum onerent (4). Vomere, ut potent, potare, ut vomant, plane videntur. Marcescentis stomachi cruditati, nimio plerunque vino contractae, non aliter, quam vino, medentur, quod, absynthii succis infectum, mane summo hauriunt; atque eo abrodi, quae coquere inditus a natura calor nequivit, putant. Tam faedi moris licentiam ipsi ad libertatis simplicitatisque laudem revocant, & quasi nihil in eorum animis sit, cujus aut paeniteat eos aut pudeat, nihil, quod tegi occultarique velint, nobis abstinentiam

Pravum morem ad simplicitatis laudem revocant.

1 Ovidii lib. 3. Fast. At Martialis alium quendam Romanorum in bibendo morem significat, quum nempe tot pocula ducerentur, quot literis constaret ejus nomen, cujus in honorem salutemve biberetur. Lib. I. epigr 72.

„ Naevia sex cyathis, septem Ju-
„ stina bibatur,
„ Quinque Lycas, Lyde quattuor,
„ Ida tribus. „

2 Pag hujus Vol 91. ubi item utroque in exemplari *mejent* pro *mejant* legebatur.

3 Vtroque in exemplari *mejent*.

4 Mallem *onerentur*.

tiam imputant; & pro fobriis triftes, pro temperatis tectos appellant; vinoque abftinere ajunt, ne animorum labes flagitiorumque confcientiam prodamus, & unos veritatis cultores effe contendunt, qui vino indulgent, & nihil timent, ne animi fecreta detegant: atque gloriam virtutis hujus (quando plurimum meri capere virtuti tribuitur) ita appetunt quidam, ut de ea, vitae quoque fponfione, ut fupra (1) oftendimus, decernant. Adeo vitia virtutefque hominibus non in re, fed in more atque opinione funt! Melius aequiufque vetus ille Graecus judex ab ebrio, qui admiffum facinus alienatae nimio vino menti imputabat, geminam exegit paenam, alteram delicti, alteram ebrietatis.

Publicum Germaniae Concilium tribus ordinibus conftat; in quibus Sacerdotum atque Epifcoporum dignitas longe caeteros antecellit. Praeftabant & opes, nifi eas ipfi evertiffent (2). Alter eft militarium Principum Regulorumque: tertium liberarum Civitatum. Infra Principes (hoc enim nunc nomine omnes cenfentur, qui, fine regis appellatione, juftum in populos imperium obtinent) funt Comites: hos Nobiles fequuntur. Nobiles, non nifi, qui aliquo ditionis jure potiuntur, Germani vocant. Nam, qui civitates, licet liberas, licet opulentas incolunt, licet ipfi fe patricios dicant, longe tamen infra Nobilitatem funt, & ab ea, ut plebis pars, defpiciuntur. Quin nobilium ea fuperbia eft, ut alibi domicilium habere, quam in folo, quod ipforum ditionis fit, dedignentur, minuique nobilitatis jura urbibus incolendis putent. Caftella arcefque fuas habitant, ac, fi quando adeunt urbes, per eas aut equo vectantur, aut gravi inceffu, ac fubnixi, nec incomitati, nec gladio non fuccincti ambulant. Si domeftica (quod faepe accidit) inopia premuntur, Principibus, & fui etiam ordinis potentioribus, vel in fervilibus minifteriis, operam praeftant, aut obfident vias, ac victum latrocinando quaeritant: &, qui inquinari genus fuum quacunque mercaturae induftria opinentur, iidem viatoribus vim afferre, fpoliare, rapto vitam fuftentare, militare facinus putant. Nobilibus certa crefcendi, & fe Principibus dignitate atque opibus exaequandi via erat, in facerdotalem ordinem, & maxime in Canonicorum collegia cooptari; quae, paucis exceptis Jurifconfultorum locis, non nifi Nobilitati patent. Horum fuffragiis Epifcopi defignantur leguntur que; quos doctrinae ac religionis laus commen-

Germanorum Concilium quibus conftat.

Nobilitas.

Nobilitati multum juris abftulit haerefis.

1. Pag. 112.

2. Exemplar utrumque *everfiffent*.

darit. Atque, hoc aditu ad Episcopale decus atque majestatem, Nobiles saepe honore atque amplitudine illos ipsos anteibant Principes, in quorum imperio atque ditione orti erant. Et, cum publicum gentis jus sit, ut dominationis ac principatus haereditatem non maximus natu filiorum cernat, sed inter se fratres ex aequo dividant, hac lege magnopere Principum opes in plures distractae partes extenuabantur, quae Episcopatibus integrae semper, & nulla partitione diminutae manerent. Hanc ad honores, atque ad principalem fortunam perveniendi facultatem interpellavit Nobilitati, & magna ex parte avertit, ipsius a fide avitae religionis defectio, & invectae in Germaniam tot novarum haeresum formae. Exuta enim priscae pietatis reverentia, potentissimus quisque Principum non solum minora sacerdotia omnia, sed ipsorum etiam Episcopatuum permultos jam occuparunt, sibique haereditarios fecerunt. Ita Nobilitas sero sensit, se hoc veluti patrimonio suo exclusam dejectamque, & in Principum ac potentiorum servitutem penitus redactam esse. Sed ipsorum quoque Episcoporum plerique, praeposteris animis, posthabita divinarum rerum cura, id modo enixe laborant, ut suae sibi divitiae, & princeps ille splendoris ac dignitatis locus, quo inter caeteros eminent, salvus inviolatusque servetur. Hinc Principibus ipsis, potentibusque hominibus, quos ante in sua auctoritate habere consueverant, assentari coguntur; tantoque magis dediti iis atque obnoxii sunt, quanto avidius eos aut occupandis Sacerdotum bonis imminere, aut occupatis incubare intelligunt: &, quorum cupiditati conatibusque obviam ire, audaciamque coercere deberent, ac, si se nossent, conjunctaque & concordia habere consilia vellent, etiam possent, eos ipsi ultro metuunt, & suspectos sibi gratia atque officiis lenire & conciliare student. Quidam, quod faedius est, etiam a Sacrorum fide desciverunt, seque in Principum Haereticorum clientelam tradiderunt, eorumque tecti ope, omnibus soluti legibus, omnibus abjectis sacerdotalis vitae institutis, sua libidine vivunt. Certe priscorum Germanorum ingenia aspera indomitaque, ac feris imbuta moribus, quemadmodum Christiana religio, & suave illius jugum cultusque emollierat, ac frenum ferocibus animis injecerat, ita verendum magnopere est, ne, haeresum licentia, laxatis Catholicae pietatis vinculis, quibus humani ingenii cupiditates, ne impetu furant, constrictae tenentur, efferari iterum incipiant, iterumque in antiquam truculentiam barbariemque revol-

Error Episcoporum.

Defectione hac a Christianis Sacris iterum efferantur Germani.

volvantur; hae maxime nationes, quae longius ab exterorum commerciis interiora Germaniae incolunt. Atque haec est illa Germania, quam Cornelius Tacitus informem terris, asperam coelo, aspectu tristem, horridam silvis, paludibus faedam, frugiferarum arborum impatientem, cui non aurum, non argentum in pretio, prodidit. Et Seneca „ Germanos, inquit, & quicquid circa Istrum vagarum gentium occursat, perpetua hyems, triste coelum premit, maligne solum sterile sustentat. Imbrem culmo aut fronde defendunt. Super durata glacie persultant. In alimentum feras captant. Nulla illis domicilia, nullae sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit: vilis & quaerendus manu victus: horrenda iniquitas coeli: intecta corpora. Haec tot gentium vita est. „ Tanta tum seu barbaries genti seu Romanis ignoratio ejus fuit! nisi ex Alpium incolis, squalentibusque frigore atque glacie locis, conjecturam de reliquis populis fecerunt. Certe de Germania veteres scriptores haud secus, quam nunc de interioribus Americae ac novi orbis gentibus, ignotis adhuc inexploratisque, loquuntur, fabulosa multa & falsa memorantes.

Quam haec a veteri Taciti Germania differat.

At Commendono interea novum injunctum iter, novaque mandata legatio Patavio me avocavit. Ferdinandus (1) Caesar, acto Germaniae conventu, in quo Maximilianum filium successorem sibi in Imperio designaverat, ut ex propinquo Tridentinis actionibus Patribusque adesset, Oenipontem accesserat, oppidum ditionis suae haud ferme plus centum millibus passuum a Tridento distans. Hinc, ut praesens, assidebat Patrum consiliis, mente vir optima, & magno in Christianam rem studio & pietate, sed ex eo genere hominum, qui, quanto sunt ipsi probiores, tanto difficilius esse improbos (2) alios arbitrantur: quae ingenia maxime opportuna sunt alienam simplicitatem per speciem boni rectique ad fallendum captantibus. Itaque callidorum quorundam instinctu quaedam interdum movebat, & a Praesidibus Concilii, Conciliōque ipso postulabat, quae turbandis rebus magis, quam ordinandis, quod ipse cupiebat, fore videbantur. Venerat ex Gallia Tridentum eo tempore Carolus Lotharingus, (3) Cardinalis idem & Archiepiscopus

Novum ad Ferdinandum Caesarem iter.

Cardinalis Lotharingus.

1 Hoc totum *Ferdinandus Caesar* &c. *proficisci extemplo jubent*: transtulit Gratianus ex lib. II. c. 5 Vitae Cardinalis Commendoni, nullis immutatis vocibus, praeter eas, quas suis locis indicabimus.

2 Edita Commendoni Vita *alios improbos*.

3 Eadem Vita *Lotharingius*.

Rhemensium, summa auctoritate, (1) summisque & suis & familiae opibus, magno item usu, excellentique ingenio ac doctrina praeditus, denique animis, genere, dignitate ingens vir. Sed has laudes longe superabat ambitio hominis prope immensa, qua elatum animum stimulabat insana cupido (2) cuncta sub arbitrium nutumque suum revocandi. Galliae Episcopi, qui satis frequentes partim ad Pontificis Max. edictum, partim ipsum secuti Cardinalem, Tridentum convenerant, non sentire modo cum illo, sed ne audere quidem ab ejus auctoritate discedere videbantur. Caesaris quoque Legati ventitare ad eum, frequentare domum, ac pellecti conferre consilia dicebantur. Incussit ea res curam Patribus, ne turbidi aliquid rebus, tranquille ad eam diem procedentibus, ex his coitionibus oriretur. Id ne fieret, cavendum in tempore rati, Praesides, mittere ad Caesarem delectum e Patrum numero aliquem, a quo de Concilii praesentiumque rerum statu ille erudiretur, &, si quid incommodae opinionis animo ejus inculcatum a suis haesisset, evelleretur: eum denique de Gallorum postulatis, ac de Lotharingi ingenio atque animo, ad vasta semper atque immodica aspirantis, edoceret. Ad id unus ex omnibus maxime idoneus visus est Commendonus. Venetiis igitur evocatum proficisci extemplo jubent. Profecti (3) per dispositos equos Oenipontem contendimus. Et navavit operam Commendonus, Patrumque de se expectationi egregie respondit. Nam (4) Caesarem non modo ab omni cogitatione, si qua injecta illi fuerat, novandi aliquid, aut fovendi alterius cujusquam consilia, queis (5) arbitria Patrum labefactari aut scindi consensus (6) voluntasque eorum posset, abduxit, sed in priori (7) sua mente ac sententia adeo confirmatum reliquit, ut Lotharingus (8) ipse, paulo post, ad eum visendum, Oenipontem profectus, nihil eum immutarit; atque exinde habitum ac peractum sine suspitione ulla Concilium sit.

AN-

1 Ead. Vita *auctoritate vir*. Quae posterior vox supervacanea certe est, siquidem proxime reperies *ingens vir*.

2 Vide Histor. Concil. Trident. a Pallavicino scriptam, libro praesertim XVIII. cap. 7. num 2. qui quidem auctor aequius, quam Gratianus, consilia, dicta, facta tanti Cardinalis, ut par est, interpretatur.

3 Hinc ad libri XVIII. illa fere extrema „ Henricus in Galliam est „ reversus „ quibus exemplar primum absolvitur, describi sunt coepta, in eodem primo exemplari, Gratiani ipsius manu.

4 Haec quoque ex extremo eodem capite desumta sunt.

5 Ead. Vita *quibus*.

6 Utrumque MS. exemplar *consensum voluntatemque*. Mendose. Emendavi, ut est in Commendoni Vita.

7 Ead. Vita *priore*.

8 Ead. Vita *Lotharingius*.

ANTONII MARIAE

GRATIANI

A BURGO SANCTI SEPULCRI

DE SCRIPTIS INVITA MINERVA

AD ALOYSIUM FRATREM

LIBER XVI.

REgressо Tridentum Commendono non diuturna concessa quies. Nam Pontifex, cum Poloniae res, Haereticorum audacia, magnopere perturbatas esse, magnumque instare periculum accepisset, ne per hominum, a Sacrorum fide alienatorum, factionem Religio gravius aliquod vulnus acciperet, Commendonum, Patavio, quo se receperat, evocatum, protinus in Poloniam contendere, & dare operam, ne quid in eo regno Christiana res detrimenti caperet, jussit. Profecti Venetiis, per Tarvisium, Conilianum, Sacilem, Spilimbergum, atque hic, trajecto Tiliavento, per Fanum Danielis, Venzonium, ipsis objectum Alpium faucibus oppidum, atque inde transgressi Pontebam, Villacum (1), quod primum intran-

Iter in Poloniam.

1 De Villaco proximisque regionibus haec prodita reperi in Gratiani ephemer. „ Conferma il Vicedomino dodici Cittadini, che sono in vista del Con„ siglio: et, come ne manca uno, „ gli altri nominan uno al Vicedomi„ no; et a lui stà di accettarlo. Di „ questi dodici ogn' anno eleggono „ due

trantibus Carinthiam occurrit, venimus. Haec urbs, quam Dravus, haud ignobilis amnis, interfluit, cum adjacentibus ali-

,, due, da questi medesimi dodici,
,, i quali presentano al popolo radu-
,, nato in una corte; et il popolo
,, nomina qual più piace a lui; et
,, quello subito và a pigliare la con-
,, fermatione del Vicedomino, al
,, quale dà giuramento di admini-
,, strare rettamente la giustitia: et
,, questo si chiama Recter. Lui giu-
,, dica le cause civili de' cittadini,
,, et hà potestà di ritenere anche nel
,, criminale. Le appellationi di cause
,, civili vanno da questo giudice al
,, Conseglio, dal Conseglio al Vice-
,, domino, dal Vicedomino a li trè
,, Commissarii, deputati, due da
,, l' Imperatore, uno dal Vescovo:
,, et quest' ordine si serva ne la giu-
,, risdittione del Vescovo. L' essecu-
,, cutione del criminale, et il giudi-
,, tio ancora è di un giudice, chia-
,, mato Pluot Recter sudre sanguinis.
,, Questo hà potestà di condennare
,, uno a morte: et nessuno Signore
,, in tutta la provincia può far mo-
,, rire alcuno: et egli, quando con-
,, danna uno à morte sede in piazza
,, con una bacchetta in mano; et seco
,, sono sei over otto cittadini a suo
,, beneplacito; et, come l' accusato-
,, re & diffensore del reo, dimanda á
,, quei cittadini il suo parère, poi
,, giudica quello, che a lui piace, &,
,, quando vuole, che il reo mora,
,, spezzà la bacchetta, che hà in ma-
,, no. & allhora non v' è rimedio.

,, Il Vicedomino è un Canonico di
,, Bamberg, deputato dal Vescovo &
,, dal Capitolo; & hà la sua residen-
,, tia in Wolspergh. Deputa in Vil-
,, laco un Capitano, che si chiama
,, Capitano del Purgo, che hà il go-
,, verno di tutto il Canale nel civile
,, & nel criminale.

,, La Ponteheba verso mezzo dì &
,, l' Italia: verso tramontana & Sti-
,, tia Frisach, ch' è del Vescovo di
,, Saltpurgh: verso Levante & Vnghe-
,, ria Filchmorch; verso ponente & il
,, Contado di Tirolo Agminth. Da la
,, Pontheba a Frisàch leghe 16. da
,, Aghminth a Filchmorch leghe 15. &
,, due leghe di più s' estende il confino.

,, Da Villaco a Clamfarch sono
,, quattro leghe. La provincia è qua-
,, si quadra, ottanta miglia Italiane
,, per quadro. La provincia è tutta de
,, l' Imperatore: nè vi altro Signore
,, di terre grosse, se non il Vescovo
,, di Bambergh. La terra di S. An-
,, drea, appresso Wolspergh, è
,, d' un altro Vescovo, & Frisach
,, del Vescovo di Salzpurgh.

,, Nel paese di Villaco a Psaiper-
,, ghe è una minera di piombo del
,, Vescovo di Bambergh. Vi sono ne
,, la provincia minere di oro, ar-
,, gento, ferro & vettiolo, et que-
,, sta è a la Trèvisa.

,, Wolspergh. Vi stà il Vicedo-
,, mino di Bamberg, che presenta il
,, Pievano: et è Catholico.

,, S. Vito. Tutti Heretici Luthe-
,, rani: dominio del tè: et già cinque
,, anni non vi si dice Messa:

,, Filchmorch. V' è un Capitolo
,, di Canonici, presentari da l' Ar-
,, civescovo di Salzpurgh. Sono Ca-
,, tholici; et la terra similmente
,, si mantiene assai Catholica.

,, Villaco. Già tre anni vi si usa-
,, vano tutte le cirimonie. Hora è
,, tutto guasto, et non vi si dice
,, Messa, se non in due lochi, al
,, Monasterio di Santa Margherita,
,, et a l' Hospidale.

,, Clanfort. Per esser terra da for-
,, tificare verso Vngheria, s' è fatta
,, principale de la Carinthia. Sono
,, tutti Heretici. La presentatione è
,, del Decano di Sol, ch' è loco di
,, una Nostradonna, che ha fatto mi-
,, racoli; et ancora vi vanno molti
,, Contadini per devotione.

,, Il Sig. Giorgio Chezze Willer,
,, ch' è stato nel parlamento di Vien-
,, na, et già un' anno è Presidente,
,, habita in Villaco; et cerca di
,, farne levar la Messa; come hà
,, fatto in Clanfort.

,, Il

Carinthiorum mos mirus admittendi Principem.

aliquot oppidis, non Austrii sanguinis regibus, quibus circunjectae nationes parent, sed Bambergensi Episcopo, cujus supra (1) in Franconia meminimus (2) subest. Carinthiorum mirum admittendi domini ac Principis sui morem non omiserim. Agrestium unus, cui id ex haereditate jus, circa oppidum Sancti Viti, lapidem, ad id medio in campo statutum, insidet (3), dextra praegnantem bovem, sinistra, equam, utranque strigosam, tenens. Circunstat reliqua rusticanorum turba. Accedit, magno comitatu, Princeps, praelatis honoris sui insignibus. Ac, nitentibus auro & serico aliis, ipse, agresti ornatu, agrestique nixus baculo, adest: quem advenientem quasi increpans Agrestis, sua Illyrica lingua. „ Quae, „ inquit, isthaec est pompa? qui fastus tam superbe incedentis? „ Respondente multitudine, Principem esse, quaerit ille, An ingenuus, an patriae amans, an justitiae cultor, an Christianae pietatis vindex futurus sit? Futurum pollicentibus, qui circunstant, rursus ille. „ Bene habet, inquit: at me quis hac sede audebit depellere „? Cui unus procerum sexaginta denarios, equam bovemque & vestitum, quo indutus est Princeps, & vacationem munerum, tributorumque immunitatem, si ultro cesserit loco, habiturum recipit. Et ille, quasi his delinitus muneribus, loco decedit, & malam Principis leviter manu demulcens, ut in jure dicundo aequum se omnibus praestet, admonet. Tum Princeps desertum occupans saxum, nudatum circunvibrat gladium;

„ Il Capitano habita in Frisàch. „ Il Signor Christoforo Tanhauler è „ heretico; ma non s' impaccia troppo de le Religioni. Questo è il „ principale de' trè Governatori de la „ provincia.

„ Il Vicedomino de l' Imperatore, „ Giorgio Paradaiser, heretico, habita in Gradish.

„ La prima dignità è del Capitano, che governa ogni cosa. La „ seconda del Presidente, che ha „ carico de le cose di giustitia. La „ terza del Vicedomino, che hà la „ cura de' denari. Ma tutti trè insieme governano la provincia.

„ Il Barone di Tuetsthein, heretico, hà levato la Messa in tutti i suoi lochi.

„ Il Signore Andrea Zenus habita in Villaco, ricco di denari, „ nepote del Signor Christoforo Zenus, molto Catholico. Sono trè „ fratelli Baroni di Tuersthein. L' uno „ è morto heretico: l' altro stà in „ Vienna, Catholico, chiamato Adamo: l' altro Sigismondo heretico: & „ non vi è altri Baroni in tutta la „ Carinthia.

„ In Carinthia è una sola casa di „ Conti di Ortenbargh; i quali descendano da Spagniuoli. Sono trè „ fratelli, Ernesto, Ferdinando, N. „ tutti trè Catholici: et dovunche „ essi hanno che fare, fanno servar li „ riti Catholici.

„ Il Signor Christoforo Zenus Catholico vecchio.

„ Il Signor Giovanni suo fratello, Capitano del Purgo, Cattolico, et la moglie Catholica.

1 Lib. XV. pag 97.

2 Vtrunque exemplar *meminibus*.

3 In utroque exemplari *insedit*.

dium; post populum benigne affatur, & aquam, agresti haustam pileo, delibat. Adit inde templum, &, peractis Sacris, cum suis convivium init. Originem habendi hunc Agrestibus honorem ex eo ductam ferunt, quod hi, manentibus olim in pertinacia Nobilibus, primi Christianorum Sacrorum
Stiria. fidem susceperunt. Ex Carinthia in Stiriam transivimus; quam regionis ejus partem esse quibusdam placet, quam Veteres Valeriam appellarunt. Alpina & haec gens, magnis per hyemem frigoribus usta. Mora Oenusque flumina intercurrunt. Homines rudes, ut Carinthii, & fere vallium, quas immanis altitudinis alpes claudunt, incolae. Ferri fodinas, quibus passim montes scatent, strenue exercent, nec alibi plus ferreae materiae terra eruitur, nec uberiores uspiam venae; quarum imbuti vi ac natura perennium fontium latices strumas gignunt, sic, ut omnibus fere, tam viris quam faeminis, guttur enormiter intumescat. Prima urbium Gra-
Gratium. tium, ubi sedem Princeps habet, multisque inde populis dominatur. Omnes objecti sunt Turcis, quorum infestis armis assidue incursantur; ac saepe non agri solum, sed ipsae quoque urbes miserabiliter vastantur, maxime, postquam, amissa Canisia, quam nuper, Paradaiseri Germani ignavia aut proditione, expugnarunt, patefactus magnopere aditus
Austria. est Barbaris. Transgressi Stiriam descendimus in Austriam, latiorem fertilioremque provinciam, in Pannonios devexam, quorum olim & pars fuit, quam Superiorem dixerunt. Quinque dierum iter in longitudinem, trium in latitudinem ajunt patere. Intersecat Ister, multique praeterea amnes: unde uberrima frugum, & vini quoque ferax; ex cujus copia praecipuus genti quaestus: quanquam austerius est, nec, nisi altero aut tertio anno, maturitatem assequitur; eo certe optabilius, quo perduravit diutius. Gentis caput Vienna,
Vienna. ubi Caesarum Austriae familiae diu Regia fuit, eaque re cum auctior celebriorque effecta, tum magnis munita operibus est: sed eo vel maxime nobilitata, quod Solimani, clarissimi Turcarum regis, saevam pertinacemque oppugnationem sustinuit, & irrito incaepto abscedere maenibus coegit. Hujus provinciae, obscurum antea, nomen ad summum gloriae fastigium unius amplitudo fortunaque domus evexit; quae ab dominatu ejus cognomentum accepit, & a paucis initiis, non vi atque armis, ut quondam Aegyptii, ut Macedones, ut Romani, ut Turcae, ut alii magnorum Imperiorum conditores, sed, quod beatius est, pacis artibus, & matrimoniorum faederibus, summam potentiam est nacta. At nos

tam

tam clarae gentis primordia paucis memorare cur pigeat? Fuere, qui, quasi in assentationem ejus, ab veteribus Galliae regibus, atque ab Pharamundo originem ducere conati sunt. Sed commenti hujus auctor Volfangus Zasius ab Arnoldo Vvionio Belga, haud dubiis litterarum monumentis, Scriptorumque testimoniis, mendacii & compositae ab se fabulae convincitur. Ipse Arnoldus Aniciae gentis stirpem esse contendit. Anicios Romanos vetusti generis patricios, quorum auctorem Quintum Anicium, anno conditae urbis CCCCL. aedilem curulem fuisse memorat, multasque inde praeturas, multos consulatus, triumphumque L. Anicii de Gentio, Illyriorum rege, in ea familia, e Romanis fastis, numerat. Atque adeo, post oppressam a Caesaribus Remp. unique commissum populi Romani Imperium, Flavium Anicium Olibrium, Flavium Anicium Justinum, Flavium Anicium Justinianum, aliosque Imperatores ac rerum dominos, ab his prodiisse narrat. Eandem gentem pluribus ferri nominibus, varieque cognominatam refert. Nam & Flaviam & Maximam & Paullinam & Bassam & Faustam & Probam & Bohetiam, unde ortum Severinum Bohetium, illustrem ingenio & litterarum studiis, illustriorem gloria oppetitae fortiter pro fide erga Christianam pietatem mortis. Item Symmacham & Olibriam & Pierleoniam & Frangipaniam, &, Venetiis inter patricios cooptatam, Michaeliam, denique & Gratianam, ex qua Joannes Gratianus prodiit, Petri Pierleonii (1) filius, qui, ad Pontificatum Maximum evectus, Gregorius sextus est dictus. Eodem sanguine Benedictum, Euproprii, Nursiae Comitis, filium, & Gregorium Magnum Pontificem Rom. clarum utrunque Christianae religionis lumen, ait genitos esse, & alios praeterea, quos pariter miraculis affirmata pietas in coelum extulit. Pierleonii cognomentum circa annum ab nato Christo DCC. Anicii accepere; cujus auctor patriciatus honore, cujus tum magna Romae dignitas & auctoritas fuit, praefulsit. Ex his Frangipanii defluxere, sic dicti, quod, in magna caritate annonae, fractos in frusta panes populo distribuerunt. In utraque gente clari in primis ac praepotentes cives permulti floruere; & ex Pierleoniis quidam, quia in Aventino monte habitarunt, ob magnas, quibus excellebant, opes, Aventini Comites sunt appellati. Ex his ipsis Petrus & Rodulphus fratres, ut urbanis motibus seditionibusque, quibus ea tempe-

Austriae familiae origo.

Anicii Romani.

Imperatores ex Anicia gente.

Pierleonii ex Aniciis.

Frangipanii.

1 Id, non *Pierleonis*, praefert utrumque exemplar.

Pierleonii in Helvetios demigrant. state Romana civitas magnopere agitabatur, se subtraherent, Italia excesserunt; delatique in Helvetios, circa Lucernae lacum, pretio emptum castrum exaedificarunt, egregiisque operibus communiverunt; atque ei Avemburgum (1), ab Aventino monte, veteri familiae suae sede, nomen dixerunt: quod inde, commutatis, ut fit, a vulgo litteris, Habspurgum est nuncupatum. Horum fratrum Rodulphus, natu minor, ob vitae splendorem, & famam nobilitatis, Episcopatum Argentinensem est adeptus circa annum MCLXI. Sed, duodevigesimo post anno, sacerdotio illo abdicare se ab Alexandro III. Pontifice Max. est coactus, quod non justo jure irrepsisse ad eum honorem, vitioque creatus esse diceretur. Petro, alteri fratri, in dominatum Habspurgi, & appellationem Comitis, Albertus filius successit, cui Heduigis, Alsatiae Lantgravii filia, nupsit, quae, haeres patris, Alsatiae dominatum, dotale munus, ad virum attulit; quo magnopere propagatae opes dignitasque Habspurgiae gentis sunt. Adeo in ipsis statim initiis huic familiae ditibus augeri matrimoniis prope fatale fuit! Ex hac conjuge Albertus egregiam sobolem, novem liberos, suscepit, Rodulphum, Albertum, Carolum, Martham, alterum Albertum, Henricum, Hermanum, Heduigim, Elisabetham: atque ipse, jam senior, ab studio Hierosolyma & Christi Dei sepulcrum visendi, Federicum secundum Caesarem in Syriam secutus, apud Ascalonem morbo interiit. Rodulphus, Alberti filiorum natu maximus, cum ante Othocaro, Bohemiae regi, domestici ministerii munera praestitisset, familiaeque ejus praefuisset, post interitum Federici, in magna ac diuturna Principum dissensione, Francfordiae ad Moenum Romanorum rex ac Caesar est renunciatus, circa annum MCCLXXIII. &, cum extincta stirpitus veterum Austriae Ducum domus esset, ei provinciae Rodulphus jure suo Albertum filium dominum imposuit. Quae tamen res sine bello & contentione transacta non est; indignante Othocaro, Bohemiae rege, qui ex Austria gente uxorem habebat, ejus sibi filium praeferri, qui apparitor sibi ac domesticus minister fuisset. Sed, ubi jus erat, ibi & belli fortuna stetit. Victor Rodulphus, dejecto atque in acie occiso Othocaro, Austriam filio suo parere coegit. Atque hinc, pristino Habspurgii repudiato, novum ab Austria cognomentum familiae est inditum. Albertus, Elisabethae conjugis dote, Sti-

Habspurgum. (margin)

Alsatia aucti Habspurgii. (margin)

Rodulphus Habspurgius Caesar renunciatus. (margin)

Habspurgii Austrii nuncupantur. (margin)

1 Ratio etymi postulat, ut *Aventburgum* scribatur.

Stiriam, Carinthiam, Tirolum Austriae adjecit; atque his nixus opibus, etiam, ut Caesar diceretur, contra Adulphum Nassaum, Imperii aemulum, tenuit: quem &, magno praelio apud Vormatiam superatum, caecidit. At ipse, non multo post, Joannis, fratris filii, exceptus insidiis, victor externi hostis domestica fraude occubuit, anno MCCCVIII. Hoc genitus alter Albertus, Alberto Lupoldus & Albertus; hoc item alter Albertus, a quo, circa annum MCCCCXLVIII. relatum in familiam Caesareum nomen & Imperii honos, in ea ad hoc usque aevi, nunquam interrupta successione, permansit. Nam Alberto patruo successit Federicus, Ernesti fratris filius, Lupoldi (1) nepos, & Federico Maximilianus filius, Maximiliano Carolus, ex Philippo filio nepos, Carolo Ferdinandus frater, Ferdinando Maximilianus filius, Maximiliano Rodulphus item filius. Federicus, vir probus & pacis cultor, annos tres & quinquaginta imperavit. Hic, quo gentis suae principes nobiliori nomine a vulgari Ducum appellatione eximeret, Archiduces, eximio nec ante ulli usurpato titulo, appellavit. Atqui huic familiae non opulenta solum, ut supra memoravimus, sed maxime faecunda matrimonia obtigerunt. Nam Albertus primus, Petri, Habspurgiae familiae conditoris, filius, novem, ut ostendimus, liberos procreavit; Rodulphus Imperator tredecim; Albertus secundus unum & viginti; Albertus tertius sex; Lupoldus quoque plures; Ernestus decem; Federicus quinque; Maximilianus quatuor; Philippus sex; Carolus quatuor; Ferdinandus quindecim; Maximilianus secundus decem & septem; Carolus, Ferdinandi filius, undecim; Philippus, rex Hispaniae, octo. Austria domus in duas stirpes diducta est, quarum altera in Germania, altera in Hispania radices egit. Nam ex duobus Philippi filiis, Joanna, Hispaniae regina, ortis, Carolo quinto, natu majori, Hispania & ea regna, quae supra (2) recensuimus, obvenere; Ferdinando Austria, Stiria, Carinthia, Carniola, Tirolus, Brisgovia, (3) Bohemia, Moravia, Slesia, & Vngariae pars illa, quam adhuc non oppressere Turcae, quae maxime caeteris gravis sumptuosaque est populis.

Archiduces a Federico III. appellati.

Austriae gentis faecunditas.

Moravia.

Austriae jungitur Moravia, quam Marcomannos inco-

1 In secundo exempl. *Lupildi*,

2 Vol. I. pag. 153. et seqq.

3 Verumque exemplar *Frisgovia* retinet, sed, ut puto, mendose. *Brisgoviam* autem, sive *Brisgoiam* Germaniae regionem esse, inter Rhenum et Silvam nigram, cujus metropolis quondam *Brisacum* fuit, nunc est *Friburgum*, sub Austriorum potestate, notissimum est.

luisse olim credunt. Novum nomen Morus, haud ignotus Antiquis fluvius, quo proscinditur, dedisse videtur. Jacet media inter Vngariam & Bohemiam, magnisque saltibus ab utraque dirimitur. Fertili agro est & pingui: unde caenosae, &, per hyemem, maxime impeditae viae, nisi gelu ac frigore, quod plerunque fit, rigescant. Cultores agrorum plerique Anabaptistae sunt, genus hominum rude, imperitum, absurdum, nec nobis, quam aliorum Haereticorum sectis, magis invisum execratumque, propterea, quod neque Sacris, neque civilibus Magistratibus quicquam in alios juris ex Christianae disciplinae placitis esse, sed omnibus ex aequo tributum libertatis munus contendunt. Ob id vulgo explosi, etiam severis ubique legibus coercentur. Apud Moravos, quia seditionibus absistunt, & caetera innoxii culturae agrorum, servilibusque ministeriis intendunt, tolerantur, suisque vivere institutis sinuntur. Mirum, quod ipsam quoque operae mercedem in commune conferunt, & contenti agresti victu, agresti veste, *Meum* & *Tuum*, adversa exaequando juri nomina, unde omnis dissidii origo manat, sustulisse videntur. Princeps urbium Olomucium, Princeps

Olomucium. gentis Olomucensium Episcopus, cujus imperio multa oppida, & magna provinciae pars continetur. Ipse Crempsirii moratur, & ejus maxime studio vigilantiaeque (1) debetur, quod non omnem Moraviam pravissimae de divinis rebus opiniones, tetraque haec haeresum monstra, quibus adversa pietati aetas scatet, oppleverint.

Slesiam, egressi Moravia, inivimus, finitimam Poloniae,

Slesia. & aliquando partem ejus. Quadi olim coluisse dicuntur. Gens nunc quoque bello ferox, nec spernendis pollens viribus, si quidem, ut ajunt, armatorum millia supra quinque & viginti conficere, adhibito conatu, potest. Et haec agro fertilis,

Odera flumen. & homines agriculturae student. Odera, haud ignobile Germaniae flumen, totam perlabitur, ad Stetinumque in Balticum mare effunditur. Aliquot haud ignobiles habet Slesia urbes; sed longe omnes dignitate antecellit Vratislavia, quae & a-

Vratislavia. liis rebus conferri cum principibus Germaniae urbibus potest, & descriptione viarum, aedificiorum publicorum privatorumque elegantia, vel nobilissimis anteponi. Viae in omnes partes longissime patent, amplae, rectae, stratae. Est & Episcopali sede insignis, & Episcopus gentis totius longe princeps, & publici consilii praeses; cum aliis vectigalibus dives,

1 Exemplar secundum exhibet *vigilantiaque*.

ves, tum auri ramentis, quae in ejus ditione, haud minora articulo digiti, leguntur ea copia, ut ad trecenta pondo, annis singulis, ipse cudat signetque.

E Slesia Poloniam intravimus, ubi quae gesta à Commendono sunt, eo libro persecuti sumus, quem de vita ipsius conscripsimus, multaque infra attingemus. Biennium hic commorati sumus. Quo tempore Commendonus a Pio quarto, Pontifice Max. in amplissimum ordinem absens, eximiae virtutis merito, est cooptatus. Et cum ut studio suo indulgeret peregrinandi, & cuncta oculis lustrandi, tum ut ultimis quoque gentibus specimen sui, & Romani Legati nomen ostenderet, latissimi regni nationes pene omnes obivit, aspexitque cominus Scytharum fines, ad ipsum usque Borysthenem (1) progressus. Nam Poloniae regnum duo nobiles amnes, duo longe diversa maria claudunt; finibus tam amplis, ut utrinque ad miliaria octingenta pateat. Ad occasum quidem solis Odera a Germanis disterminat: ad ortum Borysthenes Moschos Scythasque arcet: ad aquilonem Balticum sinum, ad austrum Euxinum Pontum attingit; nisi quod Moldavi interjiciuntur, gens Turcarum Imperio addita, sed non nihil & Polonis obnoxia; qui olim & Bialogrodum ad ostium Tyrae, in ipsius ora Ponti, possederunt: ab Vngaris Carpathii montes dirimunt. Caeterum, quae proprie Polonia dicitur, in duas dividitur partes, Minorem Majoremque. Frequentior populis Minor urbibusque, in quibus longe caeteris praestat Cracovia, regia civitas, quae tribus ex oppidis in unum praevalidum peramplumque coaluit. Nam Cracoviae Clepardia & Casimiria junguntur: atque omnes interfluit Vistula, nobile Sarmatiae flumen. Regia hic domus, in edito sita loco, urbi imminet, pro arceque est regi, nec toto est regno aedificii opus ullum praeclarius; quo & templum maximum, inclytum opibus, includitur, principe Canonicorum collegio. Confluunt huc, non ex finitima solum Germania, sed ex ipsa quoque Italia, mercatores, & ex toto regno juventus ad bonarum artium percipiendas disciplinas, quibus docendis egregii semper magistri magna mercede conducuntur. Cracoviae dignitate proximum Lublinum (2); ubi, annis singulis, nundinae, magna negociantium celebritate, aguntur, non vicinorum modo populorum, sed Scytharum, trans Borysthenem co-

Poloniae fines.

Minor Polonia et Cracovia.

Lublinum.

1 Nostra exemplaria *Boristinem* retinent: at infra *Boristenes*. neque aliter scriptum videri possit in primo.

2 In secundo exemplari *Labrinum*;

colentium, Moſchorum, Turcarum, Armeniorum: quo cum caeterae merces, tum magna pellium omnis generis vis comportatur.
Sandomiria. Petricovia. Par nobilitas Sandomiriae, in ripa Viſtulae ſitae, & Petricoviae. Claruit haec, magnumque incrementum caepit, quod diu apud eam habiti gentis conventus, ad quos prope quotannis Principes regni cogere ad conſultandum de Rep. rex conſuevit. Vnde & regia hic domus, & ſinguli pene Epiſcopi multique potentiorum laxas pariter aedes aedificarant 1 quae nunc, translatis Varſaviam conciliis, neglectu ac ſitu collabuntur. Eſt & Vislicia & Tarnovia, &, Roxolaniae contermina, Primislia.
Major Polonia. Majorem Poloniam percurrit irrigatque Varta flumen. Princeps hic urbium, ſi antiquitatem, & Archiepiſcopalis ſedis honorem ſpectes,
Gneſna. Gneſna, a veteri Leccho, auctore gentis, condita; ſi ſpeciem urbis, munitionum aedificiorumque dignitatem, & frequentiam populi,
Poſnania. longe Poſnania antecellit: ubi & magnus e Germania mercatorum concurſus, & pleraeque, ut Cracoviae, ab ipſis Nobilitatis proceribus ſplendide aedificatae domus. Poſt Gneſnam & Poſnaniam eſt Caliſſia, Siradia, Vniovia.
Maſovia. Majoris Minoriſque Poloniae finibus adhaeret Maſovia, quam interſecat Viſtula, faecundantque Naref & Buch fluvii, qui, infra Pultoviam juncti, in Viſtulam influunt. Gens paulo tumidior, ſed incorrupti ſanguinis nobilitatem, praeter caeteras, colens.
Varſavia. Caput rerum hic Varſavia, quam alluit Viſtula, ſublicio ponte, immanibus ſtructo trabibus tigniſque, opere plane egregio, juncta. Poſt contributos in Polonorum concilium ab Auguſto rege Lithuanos, in hanc potiſſimum urbem, quod pene regni umbilicum (1) tenere videatur, de Rep. convenitur: unde in dies varie aedificiis augeſcit excoliturque. Ad Maſoviam pertinere & Plozca & Pultovia & Rava & Tarcinum dicuntur. Maſoviae a ſeptentrionibus eſt
Cujavia. Pruſſia, interjecto brevi Cujaviae tractu, cui Epiſcopalis urbs Vladislavia eſt caput. Haud longe hinc, ſecundo a-
Turunia. mne deſcendentibus occurrit Turunia, (2) una ex praecipuis Pruſ-

1 Vtroque in exemplari legitur *umbelicum*

2 Nihil aeque me in hoc opere edendo jamdiu exercet, ac Gratiani ratio haec appellandarum urbium ac regionum aliter fere, atque ab eruditiſsimis Geographis eae appellari vulgo ſolent. Saepe ad eorum rationem hominem revocavi: ſaepe quid inter eum atque illos intereſset teſtatus ſum. Sed ſtatui rei, ad admonendum minime fortaſſe neceſſariae, mihi certe moleſtiſſimae, finem facere. Dicam in univerſum, placuiſſe illi, ſive ſuorum temporum conſuetudinem, ſive aliam quandam rationem ſequuto, propria urbium ac regionum vocabula non ita uſitate, ut vulgo nunc homines loquun-

Prussiae urbibus, imperio quidem Polonorum parens, sed suis permissa legibus vivere, suisque administrari magistratibus. Terminatur Prussia ab aquilone mari Baltico, & Samogitiae & Livoniae finibus; ab austro Polonia; ab ortu Lithuania; ab occasu Pomerania: cujus & partem, quae Pomerella dicitur, comprehendit. Longitudinem ejus ad passuum ducenta quinquaginta millia, latitudinem ducenta patere ajunt. Provinciarum Polonici regni cultissima, & multis insignis urbibus, quae cum claris quoque conferri posse videntur; Turunia, Elbinga (1), Chinisperga, Culma, Mariaemburgum, (2) Varmia, Brunsperga (3). Sed omnibus longe opibus & dignitate praestat Danticum, opportunitate egregii portus, quem Vistula efficit, aucta. Distat a mari atque ostio fluminis millia passuum quinque: ostii claustra arx servat. Subeunt maximae cum ipso onere naves, atque ad oppidum appellunt: quarum magnus semper in portu numerus cernitur, interdum sexcentis ac septingentis plures. Est enim Dantiscum vel praecipuum totius septentrionalis plagae emporium, quo, ex Livonia, Suetia, Dania, Germania, Belgia, Britannia, Gallia quoque atque Hispania varias ferentes petentesque merces naves confluunt. Praeter hunc duo sunt in Prussia portus ad Elbingam, & ad Chinispergam. Sed nullus celebritate cum Dantiscano conferendus: quanquam Elbingensis magnas habere opportunitates dicitur. Iis ex regnis vinum, oleum, saccarum atque aromata, & lanei, panni, & serici advehuntur: exportantur frumenta, linum, spartum, coria, sevum (4) mella, cerae. Hanc urbem, loci opportunitate ducti, Theutonici sodales condidere, paulo post, quam in ea loca, ad res contra Prussos gerendas a Pontifice Max. missi venere: quae, cum postea injuriis coa-

Prussia.

quuntur efferre. Certe, quam *Turuniam* ille hoc loco dicit, ab reliquis Geographis non nisi *Thorunum* sive *Torunum* appellitari video: de qua Baudrandus: „ Torunum, *Thorn*, „ urbs Hanseatica Poloniae, in Prussia Regia, ad Vistulam fluvium „ cum ponte. Longa obsidione sua „ celebris facta est, estque in Culmigeriae tractu, in ipso limite Cujaviae provinciae. 4. milliaribus Germanicis distans a Culma in meridiem, uti 12. a Marieburgo, & „ 15. a Gedano, Lanciciam versus „ 13. Situ & arce permunita est, & „ in duas partes dividitur, veterem „ nempe & novam; estque probe „ culta. Subest regi Poloniae ab anno 1454. quo ab ordine Teutonico „ defecit. Patria fuit Nicolai Copernici, astrologi: et in ea obiit an. „ 1501. Joannes Albertus Poloniae „ rex. „

1 Secundum exemplar exhibet *Elberiga*.

2 Utrumque exempl. *Marlemburgum*.

3 In secundo exemplari *Brunsperga*.

4 Pag. 328 Voluminis primi ex Auctoris *sevi* fecimus *sebi*. Hic nihil mutandum existimavimus.

coacta se in Polonorum potestatem tradidisset, ab iis mutatae fidei praemium libertatem & jus cum legibus suis vivendi tulit: quam, miscendo se inde alienis discordiis, saepe auxit, interdum etiam omnem amisit. Sed pecunia atque auro omnia damna sarcivit, quo, quam armis, validior civitas tectiorque semper fuit. Frumenta enim aliaque, quae Poloni ad eorum urbem deportant, externis mercatoribus, aut omnino alteri, quam Dantiscano civi, vendere per leges eorum non licet. Quo fit, ut iis parvo veneant, quae inde ipsi aliis quamplurimo vendunt. Et Poloniae quidem tanta fertilitas est, tam lati feruntur campi, ut, cum inopia vini, quod ibi nullum gignitur, communis genti potus ex macerato aquis tritico fiat, & dubitare liceat, utra frumenti pars major sit, quae estur, an, (1) quae hauritur, tamen alterum pene tantum utrique annonae (2) superfit. Id, secundo flumine, Dantiscum devehitur, & in varias provincias exportatur. Et proxime, quod vix creditura posteritas videtur, Anno MDXC. fame periclitanti Italiae Dantisco advecta frumenta subsidio fuerunt: &, quae gens extremo subjecta septentrioni, ne cognita quidem Romanae potentiae fuit, ex ea allatum, quo levata Italiae inopia, & fami nostrae subventum sit, quis non miretur? Iter navibus fuit per Balticum primo mare; & Daniae freto, cui Sontio est nomen, egressae, Cimbricum promontorium superarunt. Emensae inde, quantum in longitudinem patet, Germanicum oceanum, angustias, queis Britanniae insula a continente dirimitur, petiverunt. Hinc Britannicum, Aquitanicum, Cantabricum transvectae oceanum, Hispaniae exterius latus omne ambierunt, & ad Gades mediterraneum intravere mare, & reliquae Hispaniae Galliaeque legentes oram, Liguriae omissis littoribus, Liburnum appulerunt. Tam longinquos advenas, tam laeta munera, tam necessario tempore, afferentes benigne accepit Ferdinandus Medices, Magnus Etruriae Dux, nec pretium solum, quod ipsi frumento statuerunt, liberaliter persolvit, sed singulos navicularios hospitalibus donis prosecutus, omni genere humanitatis percoluit, quo, ad repetendam novo commeatu eandem navigationem, alliceret. Quae res cum gratiae Ferdinando tum (3) quaestui fuit, qui non suis solum, sed aliis quoque populis, atque ipsi Romanae urbi, in summa frumentariae rei difficultate versanti, succurrit. Dantiscanis igitur magnae ex his quaestibus & privatim & in

Poloniae fertilitas.

Poloniae frumentis Italia levata.

1 Vtriusque exemplaris *aut* sustuli.
2 Hoc est, cibatui potuique.
3 Vtroque in exemplari *tam* legitur.

in commune divitiae, quibus adhuc & ſuam tuentur libertatem, & urbem publicis privatiſque aedificiis pernobilem incolunt; quam diuturna haec Belgarum bella ſeditioneſque & defectio ab Hiſpanis tot populorum non parum amplificaſſe ajunt. Feſſi enim plerique domeſticis malis, & praviſſimarum haereſum opinionibus contaminati, & ob id ipſum Ferdinandi Toleti, Albae Ducis, ſeveritate metuque, ut ſupra traditum a nobis eſt, in fugam acti, Dantiſcum, magna multitudine, ad tria millia familiarum (maxime opificum fuiſſe dicuntur) commigrarunt, ac benigne a Dantiſcanis, eodem haereſum morbo laborantibus, accepti, ſedem in oppidi ſuburbiis accepere.

Pruſſia (1) ferme eſt omnis, quam Polonia, aedificata elegantius. Nam rarae apud Polonos e lapidibus domus. E ligno, ſuppetentibus abunde (2) materiam vaſtis ac frequentibus ſilvis, extruunt: nec id genti ſtudium laxe aut ornate habitandi. Pruſſia Germanis fere incolitur. Vnde cuncta illhic Germanico more: quanquam paſtores cultoreſque agrorum nec Germani ſunt, nec Germanice ſciunt. Reliquiae antiquorum Pruſſorum eſſe putantur: nec hos Lutherana haereſis omnes, ut urbanos, traxit, cum linguae commercio diſcretos, tum, qua ſemel imbuti erant, religionem conſtantius retinentes. Ne autem omnis a priſcae pietatis cultu in novas diverſaſque ſectas Pruſſia abierit, maxime virtus obſtitit atque (3) vigilantia unius Stanislai Hoſii (4) Cardinalis. Stanislaus Hoſius Cardinalis.

1 Tranſtolit hnc ex Commendoni Vitae libro II. Gratianos capita XII. haud ita molto poſt initiom, XIII. & XIIII. univerſam nempe Pruſsiae deſcriptioneoı, quae inſra Martialis de ſuccino epigrammatis abſolvitur. Nos variantes ejusdem Virae, Patavii editae an. 1685 lectiones adnotabimus, quas vulgo meliores in hoc, quam in illo opere, deprehendimus

2 In Commendoni Vita *facile* pro *abunde*.

3 Commend. Vita *ac*.

4 De Stanislan Hoſio Cardinali haec reperi inter Gratiani noſtri collectanea. „ Stanislaus Hoſius, Vlrico „ Hoſio patre, Cracoviae natus eſt „ anno 1504. quinta die Maji. Cum à „ Rege Sigiſmondo pater ejus in „ Lithuaniam eſſet evocatus, ipſe „ quoque cum eo Vilnam profectus, „ per novem annos ſub uno praece„ ptore literis operam dabat, ma„ xima diligentia maximoque profe„ ctu Inde Cracoviam ad altiora „ ſtudia capeſſenda fuit remiſſus. „ poſtea in Italiam profectus Patavii „ commoratus eſt aliquandiu; Bono„ niae vero juris utriuſque Doctor „ fuit pronunciatus. Ex Italia rever„ ſus, in familiaritatem D Choin„ ski, Epiſcopi Cracovienſis, ſe de„ die, a quo fuit habitus in pre„ cio: quo mortuo D. Thomiczki, „ Epiſcopo Cracovienſi, inſervivit. „ Poſt ejus quoque deceſſum, ali„ quot viri Principes eum habere cu„ piebant Regia Majeſtas illi ſignifi„ cari juſſit, quod eum inter fami„ liares ſuos habere vellet. Multa „ quoque pollicebatur Gamratus, Ar„ chiepiſcopus Gneſnenſis. Regina

„ ve-

Is & ſuam ditionem (nam pluribus oppidis Varmienſis Epiſcopus imperat (1)) à contagione ejus labis prohibuit, & inductum

,, verò Bona omnia promittebat :
,, Sed Cardinalis conſilio uſus D.
,, Maczieiowski, Epiſcopo Cracovienſi et Regni Vicecancellario, ſe
,, adjunxit, cui non magis, quam
,, Regiae Majeſtati operam navabat.
,, Oblata ſunt inſcio aliquot ſacerdotia, quorum nonnulla coactus fuit
,, acceptare. Offerebantur etiam plura,
,, ſed reſpuit omnia, niſi quibus ſe
,, poſſe ſatiſfacere ſentiebat. Diligebatur unice ab Epiſcopo Maczieiovio, qui etiam, inſcio ipſo, omnem movebat lapidem, ut eum
,, Epiſcopatu ornare poſſet; ſed occaſio deſuit. Interea Rex Sigiſmundus aetate confectus, graviter aegrotare coepit, et acceſſito filio
,, Sigiſmundo, qui nunc foeliciter
,, ſedet ad Regni gubernacula, inter
,, alia mandavit illi et hoc; ut quicunque primum in Pruſſia Epiſcopatus vacaverit, eum Doctori Hoſio
,, conferat, cujus integritatem &
,, doctrinam ſatis habebat exploratam.
,, Vacavit itaque, poſt obitum Regis, Epiſcopatus Culmenſis, quem
,, Rex ad Hoſium detulit, hanc ſui
,, parentis voluntatem fuiſſe ſignificans, ut fieret Epiſcopus. Deprecatus eſt diu; Hoſius detrectavit:
,, ſed Regi praecipienti, & amicis
,, urgentibus ceſſit, & Eccleſiae Culmenſis Epiſcopus fuit pronunciatus. Antequam autem confirmatio
,, fuiſſet ex urbe allata, deſignatus
,, eſt a Regia Majeſtate orator ad
,, Carolum V. Imperatorem, Ferdinandum ejus fratrem, et Philippum
,, Caroli filium, qui tum in Flandria
,, cum patre commorabatur. In ea
,, legatione ita ſe geſſit, ut maximam prudentiae integritatiſque laudem reportaret. Rebus ex animi
,, ſententia confectis in Poloniam rediit, et aulae valedicens Lubaviam eſt profectus, ubi ad haereſes extirpandas animum adjecit.
,, Sedit in ea cathedra non totos duos
,, annos Cum Tidemanus Giſius, Epiſcopus Varmienſis decederet, in ejus
,, locum ſuffectus eſt iterum a Regia
,, Majeſtate, quae ſumptu ſuo, ipſo
,, interea Eccleſiam illam renuente,
,, translationis & confirmationis Bullas
,, ex urbe adferri curavit, et ad Eccleſiam Varmienſem tranſtulit. In eo
,, loco, totus in lectionem ſacrarum
,, literarum incubuit in Synodo Petricovienſi librum Confeſſionis conſcripſit. Contra Brentium poſtea calamum ſtrinxit. Anno 1558. ternis
,, literis fuit a Paulo IIII. Pontifice
,, ad urbem evocatus, cui, etiam aſſentiente Regia Majeſtate, paruit;
,, et ad urbem anno ſequenti venit.
,, Charus erat Pontifici, qui etiam
,, galerum Cardinalicium illi detulit; ſed
,, nulla ratione adduci ſe paſſus eſt,
,, ut eum acceptaret. Mortuo Paulo
,, IIII. Pius IIII. ei ſucceſſit, qui
,, ſtatim Hoſium ad Ferdinandum
,, Imperatorem in legatione miſit, in
,, negocio congregandi generalis et
,, Oecumenici Concilii. Dum autem
,, Viennae degeret, Pius IIII inſcio
,, et nihil tale cogitanti miſit galerum
,, Cardinalicium, quem, ut antea,
,, repudiaverat: ſed, accedente ſevero
,, Pontificis mandato, intra duos
,, menſes vix adduci potuit, ut acceptaret. Parvo interjecto tempore, legatus eſt creatus ad Concilium Tridentinum, quo fuit profectus, rebus apud Ferdinandum
,, Imperatorem ex uſu Chriſtianae
,, Reipub confectis conſtitutiſque.
,, Tridenti ſumma cum laude legatum egit. Concilio finito, obtenta
,, a Pontifice facultate, ad Epiſcopatum rediit, ubi in reducendis haereticis maximos labores, moleſtias
,, infinitas devoravit Civitatem Elbingenſem ſuae juriſdictionis Eccleſiae
,, ad Chriſtum reduxit Eccleſiam
,, ex manibus haereticorum ereptam
,, Jeſuitis tradidit, quorum etiam
,, collegium Braunabergae erexit maximis impenſis. Anno 1569. ſic
,, volente Regia Majeſtate, Romam
,, eſt profectus.

1 Eadem Vita *imperitat*.

ctum in Prussiam Jesuitarum collegium Brunspergae (1), veluti in statione, adversus Haereticos collocavit; & multos sanctitas viri innocentiaque continuit, ut, quanquam late in omnes fusum id malum sit, tamen inter ipsam quoque (2) Nobilitatem nonnullae in Ecclesiae fide familiae permaneant. Prussi ut dicti veteribus (3) sint, haud satis ne inter ipsos quidem constat. Partim Germanis, partim Sarmatis adscripti videntur; & hodie utraque mixti sunt gente. Sed tum nulla cum his populis commercia: ideo ne cogniti quidem satis. Sub Nerone profectum e Pannonia equitem Romanum ad emenda succina in ea loca penetrasse, ut miraculum referunt. Prussorum nomen a Borussis accepere, qui e Scythia ultimisque Europae terminis, qua ortum Tanais habet, profecti eam regionem, vastatam desertamque a Gothis, insedere. Ibi diu, patrio ritu, nullis aedificiis, nullo agrorum fructu, nisi quem terra sponte ferret, nullo aut in Deos aut in homines cultu, denique nullo imperio aut lege, egere; melle, quod passim per silvas apes fundebant, & lacte & sanguine equorum & ferarum carnibus vescentes. Tanta barbaries inerat, ut, sine ullo conjugii nomine aut discrimine, faeminas, in quascunque aut sors aut libido impulisset, brutorum ritu, inirent. Ex tam prompta ac (4) promiscua venere ingens brevi propagata multitudo; qua praegravante, ne angustia inde finium urgerentur, infantibus, quae faeminae ederentur, necatis, mares tantum suscipi nutririque instituerunt: nec ulla, toto biennio, muliebris stirps servata. Graves accolae finitimis jam erant, nihil circa non infestum latrociniis ac rapinis juventute eorum relinquente: nec ipsis moderari facilius erat, nullo rectore aut lege agentibus. Ob id, cum de Rep. aliquando coivissent, unus Barbarorum, haud sane stolidi ingenii, nomine Viduutus (5), qui, piraticam faciens, non nihil etiam opibus eminere inter eos caeperat, „ Quin, inquit, ab his (6) apibus, quarum quotidie pascimur fructu, vivendi quoque exemplum capimus? An videtis, ut illae uni parere didicerunt? ut ab eo aequo jure habentur (7)? ut inertes ad laborem coguntur? strenuis atque industriis opimae (8) in suis cavis sedes dantur? „ Di-

Priscorum Prussorum quanta barbaries.

Quo pacto sibi Regem crearunt.

 ctis

1 Ibid. *Brunspergae*.
2 Haec vox a Commendoni Vita abest.
3 Ead. Vita *a veteribus*.
4 Ib. *et*.
5 In secundo exemplari *Viduatus*: in primo ambigua est lectio.
6 Commend. Vita *iis*.
7 Ib. *habeantur*.
8 Ib. *opimae*: melius, quam in utroque nostro exemplari.

ctis assensere omnes, atque ipsum Bioterum suum esse (regem apum ipsi sua lingua sic vocabant) jusserunt. Non defuit illi animus atque indoles regis. Ab illa promiscue (1) cum qualibet se miscendi consuetudine revocavit, conjugiaque & discrimina liberorum instituit, & aliarum (2) quoque legum frenum Barbaris injecit. Sed ante omnia Deorum metum opinionemque incussit, qua plus, quam ullis legibus, multitudo continetur. Sumpto a finitimis Samogitiis (3) atque Lithuanis more, serpentes, rarum in frigida regione animal, ut Deos vereri docuit: deinde feras quoque, quas in victum ante assidue venabantur, quo iis parceretur, silvarum numina esse dixit: postremo silvas ipsas quasdam consecravit, &, divisos inter omnes, agros colere jussit. Sed vicinis populis eo terribiliores Barbari erant, quod sub regibus disciplinam viribus addiderant. Cum Masovios (4) (Poloniae gens (5) est, ut supra ostendimus) populationibus cladibusque fatigatos in maximum (6) metum rerum suarum conjecissent, Conradus, eorum Princeps (7), ad Pontificem Max. Romam confugit, adhibitis Germanorum quoque, & maxime Saxonum, precibus, qui & ipsi aegre Barbaros a finibus suis summovebant. Ab eo, quia Christiani a contemptoribus Dei oppugnabantur, missi in Prussiam sunt Theutonici sodales, qui, tum maxime Syria a Saracenis pulsi, novam sedem militiae a Pontifice Max. expectabant. Hi (8) ad triginta millia hominum fuisse dicuntur, Germanici (9) generis omnes: caeterae enim nationes ea Societate excludebantur; quae parvis (10) orta initiis, aucta confirmataque Pontificum Max. auctoritate ad magnam dignitatem opesque pervenerat. In Prussiam profecti (11) circa annum MCCXXVIII. sedes accepere, citeriorem Vistulae ripam, Culmensemque omnem tractum; multosque annos vario marte cum Prussis bellarunt. Postremo, secundis aliquot praeliis, attritis Barbarorum rebus, & magna multitudine eorum interfecta, omni Prussia potiti sunt. Gens Christiana Sacra accipere coacta, missis a Pontifice Max. qui eos in Christianae disciplinae ratione erudirent, quam adeo

Prussi Pont. Max. studio Christiani facti.

Theutonici equites in Prussiam missi.

1 Ib. *promiscua*: & proxime *Broterum* pro *Bioterum*.

2 Ib. *aliquod*: ut est in primo exemplari. At in secundo *aliud*, quod ita auctor correxit, ut edidimus.

3 Utrumque exemplar & Commendoni Vita *Samogitiis*. Sed alibi *Samogitios* auctor appellat.

4 Commend. Vita *Massovios*.

5 Ib. *populi sunt*, *populationibus* &c.

6 Ib. *magnum*.

7 Ib. *rex*.

8 Ib. *Ii*.

9 Ib. *Germani omnes genere*; *caeterae enim omnes nationes* &c.

10 Ib. *paucis*.

11 Ib. *profecti sedes* &c.

adeo Barbari initio aspernati sunt, ut Adelbertum (1) Bohemum Archiepiscopum, virum, quem sanctitas morum, & miraculis affirmata religio in Divorum retulit numerum, ad eos a faedo cultu bestiarum avertendos, Roma profectum, Sacra facientem aggressi, obtruncarint (2). Sed Pontifices Max. provinciam omnem in Episcopatus diviserunt, datis Episcopis, qui eos regerent. Horum opera paulatim mollitae Barbarorum mentes, & ad pietatis studium traductae sunt, caesis (3) eorum lucis, serpentibusque, & aliis Diis interfectis atque abolitis. Nec (4) quicquam animos eorum tam subegit, quam quod violari palam eorum Deos impune, nec ultores ipsos temerati numinis sui fuisse, contra quam existimarant, viderunt. Mansit ergo Prussia in Theutonicorum sodalium ditione, & Romanae Ecclesiae fide usque ad memoriam nostram; & vires atque Imperium in eam amplitudinem propagarunt, ut aliquando cum sexaginta millibus equitum in aciem descendisse dicantur; ad eorum praefecturam viri principes, regio quoque orti sanguine, summis studiis aspirarent, magnumque decus ac titulum in familiam se intulisse putaret, qui iis praepositus cum imperio fuisset. Ipsi Magistrum eum (5) appellabant, &, regia praeditum potestate, regio quoque cultu habebant. Quandiu illos (6) ferus & internecinus hostis exercuit, mansit eis (7) integra disciplina, cujus unus est custos optimus timor, qui, ubi domitis ac debellatis Prussis, decessit, in omnem praecipites licentiam luxuriamque deciderе, elatique successibus, nec jam Prussiae dominatu contenti, animo ad vasta atque immodica adjecto, saepe Samogitios atque Lithuanos armis tentarunt. Sed longe atrocissimum maximeque diuturnum cum Polonis bellum gesserunt, quorum in primis rogatu in ea loca missi fuerant (8). Cum his (9) per centum & quinquaginta annos, vario eventu, de potentatu contenderunt. Postremo a Religione Sacrisque Romanis turpissime (10) impiissimeque desciscentes, cum Catholica fide

Magister Theutonum.

Cum Religione Imperium quoque amittũt Theutonici.

1 Ib. *Aldebertum Bolemum* &c. At eadem MS. Vita cum utroque nostro exemplari concordat.

2 In Commendoni Vita illud additur, a Gratiano, reliqua inde huc transcribente, certe non sine causa omissum: „ & saepe, quam metu & „ simulatione susceperant, Christia„ nam religionem exuerint. „

3 Ib *violatis*.

4 Haec *nec quicquam* &c. *viderunt*, omittuntur in Commendoni Vita.

5 Hanc vocem omittit Commendoni Vita.

6 Ib. *ille*.

7 Ib. *ei*.

8 Ib *fuere*.

9 Ib. *iis*.

10 Haec & sequens vox omittitur in Commendoni Vita.

fide etiam Imperium amiserunt (1). Pervasit enim, veluti (2) continens incendium, omne Germanicum nomen exitialis Lutheri doctrina, atque hos Prussiae & Livoniae sodales (nam in ea quoque gente objecti Barbaris erant) tantus furor incessit, super novitatis studium, insitum mortalium mentibus, stimulante animos cupiditate occupandi, & haereditarias sibi suisque faciendi praefecturas, quas a Societate habebant, ut non abjecerint modo cruces, quas, insigne (3) institutae adversus Catholicae Religionis hostes militiae, collo suspensas, ex lege Societatis, assidue gestare ante consueverant, sed eas, per summam Christianae pietatis contumeliam atque ludibrium, figerent pro signo, telisque incesserent, & sclopis collineantes (4) trajicerent ac perstringerent. Justa igitur laesi numinis (5) ira factum est, ut ea Nobilitatis subsidia, atque industriae praemia, Germanico sanguini ac nomini erepta, interierint. Nam Albertus Brandeburgius, Societatis Magister, per speciem finiendi diutinum cum Polonis bellum, quod aegre jam sustinebat, sublato omni jure (6) ac nomine Societatis, cujus ipse suffragiis ad eum honorem pervenerat, publicas opes in (7) privatam potentiam vertit, &, Romani Pontificis & Germani Caesaris spreta auctoritate, partita cum Polonis Prussia, se in fidem ac ditionem eorum dedidit, cum eo, ut ipse (8) Dux Prussiae appellaretur, atque concessum (9) sibi Imperii jus filios quoque posterosque ejus sequeretur. Ipse, immemor Religionis votique, quo se Deo obstrinxerat, per licentiae magistram disciplinam Lutheri, ad quam transierat, uxorem duxit, filiumque prope septuagenarius suscepit. Hunc ipsum Albertum ego cum obirem Prussiae partem eam, quae regni illius est, apud Chinispergum (10), ubi Regiam ipse habet, vidi: quin benigne invitatus ab eo, & caenae adhibitus sum, in qua ipse medius inter duas matronas, quae illi cibum ministrabant, interdum etiam ori admovebant, discubuit (erat enim ultimo (11) senio confectus, nonagesimum jam annum agens). Sermo ejus comis, & , ut

Albertus Brandeburgius

1 Ib. *amisere.*
2 Ib. *velut.*
3 Ib *in signum.*
4 Ib. *collimantes.*
5 Ib *Dei.*
6 Ib *Societatis jure ac nomine cujus* &c.
7 Ib. *ad.*
8 Ib. haec vox omittitur.
9 Ib. *concessi.*
10 Ib *Chinispergam vidi, & ut externus, & qui cum Romano Legato in ea loca venissem (nam Commendonus apud Cardinalem Varmiensem Hosspergi substiterat) benigne atque hospitaliter sum invitatus, & coenae adhibitus, in qua* &c.
11 Ib. *confectus aetate, nonagesimum annum* &c.

&c., ut fere (1) senum, multus (2) de temporum suorum rebus. Quae mecum, aut a me intelligi volebat, latine loquebatur, sed adeo incondite (3), ut pleraque me fugerent, praeterquam quod lenta (4) & parum explicata oratio ejus erat. Abeuntem datis, qui ad septa ferarum visenda (hac enim potissimum causa veneram) deducerent, quae quinque inde millia passuum apud Novam Domum ille habet, multa cum verborum humanitate dimisit. Ferarum, quas Prussia habet, paucas narrasse sat fuerit, cum id mihi susceptum non sit, nec desint scriptores, quibus id solum propositum. Ex omnibus maxime differunt a nostris Vri ac Bisontes (5): silvestris uterque bos; utrique natura fere eadem, sed species diversa, etsi plerique auctores nullo discrimine eos tradidere. Vis, velocitas, feritas, magnitudo utrique pene paria: sed forma (6) Vri nulla re ab agrestibus (7) bobus, praeterquam pilo, differt, qui horridior belluae & subniger (8), non nihil & mole corporis bovis magnitudinem excedit. Julius Caesar paulum (9) infra elephantos (10) posuit. In Masoviae (11) silvis circa Ravam armenta eorum esse feruntur, nec fere alibi in Polonia Vros capi; seu natura loci gignit, sive alibi venatu agitati pulsique eo congregantur: ubi capitale fuerit, praeterquam ex auctoritate regis, eos violasse, aut omnino in ea loca venatum isse. In Prussia vitulos vidi, quos, stabulo emissos, celeri sane motu concursantes ac lascivientes spectavi. Vrorum (12) carnibus vescuntur Poloni, & principum conviviis adhibent, paulum frigoribus ante maceratas. Et ipsi edimus: nec mihi a veri bovis carne magnopere distare sunt visae. Fertur silvestris ac fera bellua agrestes vaccas inire interdum; verum nec genitum ex his vivere, & pelli ab (13) aliis armento, qui se alienis miscuerunt. Cingula quoque, dissecto ferae corio, fiunt, queis juvari (14) mulierum partus dicuntur. Bisontibus (15) & figura & vis atrocior. Pan-

Vrorum forma.

Bisontum forma.

1 Ib. *fermo*.
2 Ib. *multum*.
3 Ib. *incondite ac barbare*.
4 Ib. *lenta ob senium, ac parum* &c.
5 Ib. *Bissontes: sylvester uterque* &c.
6 Ib. *forma in nulla re a domesticis bobus* &c.
7 Verumque exemplar *domesticis*, sed, quod mirere, in utroque ei voci substituit sua manu Gratianus *agrestibus*.
8 In Commendoni Vita *subniger non nihil*, &c.
9 Ib *paulo*.
10 Quum prius legeretur *elephantes* in utroque exemplari, correxit in secundo *elephantos* Gratianus.
11 In Commendoni Vita *Mazoviae*.
12 Ib. *Horum*.
13 Haec & sequens vox omittitur ibid.
14 Ib. *juvare*.
15 Ib. *Bissontibus & vis & figura atrocior* &c.

Panda atque lata frons (1), diducta cornua, & majora, quam Vris, torta, ut taurorum, & (2) erecta ad ictum, & acuta; colore nigro, tactu lenia, intus cava. Aures parvae, ut juvencis, grandes oculi, rubentes atque ignei, torvo intuitu ac truci. Cum irascitur, flat minaciter naribus: mento, ut barba, pendet juba; eadem collum omne armosque vestit, & interiora crura, hirsutis villis & nigrantibus (3). A collo super humeros eminet (4) dorsum, declive tergum, graciles clunes, posterior omnis pars strigosior; cauda, ut tauri, quam per iram in cursu erigit vibratque. Rarius hic (5), quam Vrus invenitur. Bisontem ego in Alberti septis vidi juvencum, cui cum, sepimentum ingressus, in quo ille claudebatur, temere contemplandi cupidus appropinquarem, admonitus ab eo sum, a quo ducebar, pedem ut referrem (6); si fera impetum fecisset, spatium ad recipiendum me in tutum extra septa non habiturum, quamvis passus non amplius viginti progressum, & bellua pene ad lapidis jactum (7) abesset: tantum ei inesse ajebat pernicitatis. Pascebatur una agrestium boum armentum, a quo ille non abscessit, sed in nos versus, intentus & ferox respiciebat. Neutra ferarum facile aut capitur (8) aut conficitur. Bisontis eam vim esse ferunt, ut una equum sessoremque ictu cornuum sublimes tollat, eam (9) celeritatem, ut, si porro concitus insequatur, nullius equi, quantum vis pernicis, ope effugias. Qui capere vivos volunt, quod raro accidit, foveis insidiantur. Sed non facile, quo velis, compellas (10), ultro in hostem irruentem. Duplex aggrediendi ratio. Sagittandi periti in equis disponuntur, qui etiam aversi & fugientes tendere arcum, Scytharum ritu, ac mittere jacula norunt. In quem primum fera, canibus excita, impetum dederit, is, conjectis telis, capessit fugam; insequentem magna vi excipit alius: in hunc, priore (11) relicto, avertitur. Ita, subinde pluribus subeuntibus ac repetentibus pugnam, atque illa (12) in eum ferente semper impetum, qui se ei novissimus obtulerit, fatigata ac sagittis confixa concidit. Est & alia adoriendi via. Venatores deligunt arbores, non magnitudine (ne circumeundae cursu sint) sed aptas corporibus ab ictu belluae tegen-

Venatio Bisontum.

1 Ib. *cervice, deducta cornua, ac majora* &c

2 Ib. *erectaque ad* &c.

3 Ib. *nigris,*

4 Haec vox cum insequenti omittitur ibid.

5 Ib. *hunc, quam urum conspicium. Bissontem ego* &c.

6 Vtroque in exemplari *referem.*

7 In Commend. Vita *ictum.*

8 Ib. *conficitur aut capitur. Bisfonti eam* &c.

9 Ib. *et.*

10 Ib *impellas.*

11 Ib. *priori.*

12 Ib. *illo.*

gendis, & quas levi motu corporis ambiant. Ad has consistunt, crebris circa stationibus. Fera canibus & missilibus irritata, in quem primum conspexit, accensa fertur. Ille arbore tectus declinat ictus, & inferentem se venabulo appetit. Bellua in arborem, velut in hostem, saevit, & percita rabie, ut (1) evulsura radicitus, (2) submittit cornua, tantoque atrocius furit, quanto interea gravius a venatore foditur. In eo certamine haud minus, quam cornu, bestiae linguam cavendam (3) timendamque esse venatori ajunt, quam exertam injicit, &, qua est asperitate, abripit, vel si summam modo vestem apprehenderit. Qui amovere ab arbore seque (4) feram, & quietem capere voluerit, rubrum e capite projicit pileum, in quem illa vesano impetu irruit, (5) vel a tergo ululans telumque conjiciens alter in se avertit, ac pari ratione ex arbore pugnam ciet, donec lassitudine & (6) vulneribus confecta cadit. Capitur item iisdem silvis animal, cujus consimilis cervo figura, nisi quod paulum magnitudine antecedit. Cornua, ut cervis, magna & ramosa, eo tantum differunt, quod non erecta consurgunt, sed flexa reclinantur in dorsum, nec teretes eorum rami, sed lati, ferme ut pedum anserum palmae, junguntur. Data ad pugnam non videntur: nec fera ipsa invadentes canes cornibus, sed calce petit, interdum lethali ictu. Capitur fere validis circundatis plagis, in quas, a tergo clamoribus aut canibus acta praeceps, cursu se induit. Si catulos suscipias alasque, ut (7) cervae mansuefiunt, atque ad homines assuescunt. Vngula eorum curari comitialem morbum constans est fere apud omnes opinio. Quidam omnibus ungulis eandem inesse (8) vim, quocunque tempore aut modo caesis, contendunt. Quidam dextro (9) posteriori crure viventi abscissam (10) oportere esse, tempore, quo maxime ardore libidinis saevit. Correptos morbo comitiali, cum, visu sensuque ablato, affligantur, ungulae parte, quantum vis parva, tactos excitari credunt. Anuli ferme ex ea fiunt, quos item qui in digito habent, corripi eo morbo negant, & vulgo feruntur. (11) Itali *Magnam bestiam* ab corporis mole vocant;

Alces, seu magna bestia.

Vngula alcis contra comitialem morbum.

1 Ib. *et*.
2 Ib. *radicibus*.
3 Ib. *caudamque timendam esse* &c. Male Neque enim *caudae* convenit, quod sequitur *exertam injicit*.
4 Hoc dicit: Qui amovere ab arbore et ab se feram voluerit &c Male in Commend. Vita *seque ac feram* &c.
5 In ead Vita *ruit*.
6 Ib. *ac*.
7 Ib. *uti*.
8 Ib. *esse*.
9 Ib. *dextero*.
10 Ib. *abscissum*.
11 Lectionem utriusque exemplaris retinui.

cant; Poloni *Onagrum*, recentes scriptores *Alcem* indidere nomen. Onagri silvestres sunt asini, quos Africa & Asia, & praecipuos Phrygia & Lycaonia, ferunt: nec huic simile quicquam. Alcibus Julius Caesar caprarum maxime formam, & pellium (1) varietatem tribuit, & mutilas cornibus esse, & crura sine nodis articulisque habere scribit, & ne quietis quidem causa procumbere, sed applicare se arboribus, quas subrui a venatoribus solere, & (2) cum se fera in eas reclinarit (3) afflictis pondere arboribus una concidit. (4) Quarum rerum huic, visae a nobis, Alci nihil convenit. Plinius Alcem in septentrionalibus oris gigni, jumento similem, nisi proceritas aurium & cervicis distingueret, tradit. Et feros equos in Alberti septis vidi, qui in vastis Prussiae & Samogitiae nemoribus capiuntur, nullum ad usum. Nam, praeterquam quod parvi sunt ac deformes, & domari, & sessorem pati ob infirmitatem virium (5) posse, & omnino mansuefieri negant, ab hominis certe conspectu statim refugiunt. Carnibus eorum, ut reliquarum ferarum, incolae vescuntur. (6) Sed nos nimis multa de Prussia: & tamen non abscedendum inde nobis prius, quam pauca de succino. Id in Prussici maris littoribus legitur, inter reliqua maris purgamenta ejectum, (7) &, quibus ea cupiditas est, etiam inter fluctus scrutantur, & vel arena limove obrutum eruunt. Captura ejus publice praeconi subjicitur, & cupide, & saepe magno, redimi, pluribus licentibus, solet. Nec levis quaestus ex eo, quanquam non quantus antea fuit. At (8) Romanis olim tanto fuisse in pretio luxuque videtur, ut petitos bello hos populos a (9) Domitiano Caesare ob succinum memoriae proditum sit: & Barbaros, mirantes, rem nullius usus tanti Romanis (10) aestimari, non insulse tradito, quod vilissimum apud eos & belli causa erat, pacem recepisse. Et Plinius tradit, quantum vis parvam hominis e succino effigiem, vivorum & valentium hominum pretia excessisse. Minuit & minuta majestas religionis hoc seculo illi pretium, cum ante (11) in Dei Divorumque imagunculas formatum a piis hominibus magna mercede pararetur, fingereturque vis ingens in parvos globos, quibus, filo trajectis,

Silvestres equi.

Succinum.

1 In Commend. Vita omittitur haec vox.
2 Ib. *ut*.
3 Ib. *reclinaverit*.
4 Ib. *concidat*.
5 Ib. *evrium*.
6 Ib. *vescuntur*. *In Prussici maris littore succinum legitur &c.*
7 Ib. *rejectum*.
8 Ib. *et*.
9 Ib. omittitur haec vocula.
10 Ib. *a Romanis*.
11 Ib. *antea*.

ctis, preces numerantur, quae ad Virginem genitricem propitiandam, tradito a majoribns ritu, fiunt, crebroque ad certum numerum repetuntur; quos ab quadam similitudine, *Coronas* appellamus, iisque haud minus nostrae faeminae, quam caetero ornatu, quo nitere ac splendere student, laetantur. Nunc capta ea gens novis erroribus haeresibusque ab religioso usu vertit in ludrica, latrunculos, (1) tesseras, alveolos, talos, cochlearia, vasculaque fingens. Caveas quoque, quibus concinentes aviculae includuntur, vidimus affabre factas, sed nullo usu ob fragilitatem. Hoc fit, ut nec appetatur, ut antea, nec tanti veneat. Quae illi natura, aut ex quo gignatur, nondum satis compertum, etsi (2) non incuriose quaesitum a multis, variantque de eo auctores, non veteres solum, sed etiam nostri. Credibile est, in septentrionis insulis, sive scopulis, sive arboribus manare liquorem, ut cerasis gummi, & mox concrescere gelu, ac in mare delapsum durari aquis, expuique inde fluctibus in contrarium littus. Hoc gigni modo (3) argumento sunt quisquiliae aliaque, quae in pellucidis cernuntur. Nam culices, apes, muscas, araneos ipsi vidimus, quas liquenti adhaesisse humori, inque durescente inclusas existimare licet, nulla parte sui corrupta laesave. Martialis, ludere in omnia versiculis solitus, non apem modo & formicam, sed viperam quoque succino interceptam testatur (4). Ipsos versiculos subjicere non pigebit.

Quae natura succini.

De Api.

„ Et latet & lucet Phaethontis condita gutta,
„ Vt videatur apis nectare clausa suo.
„ Dignum tantorum pretium tulit illa laborum.
„ Credibile est, ipsam sic voluisse mori.

De Formica.

„ Dum Phaethontea formica vagatur in umbra,
„ Implicuit tenuem succina gutta feram.
„ Sic, modo quae fuerat vita contempta manente,
„ Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

 De

1 Ib *latrunculos, coclearia, vasculosque fingens*, etc
2 Ib. *quamquam*.
3 Ib. *modo*.
4 Ib. hoc verbum omissum est.

De Vipera.

„ Flentibus Heliadum ramis dum vipera ſerpit,
„ Fluxit in obſtantem ſuccina gemma (1) feram:
„ Quae dum miratur, pingui ſe rore teneri,
„ Concreto riguit vincta repente gelu.
„ Nec (2) tibi regali placeas, Cleopatra, ſepulcro,
„ Vipera ſi tumulo nobiliore jacet. „

Livonia. Pruſſiae ultimos fines Samogitia attingit, & altius ſe in aquilonem erigens Livonia, quae provinciarum noviſſima in Poloniae opes acceſſit. Hic omnia Pruſſiae ſimilia viſuntur. Egregie munitae urbes, aedificia Germanicum in morem ſtructa, Germanicae quoque linguae communis in oppidis uſus. Agreſtibus ſuus eſt ſermo, quem, a priſcis acceptum indigenis, retinent adhuc. Ambiunt gentem Moſchi ac Lithuani, & alluunt Baltici & Finlandici (3) maris fluctus, qui ſae- Mare gelu concretum. pe, magnitudine frigoris evicti, gelu concreſcunt uſque adeo, ut proximis annis ingens Moſchorum exercitus in ipſo mari, glacie durato, ſtativa caſtra habuerit. Inter Livoniae urbes Riga urbs. principem locum obtinet Riga, Archiepiſcopalis ſolii honore & egregii portus opportunitate inſignis, quem Duina, nobilis amnis, e Moſchorum terra defluens, efficit: tantuſque hic, mercaturae cauſa, eſt navium concurſus, ut pene cum Rivalia. Dantiſco Riga conferatur. Secundum hanc fertur Rivalia, in ora maris contra Finlandiam, ſita; unde & regi Suetiae paret, occupata ab eo ſuperioribus Livoniae tumultibus, & Derpatum. magnis operibus communita. Sequitur Derpatum, mediterranea urbs, quam Enbech fluvius alluit, e Beibo lacu ma- Pleſcovia. nans. Nec longe hinc Pleſcovia, primaria Moſchorum civitas, diſtat. Atque his quidem in oppidis omnibus Epiſcopi Venda et Oſilia. divinis praeſident rebus: item Vendae & Oſiliae, quae inſula eſt in ipſo ore Livonici ſinus ſita, quam Magnus, regis Daniae frater, Epiſcopi jure, etſi non ſit ipſe Epiſcopus, obtinet. Rex Suetiae tenet & Narviam, objectam Moſchis ad Narviae fluminis oſtium; ubi in adverſa ripa alteram urbem, eodem nomine, occupat Moſchus. Atque hinc petuntur invehunturque merces, quibus aut abundat Moſchovia aut eget. Livonia frugum omnis generis eſt maxime ferax, quarum inde magnus numerus, annis ſingulis, exportatur, ſicu-

1 Ib. *gutta*.
2 Ib. *Ne*. Melius.
3 In utroque exemplari *Finlandici*; ſed certe provincia *Finlandia* dicitur atque etiam *Finnonia*, et *Finnia*.

ficuti & coriorum & cinerum (1) & mellis & cerae & picis, &, praeter haec, lini optimi ingens copia, quod maxime Holandorum naves advehunt. Atque ex hoc texuntur telae illae tenuissimae candidissimaeque, quae ad nos quoque ex Holandia adferuntur, magnoque comparantur. Vindicavit & hanc olim a Barbaris terram, & gentem Christiana Sacra accipere coegit militaris Societas eorum, qui ab insigni, quod gestabant, *Ensiferi* vocitati sunt. Etsi hi quidem impares sustinendis hostibus, Prussiae Theutonum Societati sese adjunxerunt, & ejus fulti opibus provinciam omnem perdomuerunt, multosque annos egregia belli fama tenuerunt. At hos quoque, ut Theutones, ab pari causa par exitus tulit. Debellatis enim Livonibus, & parta pace, a labore ac belli studiis ad desidiam luxuriamque desciverant. Atque hinc prava Lutheranorum superstitione capti, haeresique contaminati, Catholicae religionis disciplinam, cujus cultu beneficioque ad eam dignitatem potentiamque pervenerant, nefarie atque impie deseruerunt. Hinc ortum inter ipsos dissidium externis aditum ad eorum perniciem patefecit. Magister Societatis Rigensem Archiepiscopum, quia jus avitae pietatis tuebatur, armis invasit, & ad deditionem compulsum, contra fidem pactorum, in custodiam tradidit. Augustus, rex Poloniae, Archiepiscopum, & quia superior causa, & quia sanguine sibi erat junctus, bello aggressus Magistrum, vinculis exemit, ipsumque & parentes ei populos in fidem recepit. At Moschoviae rex, cujus tantae sunt opes, ut Imperium ad Hircanum usque mare Persarumque fines protulerit, Theutonum scelus occasionem invadendae ac subigendae sibi gentis habuit. Ergo ultorem se pollutae ab iis ac proditae sacrosanctae religionis ferens, & sceleftos & desertores Christianae pietatis increpans, validis cum copiis Livoniam ingreditur, multisque expugnatis oppidis, atque ipsa Derpati urbe in potestatem redacta, brevi permagna provinciae parte est potitus, in tantumque metum ac difficultatem Magistrum & Livones conjecit, ut fortunam Prussiae & ipsi subire, & sese in Polonorum & Augusti regis fidem dedere sint coacti. Nam Magister, abjecta cruce, veteri dignitatis suae insigni, eadem conditione, qua in Prussia Albertus, ut Curlandia, haud spernenda pars Livoniae, sibi posterisque suis, beneficario jure, traderetur, atque Dux appellaretur, pepigit. Rigenses ita suis legibus vi-

Linum ex Livonia in Holandiam.

Ensiferi.

Livoniae quoque equites deserta religio evertit.

Moschus religionis se vindicem fert.

Livonia in fidem Polonorum deditur.

1 Haec est utriusque exemplaris lectio.

vivere permissi, ut Imperium Polonorum agnoscerent: reliqui omnes populi ditioni regis subjicerentur. Sed Augustus magis cursum victoriae Moschorum Principis est moratus, quam Livoniam ab eo vindicavit: cujus recuperatae pacataeque gloriam Stephanus Bathorius rex, ut supra (1) a nobis memoratum est, aliquot post annos, tulit.

Samogitia. Samogitia Lithuaniae est regio, quae Livonum & Prussorum fines attingit, ac saepe cum utrisque belligeravit. Nulla gens antiquae barbariae plus retinet. Ad Christiana Sacra traduci se ita non facile est passa, ut nunquam penitus inanium numinum superstitionem exuerit. Inveniuntur nunc quoque in rudi plebe, qui serpentibus, qui lucis suis, qui proceritate aut vetustate insignibus arboribus, qui sacro igni venerationem & cultum aliquem tribuant. Bello tamen non inutiles, ac, si severum disciplinae exactorem nacti sint ducem, haudquaquam segnes ad imperia periculaque esse dicuntur. Corpora his procera firmaque & cuivis labori paria. Quo magis mirere, nusquam alibi plures, aut (2) insigniori parvitate homines equosque nasci. Et appetuntur a plerisque haec errantis naturae ludibria, & apud Samogitas nec unquam desunt, nec inviti parentes expetentibus tradunt, cum, qui oneri ipsis sunt, aliis, & maxime Principibus, inter oblectamenta haberi sciant. Vidimus ipsi in Regia Augusti duos e Samogitia germanos fratres, iisdem parentibus genitos, quorum alter usque ad miraculum procerus, alter pumilio mirae parvitatis erat, uterque in deliciis (3) Aulae habebatur. Ingenio & calliditate parvulus, viribus & forma alter praestabat. Equi item inde perparvi perque acres adducuntur: et ego Samogitium equum in Italiam duxi, parvitatis eximiae, dono datum mihi ab Andrea Sborovio, uno e Poloniae proceribus, quo nihil formosius, nihil ferocius; qui quidem mihi ad vigesimum vixit annum. Praefactura Samogitiae longe uberrimi est vectigalis, nec, nisi Principum gratiosissimis, rex tribuit.

Homines equique parvi in Samogitia.

Lithuania. Lithuania, etsi minus culta, & populis minus frequens sit, quam Polonia, maxima tamen provinciarum regni ejus habetur, ac tam late extendens fines, ut una dimidio plus regni totius occupet. Sed late obsita silvis, & operta impeditaque paludibus, atque eo ab externa vi tutior (quod bella geri in ea terra, nisi summa hyeme, non queant) palustribus locis aditum armatorum multitudini non praebentibus.

1 Voluminis I. Pag. 296.
2 Haec est hujus loci utroque in exemplar. deliciis. exempl. lectio.
3 Secundum, at non primum exemplar

bus. Hyberno tempore, pervia omnia & patentia occurrunt; quando pariter flumina, lacus & aquae omnes ita durantur gelu, & nivibus integuntur, ut tormentis quoque bombardisque [1] ferendis sufficiant. Tum enim non legendae ambiendaeque viae, sed, quocunque tendas, veluti patenti mari, rectum carpas iter licet. Centum admodum & nonaginta anni sunt, ex quo gens mansuefieri excolique Christianae pietatis disciplina caepit. Ante barbara religione, barbaris quoque moribus agebant. Divinitatem tribuebant lucis, arboribus, anguibus, &, quem magno studio alebant, igni. Matrimoniorum & conjugalis tori adeo negligentes erant, ut uxores suas paterentur concubinos atque adulteros palam habere, idque viri honori sibi, non dedecori ducerent. Quin contra viris ipsis ignominiae ac probro vertebatur, si cum altera habere consuetudinem comperti essent: sanctaque pudoris atque honestatis lex maritis, non faeminis, contrario pene omnium gentium ritu, indicta erat. Adeo honestum & bonum non res, sed usos & mos facit [2]. Dominis in servos tantum juris permittebatur (& servorum loco etiam colonos suos quisque habebat) ut parum esset, cum libuisset, vel per iracundiam, impune occidere; etiam ipsos de se supplicium sumere jubebant: tantaque simplicitas & parendi disciplina inerat, ut jussa detrectare fas non putarent; & memoriae proditum sit, cum Dominus servis tribus, ob delictum, ut ipsi se suis manibus suspenderent, imperasset, ac duo eorum cunctanter sibi laqueum necterent, alter [3] utrunque increpasse, &, ut jussam mortem approperarent oppetere, ne praesentis Domini iram magis commoverent, hortatus esse dicatur. Tanta disciplinae ac morum vis est, ut iis ipsa quoque saepe natura vincatur! Victus eorum lacte fere ac melle constabat, divitiae equis, bobus, pecore & ferarum pellibus. Ex vicinis populis, latrocinantium magis, quam bellantium in morem, praedas agebant, celeriterque se in silvas paludesque suas recipiebant: quos inde invenire atque adire, quam vincere, difficilius erat. Borysthene, apud veteres quoque, haud obscuri nominis flumine, quod ipsi *Nieper* appellant, a Scythis Moschisque dirimun-

Matrimoniorum contrarium jus.

Dominis quantum juris in servos.

1 In secundo exemplari *bombardique*. Correxi ex primo.

2 Hoc est, ea honesta ac bona saepe homines ducunt, quae non re ipsa sed opinione tantum ac moribus honestatem bonitatemque praeseferunt. Caeterum non ignorabat Gratianus, verum Honestum verumque Bonum re, non opinionibus, contineri.

3 Mallem *tertius*, quam *alter*, et infra *increpuisse*, quam *increpasse*. At proxime ferre non potui *jussae morti*, quod, librariorum negligentia, haerebat in utroque exemplari.

muntur. Cum iis, ut fere infesti finitimi inter se populo agunt, saepe bello aut repentinis excursionibus contendebant. Et mirum, quod ajunt, a Lithuanis Scythas, a Scythis Moschos, a Moschis Lithuanos solere contemni, sic, ut pauci cum pluribus congredi non vereantur. Accepta demum Christianae pietatis fides & animos eorum feros incultosque paulatim edomuit, & ad humanitatem ac civilem morem informavit, & tantum inde novae disciplinae institutio profecere, ut brevi haud minus, quam (1) Poloni, circunjectaeque aliae nationes se vitamque excoluerint, oppida urbesque aedificarint, fines suos communierint, arcesque multis locis hostibus, & maxime Moschis, objecerint, litteras quoque, accersitis doctoribus, colere, juventutemque suam in Germaniam, Italiam, Galliam, erudiendi gratia, missitare instituerint. Atque Christiani quidem facti hoc maxime modo sunt. Mortuo sine virili stirpe Ludovico, Vngariae & Poloniae rege, circa annum MCCCLXXXII. Poloni, nihil a majorum more discedentes, raro regnum, si superstes aliquis e regum suorum sanguine sit, ad alienos deferendi, alteram e filiabus ejus, Heduigim, jam nubilem annis, reginam sibi asciverunt, cum eo, ut ipsi virum, cui nuberet, ut visum e re eorum publica esset, deligerent. Heduigis et patris judicium secuta, qui vivens de ea Guilelmo, Austriae Duci, spondenda agitaverat, &, muliebri studio, capta aetatis, formae & morum fama, quae de Guilelmo erat, nuptias ejus ita appetiit, ut ille, fiducia tam propensi in se puellae animi, ipsa quoque hortante, Cracoviam, non expectata Polonorum voluntate, magno comitatu, venerit; &, favente enixe conatibus ejus regina, parum abfuit, quin ea nuptiisque ejus potiretur: atque adeo incessit suspitio multos, vitiatam quoque ab eo reginam fuisse. Sed Poloni, finitimorum odiis, a Germanorum nomine abhorrentes, ita se his caeptis objecere, ut Guilelmus clam se Cracovia proripere, & rem desinere necesse habuerit. Nam paulo ante ab Jagellone, Lithuanorum Principe, quem ipsi Magnum Ducem, more a finitimis Moschis accepto, appellant, legati, reginae nuptias petentes, & magna, &, quae amplificando regno erant, ultro pollicentes, venerant: cum quibus Poloni, spreto ac fugato Guilelmo, transegere, pacti, ut Jagello, Christiano ritu baptismi Sacro expiaretur, & Christianae religionis fidem coleret: idem populi omnes, Imperio ejus parentes, face-

Mirum de Moschis, Scythis, Lithuanis.

Christianam fidem Lithuani ut accepere.

Austrius a matrimonio reginae repulsus.

Jagello, e Lithuania ascitus rex.

1 In secundo, at non in primo, exemplari legitur *quo*.

cerent; & gens universa, Poloniae regno adjuncta, Poloniae regibus subderetur; Polonosque captivos, qui servitutem apud Luthuanos serviebant (quorum erat ingens numerus) omnes redderet. Jagello fratresque ejus & popularium principes, cum Cracoviam venissent, baptismo procurati omnes sunt, & regina, ut convenerat, matrimonio Jagelloni est juncta: celebratisque, regia opulentia, nuptiis, una in Luthuaniam concessere: ubi, hortante & jubente rege, & saepe doctoris, saepe interpretis officia obeunte, populi omnes Christianae fidei rudimentis eruditi, & baptismo affecti sunt. Sed, quia, in tanta multitudine atque concursu, singuli solemni ritu procurari nequibant, catervatim constitutos lustralibus aquis Sacerdotes aspergebant, &, quod cuique catervae nomen inditum esset, eo sequisque appellabat. Ac implevit quidem Jagello in se atque in suis, quae de religione ac de captivis cum Polonis erat pactus, sed de Lithuaniae, Poloniae contribuenda annectendaque, rem distulit: idque consilium etiam filii nepotesque, qui ei in regno successere, secuti sunt, ne ab se maximam regni partem, cujus erant justi haeredes, alienarent, illumque veluti gradum, ex quo pervenirent ad regnum, relinquerent (1) filiis. Augustus demum, Jagellonis pronepos, stirpis, quae in ipso defecit, ultimus, cum Moschorum bello urgeretur, qui Smolenscum, Polozcum, Vitepscum, valida & munita oppida, de Lithuanis ceperant, ut Poloniae viribus acrem atque instantem hostem sustineret repelleretque, rem nostro aevo peregit; non tamen sine magna contentione, Lithuanis, odio Polonorum, a quibus se contemni rebantur, magnopere renuentibus: ut saepe ea de re habita ab Augusto utriusque gentis Concilia, saepe magnis inter eos studiis certatum sit. Et ego adfui, cum haec ipsa Concilia agerentur, in quibus memini hujus generis versiculos jactari:

Lithuani Christiani fiunt.

„ Vis, gens jungatur genti Lithuana Polonae?

„ Fac, hinc contemptum, dempseris inde odium. „

Ad extremum rem tenuit Augustus, cum eo, ne cui Polonorum in Lithuania magistratus ullus mandaretur, publicisque muneribus nemo, nisi Lithuanus, praeficeretur; caetera ut unum Concilium, unus rex esset utriusque gentis. Sed jam mi-

Lithuania adjuncta Poloniae.

T

1 Videtur aut *adimerent*, aut *non relinquerent*, aut saltem proxime *non illumque*, sed & *ut illum* scribere Gratianus voluisse, debuisse certe.

misceri omnia caepta, & in unum veluti corpus coalescere videntur, crebris etiam inter Principes affinitatibus junctis. Duae, dum ego in Polonia versatus sum, familiae Lithuanorum praecellere videbantur, Radgivilla & Cothchievicia, quarum principes erant, illius, Nicolaus, Vilnae [1] Palatinus, hujus Joannes, Samogitiae Praefectus, & Lithuaniae, ut ipsi vocant, Marsalcus [2]. In Radgivilla domo etiam Cardinalem vidimus Georgium, Nicolai filium, qui commendatione Stephani regis, a Gregorio XIII. in summum ordinem est cooptatus, juvenem ea humanitate & suavitate morum, iis ingenii laudibus, ut eum inter Barbaros genitum nemo certe diceret. Cum hoc mihi & cum fratribus ejus plurimum usus intercessit: item cum Cothchievicio, dum in Polonia fui. Vrbes Lithuaniae haud obscuri apud incolas nominis permultae sunt, sed omnium clarissima Vilna, regum sedes, quae quidem haud multum amplitudine concedere Cracoviae dicitur. Sed domus, praeter regiam & aliquot circa forum, ligneae fere sunt, sicuti passim tota Lithuania Poloniaque. Neque est, si commoditatem usus spectes, cur ligneas domos magnopere contemnas. Sunt enim pleraeque Primorum laxae, & firmis extructae trabibus, descriptae ad usum regionis, & maxime contra immania ejus coeli frigora munitae. Sed & lateritias aedificare domos quotidie magis Poloni condiscunt. Vilnae suburbia, & aliquot circa pagos, Scythae incolunt, quos victos captosque Vitoldus Princeps huc transtulit, hasque habere sedes jussit, concesso Sacrorum & legum suarum usu. Secundum Vilnam sunt Trozca, Grodnum, Chnisinum, Parzovia, & hujus generis permultae; &, Moschis oppositae, Polozcum & Vitepscum, quas Stephanus rex, ademptas superioribus regibus, summoto armis Moscho, magna gloria recepit. Ac tanti quidem fuisse olim Lithuania videtur, ut Sigismundus Caesar Vitoldum, qui a Jagellone [3] fratre praepositus genti, ut Princeps, non ut Praefectus, cuncta ad arbitrium suum revocarat, regem appellarit, diademaque & sceptrum, regum insignia, ad eum miserit: quae, obsidentibus omnia itinera Polonis, non pervenere; & mors Vitoldi opportune incidit. At Sigismundum, non tam, ut honorem Vitoldo haberet, quam ut ea re fratrum discordias aleret, ad id consilium descendisse certum est.

Vilna.

Sigismundus Caesar Vitoldum Lithuanum regem appellat.

1 Secundum exemplar *Vilnae*: primum, ut edidimus.

2 Ita plane utrumque exemplar.

3 In secundo exemplari *Ingellone*: atque ita legi possit in primo, quod valde perversa lectuque difficili scriptura est.

est. Lithuania, Livoniae, Prussiae, Masoviae, Poloniae, Russiae ab ortu solis adhaeret; sed ab aquilone tantum in meridiem decurrit, ut Moldaviae fines attingat, & inde ad usque Ponti littora pertineat, Borysthenis (1) dexteram ripam nunquam deserens, ad cujus ostium, Orciacoviam aliquando possedisse Poloni dicuntur. Sed, qua inter Tyram & Borysthenem sinuatur ad Euxinum, incerti fines sunt, & Scytharum incursionibus ita infesti, ut illhic non aliud, quam desertos campos & vastas solitudines cernere liceat. Vnde duae, longe fertilissimae Lithuaniae & totius regni, provinciae (2) Volhinia & Podolia, magna ex parte, neglectu atque incultu squallent: quanquam Volhinia, quia paulo ab hostili vi retractior, & agros & oppida sua utcunque tuetur; quorum maxime frequens est Luscum, Episcopali sede insigne, Zaslava (3), Ostrogum, quod proprio Principi paret, &, quae olim caput non Volhiniae solum, sed totius Russiae fuisse dicitur, Chiovia, in Borysthenis ripa ad Turi confluentem sita, cujus olim maenia quidam ad triginta millia passuum patuisse in circuitu scribunt: hodie vix vestigia tam vastae urbis visuntur. Latior multo ampliorque Podolia, & tantae ubertatis, ut gramina ad altitudinem insidentis in equo hominis luxuriare dicantur. Versa (4) hic leviter terra aratores semen jaciunt, nec deinde (5), nisi cum falce, ad metendum redeunt. Adeo nullam culturam bonitas soli desiderat! Et quidem tanto (6) cum faenore reddit, ut ex (7) modio uno quinquagenos sexagenosque interdum & centenos gignat. Quin (8) fama est, si paulum modo in metendo spicas decusseris, ex granis, quae deciderint, sequenti atque etiam (9) tertio anno, ibidem messem habiturum, nihil arato agro, nihil culto. In vasta planitie, ubi tellus (10), intacta omni cultura, ingenio suo parit, tanta (11) viridantium herbarum

Volhinia.

Chiovia.

Podolia.

1 Primum exemplar *Borisfenis*, secundum *Borisfonis*. In utroque infra *squalleant*.

2 In secundo exemplari *provincia*.

3 Primum exemplar, hoc loco auctius, inserit *Rbanna*.

4 Haec ad locum de Camenetia reperies sub initium cap. 16. lib II. Vitae Commendoni: nisi quod ibi: *versa leniter terra semen* &c.

5 Ib. „ deinde amplius sementem, „ nisi cum falce secandam revisunt, „ adeo &c. „

6 Ib. *accepium tanto*.

7 Ib. „ ex uno frumenti sextario quin„ quaginta atque amplius gignat &c. „

8 Nescias *quin* an *quia* legendum tibi sit in utroque exemplari.

9 In Commend. Vita *item*.

10 Ib. *terra*,

11 Ib. „ tanta foecunditate luxu„ riant herbae, ut maximae superare „ altitudine hominem dicantur; la„ teque odorem fundere, & pecora, „ quibus illi magis, quam arvo stu„ dent, abigi pascuis, ne pabulo ni„ mio intereant &c. „

rum provenit copia, ut pecora armentaque, quibus homines magis, quam arvo ſtudent, paſcuis abigantur, ne nimia ſagina intereant. Podoliae caput eſt Camenetia, Epiſcopale oppidum, &, pro more gentis, egregie munitum, objectum Moldavis, haud longe a flumine Tyra, quo Podolia a Moldavia dirimitur. Commendonus (1) ut erat omnium diligens explorator, viſis tam fertilibus, ac tam late deſertis campis, Auguſto regi oſtendit, poſſe non coli ſolum, & frequentari tam uberem regni ſui partem, ſed etiam ad magnam opulentiam pervenire, & auctor conandi fuit: „ Venetorum urbem amplam, & late maris potentem, maritimarumque rerum ſcientia uſuque longe caeteris (2) praeſtantem, in medio ſtare mari, ducentiſque amplius hominum millibus habitari celebrarique, nullo circa proprio agro, quem colat, neque ad tantam multitudinem alendam ſaepe ſufficere, quod a vicinis populis convehitur: poſſe frumenta Venetias e Ruſſia deportari; nec longinquitate itineris, nec aliis, quae ſe primo oſtendunt, difficultatibus deterreri debere: nihil enim regi, ſi adſit induſtria ſtudiumque, inſuperabile fore. Ante omnia agendum (3) cum Turcarum rege eſſe, ut, metu atque auctoritate Imperii ſui, Valachos, & maxime Scythas, a latrociniis cohibeat (4), quod Turcam (5) credi libenter eſſe facturum: quippe ex crebro illo navium commeatu, & portus (6) ejus celebrari, & vectigalia augeri; & pacem ei (7) cum Polonis pariter & cum Venetis eſſe. Tum ad ripam Tyrae amnis, loco, qui viſus maxime opportunus fuerit, deligeret oppidum, aut (8) novum conderet, ubi tutam mercatoribus ſtationem praeſtaret, ne ſubitis incurſionibus finitimorum pateret: vel levi munimento, ac ligneis maenibus, ut eſt mos iis in terris, oppidum firmaſſe ſat fore adverſus Barbaros inermes, & nullis belli inſtrumentis, queis ſepta modo loca tentare audeant, inſtructos, & inſcios ejus rei, aſſuetoſque tantum in campis (9) excurrere, brevique certamine aut in fugam „ ver-

Camenetia.

1 Haec ad caput uſque de Ruſſia tranſcripta ſunt ex cap. 16. lib II. Vitae Commendoni, niſi quod ibi ſic: „ Commendonus igitur, ſatis exploratis inquirendo rebus, Auguſto oſtendit, poſſe fertiliſſimam regni ſui partem non coli tantum & frequentari, ſed ad magnam quoque opulentiam &c. „

2 Ib. *exteris*.

3 In utroque exemplari *agendam*.

4 Commendoni Vita *contineant*.

5 Ib. *Turcas* . . . *facturos*.

6 Ib. *eorum portus celebrari* &c.

7 Ib. *iis*.

8 Ib. *atque novam urbem conderet* &c.

9 Ib. *latiſſimis campis*.

„ vertere, aut fugere hostem. Venturas Venetiis naves, „ portumque ad Bialogrodum (1) in ostio Tyrae, aut alibi; „ ut commodum fuerit, capturas, frumentaque, secundo flu- „ mine, devecta ad mare, imposituras (2), remensasque Eu- „ xinum, Thracio Bosphoro Hellespontoque egressas, per „ mare Aegaeum in Adriaticum invectas sinum, Venetias red- „ ituras. Nec Venetis hominibus novum id iter, aut id (3) „ mare futurum, suetis, paucis ante annis, longiorem illhac (4) „ navigationem ad Tanam urbem, in (5) Tanais amnis ostio „ sitam, suscipere, mutandarum causa mercium; & ex iis „ ipsis Podoliae campis, ad inficiendas lanas, semina quae- „ dam exportare, quorum fructus, qui cum eo commercio „ desierunt, repeti possent. Vinci omnia superarique spe & „ cupidine lucri, multaque diem atque usum inventurum, „ quibus (6) quotidie negocium proclivius expeditiusque red- „ datur. Nec frumenta solum, sed, ubi procedere res cae- „ perit, vim magnam mellis, cerae, picis (7), cinerum, „ pellium (quae nunc neglecta sine emolumento habentur) „ Venetis mercatoribus vendituros; eosque ipsos varias va- „ riique usus, quas Venetiae ferunt, merces, quarumque „ indiga Polonia est, ultro advecturos. Nec dubium, fre- „ quentem novam urbem ipsum (8) quaestum utilitatemque ef- „ fecturam, molliturumque & mansuefacturam feros quoque „ Barbarorum animos, qui & ipsi mercari, quae externa „ navibus subvehentur, & sua exhibere, & denique com- „ mercio & fructu advenarum laetabuntur: ita coalescere „ rem, & coli habitarique regionem, salubrem coelo, ube- „ rem solo, & (9) situ opportunam posse; ex quo ingens, „ & publice & privatim, emolumentum Polonia esset ca- „ ptura. „ Cum magnopere probata res regi esset, relata- que ad Consilium (10) suorum, approbatione omnium accipe- retur, magnae ob id Commendono gratiae actae, magnope- reque (11) ex eo incitata sunt hominum in illum studia, quem & amantem gentis suae, & de commodis eorum Reip. co- gitantem omnes praedicabant (12). Cum appellasset Turcarum regem ea de re per legatos Augustus, nec ille abnuit, &

Probatur Commendoni consilium.

Ve-

1 Ib. *Bialogradum*.
2 Haec vox cum consequentibus ad *Aegaeum* ibid. omittuntur.
3 Ib. omittitur haec vox.
4 Ib *illam*
5 Ib. omittitur haec praepositio.
6 Ib *queis*.
7 Ib. *piscis*.
8 Ib. *brevi ipsum*.
9 Ib *ac*.
10 Ib. *Concilium*: nec aliter in utroque exemplari. Sed in secundo sic auctor correxit, ut edidimus.
11 Ib. *vehementerque*.
12 Ib Quaedam de Commendono injiciuntur, hic omissa.

Veneti etiam (1) gratias ei Commendonoque egerunt. Sed Palatinus Russiae aliique, quibus datum negocium circumeundi lustrandique illam (2) omnem oram, & maxime Tyram amnem, inspiciendi erat, retulere, a Camenetia aliquot dierum iter, secundo flumine, provectis occurrisse vada, saxis ingentibus impedita, nec ultra pervium navigiis flumen (3) fore, nisi, iis aut amotis saxis aut caesis, locus aperiretur; nec opus esse parvi laboris. Verum, etsi Commendonus ostenderet, posse, quod difficile atque impeditum natura videretur, consilio atque arte superari, neo omnino magna mole illa confringi aut amoliri saxa, tamen huic praeter spem objecto scopulo negocium haesit, ac tum dilatum, post etiam totum omissum est. Ac nunc quidem Russia, Podolia, Volhlnia, longe faecundissimae maximeque frugiferae totius regni provinciae, pene deseruntur, aut certe non, quantos terra suppeteret (4), fructus ex iis percipiuntur; partim, quia ab cupidis & repentinis hostibus assidue incursantur, partim, quia, quod alimentis & copiae earum superest, quo exportent, incolae non habent. Neque enim ab his, ut a reliquis Poloniae populis, aut Vistula, aut in Vistulam decurrentibus amnibus, frumenta & alia, quibus abundant, devehi Dantiscum possunt, quando harum regionum flumina ad meridiem versa omnia in Euxinum ferunt, ubi nec frequentes portus ulli sunt, nec tuta itinera. Ergo nihil ultra, quam quantum abundantiae eorum satis sit, frugum serunt.

Inter Podoliam & Minorem Poloniam interjacet Russia, quae & montes attingit, quibus Poloni ab Vngaris Transilvanisque disterminantur. Quidam Roxolaniam Veteribus hanc fuisse credunt: &, inter Sarmatiae nationes, Maeotis accolas, Plinius Roxolanos memorat. Et Russiae nomen latissime nunc patet, quo gentes omnes, queis imperant Moschi, contineri plerique tradunt. Nos de Russia, Poloniae regno subjuncta, agimus: & est haud sane postrema pars ejus, nec ulla re caeteris inferior provinciis. Praecipuae urbes ejus sunt Leopolis, Belza, Chelma, Jeroslavia aliaeque permultae; sed omnes antecedit Leopolis, & frequentia populi, & aedificiorum commoditate, & munitione maenium arciumque; & quod hic jurisdictioni praepositi magna dignitas est, vocaturque ab iis insigni nomine, Generalis; sicuti qui Cracoviae, quique Posnaniae praeest; quo nomine abstinent alii. Leopolis nobili-

Leopolis.

li-

1 Ib. *ultro*.
2 Ib. *eam*.
3 Ib. *amnem*.
4 Malim *suppeditaret*.

litatur & Archiepiſcopalis ſolii honore (1); quin, quod raro ulli civitati accidit, gemini (2) ſunt in ea Archiepiſcopi. Nam, praeter Catholicum & Romanae Eccleſiae cultorem, cui civitatis & Sacrorum cura mandata eſt, Armeniorum natio ſuum in ea urbe (3) Archiepiſcopum habet. Hi (4) Turcarum preſſi ſervitio, ſedibus ſuis relictis, cum Euxinum tranſmiſiſſent (5) mare, ab oſtio Danubii per Valachiam in Ruſſiam tranſgreſſi (6), permiſſu regum ibi conſedere (7). Maxima pars Cameneti, caeteri Leopoli habitant, nec parvo uſui ſunt Ruſſis, quod dediti omnes (8) mercaturae, cum Turcis Perſiſque & aliis gentibus, Euxini accolis, negociantur, externaque multa in Poloniam inferunt, & immunitatem vectigalium inter Barbaros habere dicuntur, datam iis a Mahomete, quem Turcae multaeque orientis nationes relatum inter Coeleſtes pro Deo colunt. Hunc, educatum in Armenia, & ab iis benigne habitum, poſtquam ad magnum Imperium pervenit, vetaſſe (9) ferunt, ullum ab Armeniis portorium exigi. His Leopoli Sacriſque eorum Archiepiſcopus praeeſt, magnuſque ei cultus honorque ab iis (10) habetur. Is advenientem Commendonum, extra urbem obviam egreſſus, praecipua gratulatione accepit, eumque demiſſe admodum & humiliter eſt veneratus. Armenii ſe in Romanae Eccleſiae fide eſſe praedicant, & Pontificem Romanum in jus Divi Petri, Apoſtolorum principis, ſucceſſiſſe, ac divinae poteſtatis inter homines Vicarium eſſe, confitentur; Sacra tamen ab Armeniorum Patriarcha petunt; & Patriarcham ipſum a Romano Pontifice ex eo ajunt non petere, quod remiſſum id illi a Pontificibus Max. indultumque (11) hoc genti Armeniorum ſit (12), cum ob longinquitatem itinerum, tum ne ea re Turcas offenderent, magiſque in ſe irritarent. Haec differentes ipſe audivi, & graviter ferentes, ſi quis ſecretos ab Eccleſia Romana eſſe (13) eos diceret, cujus ſe in fide ac ditione eſſe contendunt. Sed credibile eſt, ut in externos ritus degenerarunt, ita errores quoque in mentes eorum multos irrepſiſſe. Ma-

Armenii Leopolis.

Armenii Romanum Pontificem Sacrorum Principem fatentur.

1 Quae ſequuntur, ad locum de Armeniorum matrimoniis, deſcripta ſunt ex cap. 15. lib II. Vitae Commendoni.

2 Ib. *duo ſunt Archiepiſcopi* &c.

3 Ib *civitate*.

4 Ib. *Ea Turcarum preſſa ſervitio* &c.

5 Ib. *tranſmiſiſſet ab* &c.

6 Ib. *tranſgreſſa*.

7 Ib *conſedit, uſuique ſunt Armeni Ruſſis* &c.

8 Haec vox ibid omittitur.

9 Niſi utrumque exemplar vetaret, edi juſſiſſem *vetuiſſe*.

10 In Commend. Vita *illis*.

11 Ib. *irrogatumque*.

12 Ib. *privilegium ſit, tum ob* &c.

13 Haec vox ibid omittitur.

Armeniorum matrimonia.

Matrimonio obligati Sacris initiantur, Graecorum more: verum matrimonia ipsa magna religione habent. Interfui, ipse, cum sponsos in templo, solemni ritu, sacerdos jungeret. Post rem divinam peractam, impartitamque iis divinam hostiam, post solemnia carmina, quibus eam rem prospere atque feliciter eis evenire precatur (1), & post conjugium mutua consensione comprobatum, conjugem utrunque considere ante aram maximam jubent, & utrique tenui velo caput vultumque obvolvunt; ac tum utriusque propinqui, tam viri, quam faeminae, accedunt, singuli singulis super velum osculum fronti admovent; &, eo facto, sponsus manu tenens novam nuptam, deducit domum, comitantibus aliis: atque una omnes convivium hilariter ineunt.

Armeniorum ritus in re divina facienda.

Sacra (2) quoque facientem ego eorum Archiepiscopum spectavi, eodem ferme cultu, quo nos, ac pari collucentium circa luminum ac vestimentorum apparatu, quae ne forma quidem magnopere a nostris differunt. Azymum panem, ut nos, immolant, sublatamque manibus sacratam hostiam populo adorandam, nostro more, praebent. Sacrum omne magna religione conficiunt. In (3) eo differunt a nobis, quod aquam vino in sacrificando non admiscent, moremque in eo se retinere priscorum patrum ajunt. Leges carminaque divinarum rerum Armenicis scripta litteris ac lingua habent: sed eam (4), praeter Sacerdotes, pauci intelligunt. Vulgo ipsi Scythica & Turcica lingua loquuntur, Latine nesciunt: sed Latinos scriptores, divinarum litterarum interpretes, aliquot in Armenicum versos habent, plurimumque auctoritatis iis tribuunt. Ephrem Armenium inter Divos relatum colunt, scriptisque ejus maximam fidem habent.

Rutheni.

Praeter Armenios, qui fere Leopoli & Camenetii (5) habitant, fusus tota Russia est ingens hominum numerus, in Sacrorum disciplina, Graecorum rationem atque instituta sequentium. Rutheni vocantur: & Chioviae [quae (6) in citeriori Borysthenis ripa sita, ut supra attigimus, late caput illarum gentium fuit] Antistitem atque principem Sacrorum habent, quem ipsi Metropolitanum Graeco vocabulo appellant, dictoque ejus audientes

1 Haec est utriusque exemplaris lectio: quae tamen non satis constat cum consequentibus *jubent*, *obvolvunt*.

2 Haec ad locum de frugum ac mellis proventu, petita sunt ex eodem cap. 15. lib. II. Vitae Card. Commendoni.

3 Ib. haec vox reliquaeque ad *Leges* &c. omittuntur.

4 Ib. *ea*.

5 Ib. *Carmenesii*.

6 Ib. „ quae civitas est ad Boristhenem in citeriori ripa sita, et late „ caput earum gentium olim fuit; „ &c. „

tes per Russiam, Valachiam, Lithuaniam multi Episcopi sunt, & aliquot etiam trans Borysthenem in Moschorum regno. Ipse [1] Constantinopolitani Patriarchae imperio, ut reliqui omnes [2], qui in eadem sunt secta, continetur. Chioviae Metropolitanus fuit Isidorus,

Isidorus Cardinalis.

qui, cum splendido comitatu centum equitum, e Russia Florentiam, vocatu Eugenii IV. Pontificis Max. ad clarum illud Christiani [3] orbis Concilium venit: ad quod non Graeci tantum atque Armenii cum Patriarchis & Praesulibus suis convenere, sed cum Pontifice Maximo imperator ipse Graecorum, ab Constantinopoli classe advectus, interfuit: in quo cum diu de veteribus inter nostros & Graecam nationem, controversiis disceptatum esset, postremo causa & rationibus victi Orientales in Catholicae ac [4] Romanae Ecclesiae sententiam omnes concessere: honorique gentis datum ab Eugenio est, ut duo eorum, doctrina & dignitate praestantes, in Cardinalium Collegium legerentur, quorum alter Bessarion,

Bessarion.

Nicaenus, aetatis suae vir religione & virtute longe clarissimus, alter Isidorus, Chioviensium [5] Antistes, fuit. Sed Graeci [6], ut saepe alias, assensi magis sunt in praesentia Concilii auctoritati, quam inde decretis paruerint. Et Isidorum, apud Moschos Catholicae pietatis disciplinam universaeque Ecclesiae consensionem praedicantem, Barbari spoliatum omnibus fortunis, injuriis abire provincia, ac redire Romam coegerunt: ubi Pontificum Max. liberalitate sustentatus reliquam vitam [7] egit.

Rutheni populum concionibus non erudiunt.

Rutheni, praeter ea, quae sacerdos, rem divinam faciens, ex ipsa [8] sacrificii ara de sacris recitat libris, nullas de religione, & coelestium rebus conciones ad populum habent. Scilicet multitudinem pie colere acceptam de Deo fidem, non difficilibus [9] & captum ejus excedentibus quaestionibus agitari [10] impellique mentes eorum volunt. Hinc retinentissimi suorum Sacrorum, &, depravatis varia haeresi tot circa populis, cum quibus ipsi & linguae & rerum omnium commercia habent, incorrupti manent, nec ullis se novis opinionibus infici patiuntur.

Judaei in Polonia.

Judaeorum quoque hae gentes admixtam magnam [11] multitudinem habent, non, ut in plerisque locis, in opem vitam faenore & ser-

1 Ib. *Ipsi*.

2 Ib. *omnes in eadem secta sunt, continentur*. &c.

3 Ib. *orbis terrarum concilium* &c.

4 Haec et sequens vox ibid. omittitur.

5 Ib. *Chieviensis*.

6 Ib. *Graeci assensi* &c.

7 Ib. *vitam suam*.

8 Ib. *ipso sacrificii loco de* &c.

9 Ib *difficultatibus*,

10 Ib. *agitare*.

11 Ib. haec vox omittitur.

vilibus operibus tolerantium (quanquam ne hoc quidem genere quaestus abstineant) sed qui & agros possideant, & mercaturam faciant, & litterarum quoque studiis, maxime astrorum & medicinae, se excolant, & fere vectigalibus publicis praesint, ac ad honestam fortunam perveniant, ut non aequentur modo ingenuis, sed interdum etiam imperent: nec tegumento capitis, ut apud alios, nec (1) ulla omnino insigni re a Christianis distinguantur (2). Quin arma ferunt, & cum telis incedunt, & plane aequo cum aliis jure vivere videntur. Magnam gigni vim frugum omnis generis in singulis hujus regni provinciis ostendimus. At (3) pene par ubique mellis proventus, & ne id quidem ulla incolarum opera aut labore. Sponte sua per omnes silvas fusa apum examina arboribus insident, &, sicubi cavi aliquid repererint, spargunt mella. Quin rimis quoque terrae hiatibusque se condunt, passimque vim cerae mellisque fundunt. Advenientia examina (nam mos apibus se invicem pellere, acribusque praeliis, veluti justis aciebus, inter se concurrere) agrestes prohibent, quo veteribus veluti haereditariae suae sedes maneant. Hic unus cultus illis habetur: ac (4) ne hic quidem, nisi circa pagos & rura sua. Nam per silvas & solitudines bella caedesque impune miscent. Plurimum mellis irrepertum neglectumque perit. Incolae ex eo mulsum (potus (5) id genus) efficiunt, radicis succo acri admixto, qui (6) nimiam dulcedinem coerceat (7). Atque hoc potu Podolii, Russi (8), Lithuani & circum accolae omnes gaudent, eoque magna intemperantia se ingurgitant. Vernum longe optimum putant (*Lipiezum* ipsi appellant) nec alius ferme mellis usus apud eos (9). Sunt & crebri per Poloniam (10), & maxime Russiam, lacus; quidam etiam (11) opere & manufacti; magnique fructus (12) ex iis. Certare faecunditate cum terra aquae videntur: tanta vis editur piscium. Optimi omnium (13) Carpae ac Lucii, qui & magnitudine reliquos excellunt. Quia (14) usui eorum copia in-

Mellis proventus.

Lacus in Russia frequentes.

1 Ib. *aut*.

2 Ib. *distinguuntur*.

3 Haec ad locum de Fibere descripta sunt ex cap. 16. lib. II. Vitae Commendoni.

4 Hinc ad *Plurimum mellis* ibid. desiderantur omnia.

5 Ib. haec vox consequentesque duae omittuntur.

6 Ib *quo*.

7 Ib. *coerceant*.

8 Ib. *Russique et undique accolae gaudent* &c.

9 Ib. „ eos: sed & frumenti non „ plus quam abundantiae eorum satis „ sit, ferunt. „

10 Ib. „ Russiam Podoliamque lacus &c. „

11 Ib. „ etiam de industria. „

12 Ib. *proventus*.

13 Ib. „ omnium Lucii & magnitudine &c. „

14 Ib. hinc omittitur usque ad *sale condiunt*.

ingens superest, sale condiunt, vicinisque populis impertiunt: nec aliud fere uberius illis (1) vectigal. Quibus propinquae ac plures piscinae sunt (2), secernunt genera, nec promiscue habent, credo (3), ne, mutua consectatione aut metu, minus sobolescant (4). Piscantur maxime hyeme, cum frigorum vi rigent omnia, & flumina & lacus haud secus, quam marmora, durescunt (5) sic, ut non homines modo equosque, sed ingentia quoque plaustra onusta ferant. Piscandi (6) autem hanc rationem habent. Crebras veluti fenestras, dextra sinistraque perforata glacie, aperiunt, paribus (7) spatiis ad perticarum modum, quas in introitu lacus sub glaciem utrinque immittunt. Has ab sua quisque parte, per proximum foramen exceptas furcis, transmittunt ad aliud atque deinceps aliud, donec ad ultimum, quod opportune perfossum in adversa (8) parte est, coeant. Perticis suspensa retia toto lacu, aut per quantum spatii (9) complexi foraminibus fuerint, explicantur panduntur que, &, cuncta subtus converrendo, quantum est piscium trahunt: idque fit siccis pedibus ac (10) nullo labore. Hoc loco rem, vix fidem habituram, (11) pigeret referre, nisi gravissimos viros permultos, & ipsum quoque regem auctorem (12) haberem, qui omnes vidisse se affirma-

Ratio sub glacie piscandi.

Mirum de hirundinibus.

1 Ib. *illi*.
2 Ib. haec vox omittitur.
3 Ib. *fortasse*.
4 Ib. *subolescant*.
5 Ib. „ sic duruerunt, ut &c. „
6 Ib. *Tunc crebras &c.*
7 Ib. *paribusque*.
8 Ib. *diversa*..
9 Ib. *ipsi spatii*.
10 Ib. *&*.
11 In secundo exemplari *habiturum*.
12 Sed et eandem rem [ut et pleraque ab Gratiano de Polonicis rebus narrata] Venetiis in Senatu Hieronymus Lippomanus commemoravit anno 1575. quo ex Polonia, ubi Legati munere apud Henricum regem functus fuerat, in patriam rediit. Ejus orationis, quam tum habuit, quaeque est apud me manuscripta, haec est particula: „ Et quì mi occorre dire „ alla Serenità Vostra, ch' io non „ dubito punto, che con difficoltà „ non debbano ritrovar fede le mie „ parole appresso di lei, sì come anco io confesso, che prima, che „ di parte di esse io fossi fatto certo, „ mi sono reso non che difficile, ma „ quasi ostinato a crederle. Ma essendomi di alcune di esse chiarito „ col proprio occhio, et havendo i „ testimonii de i principali Signori „ di quel regno, io sono sforzato di „ tenerle per vere, parendomi, che „ in cose, che non fossero naturali, „ sarebbe impossibile trovare consenso così generale. Per tutto il regno „ di Polonia, et per molte provincie „ soggette ad esso, le cesille, overo, „ come vogliamo dire, le rondini, „ quando sentono il freddo, se bene „ si scrive, che volano a i paesi caldi, attaccatesi piede con piede, & „ ali con ali, si gettano ne i fiumi & „ ne i laghi, nelli quali essendo cresciuto il giaccio, se ne stanno là „ sotto fino a tanto, che viene la „ stagione del caldo, quando, come „ se si destassero da un longo sonno, „ mettono l'ali, & tornano a volare. Et occorre alle volte l'inverno, che i pescatori per pigliar pesce,

marunt(1). Accidit aliquando, hyberno tempore, cum ita sub (2) glacie piscantur (3), ut ab imis lacubus involutum retibus extrahant (4) in littus globosum quid, molle ac (5) informe, quod videatur madidis ac (6) diu maceratis plumis compactum, sed ne id quidem satis dispici possit, uti esse caro recentis ursae faetus dicitur, nisi quod hoc nigrum ac (7) majus. Si moveas projiciasve (8), inanimum dicas; at idem si in hypocausta, (9) in quibus fere Poloni, ob magnitudinem frigorum, agunt, calidaque admodum habent, intuleris, paulatim calore recreatas excitasque (10), reviviscentes & mox etiam avolantes hirundines cernas. Hae aves, adventante hyeme, magno numero coire, unaque unguibus, rostro, alis (11) inter se complicatae mergi aquis dicuntur, atque in fundum delatae, terrae tepescentis vapore foveri, atque ab (12) intolerabili rigentis coeli frigore defendi, totamque hyemem, aut humore aut ipso veterno nutriri: vere novo emergere evolareque (13). An spirent sub aquis volucres, &, adempta spiritus mittendi recipiendique faculta-
[illegible] te,

„ sce, sotto il giaccio, con le reti se „ ne pigliann molte aggiacciate & attaccate insieme; le quali portate „ nelle stufe, sentendo il caldo, cominciano ad haver moto & finalmente volano. Il medesimo ancora „ avviene delle mosche, le quali, quando comincia l' inverno, si salvano nelle aperture degli arbori „ secchi, & al medesimo modo delle rondini, sentendo il caldo, si ritornano vive & volano. „

De hirundinibus idem proditum memoriae est ab Daniele Petro Huetio in commentario de rebus ad eum pertinentibus, edito Lipsiae an. 17 9. pag 40. „ Per hyemem vero, *inquit*, „ & illic [*in Suecia*] & in aliis potissimum ad septentrionem vergentibus locis, notabilis quaedam hirundinum deprehenditur indoles, „ quae, circiter aequinoctium autumnale & prima advenientis hyemis „ frigora, non trans mare devolant, „ uti mos illis est & plerisque volucribus advenis, sub calidiore coelo, „ sed in lacus se immergunt, & aquis, „ glacie concretis, superinte&ae ac „ velut sepultae jacent per totam hyemem, quoad, verno tempore, resolvatur glacies, & illae velut e „ somno excitatae, excussoque veterno, prodeant ex aquis, & ad volaturam se accingant. Nec minore „ videtur admiratione dignum, quod „ in nostrate regione observatum est, „ intra concavas rupes, quae Olenae fluvii ripis adjacent, Cadomum inter & „ mare, hirundines immani numero, in „ uvae modum collectas & conglobatas pendere e summo fornice per totam hyemem. Neque sane nescivit „ Aristoteles, illud esse hirundinis ingenium [*de animal lib. 8 cap 16*] „ neque Pedo Albinovanus in elegantissima in obitu Moecenatis elegia, „ cum dixit. „„ Conglaciantur aquae: „„ scopulis se condit hirundo. „„

1 In Commen. Vita *sancte affirmarunt*.

2 Ib *sub glacie* omittuntur.

3 Ib. *piscatur*.

4 Ib. *extrahatur*.

5 Ib: *&*.

6 Ib. *diuque*.

7 Ib. *&*.

8 Ib *projiciasque inanime dicas* &c.

9 Primum exemplar *hipicausta*: secundum *hispocausta*.

10 In Commend. Vita *excitatasque*.

11 Ib. haec vox omittitur.

12 Ib *ab* desideratur.

13 Ib. *avolareque*.

te, ut vivant, quaerant (1), quibus cordi est scrutari abdita naturae. Nos rem, apud eos minime dubiam, retulimus. Lacum quoque esse in ultimis Podoliae finibus, haud longe Orciacovia (2), ferunt, nomine Cozbeiu (3), cujus aquae, aestivis siccatae solibus, in salem vertuntur (4), solereque eum asportari quotannis a Russis, magno coacto plaustrorum numero, & militari quoque adhibito praesidio: sed saepe accidere, ut occursu Scytharum, qui praedae simul (5) salis, simul hominum jumentorumque insidiantur, armis & (6) praelio cum ipsis (7) contendant, nec raro Scythas, conjectis in fugam custodibus, praeda potiri. Circa Russiae flumina lacuque aliud insigne animal saepe capitur. Poloni *Bober* appellant, Latini *Fibrum* aut *Castorem* aut *Lutram*. Sed id quidem differt a Lutra, quod ei cauda piscis est, pariter squamis rigens, pariter appetens aquae, qua nec carere diu potest. Vivum mihi Leopoli datum dono fuit. Ne caudam in sicco haberet, assidue considebat in aqua, quae ei, dedita opera, in ligneo alveolo subjiciebatur. Tam acres morsus ejus esse, ut, hominis parte comprehensa, nisi fracta concrepuerint ossa, non absistat (sicuti Plinius tradit) equidem non ausim dicere. Nam etiam attrectari se patiebatur, ac ne appetiit quidem morsu unquam attrectantes. Item, quod scriptores prodidere, ipsum sibi, cum urgeretur, testes eximere, quia ob id peti se intelligit, equidem, ut alia multa, fabulosum reor. Certe, mentionem hujus rei apud Polonos fieri ullam, non audivi. Quanquam in terra vagetur, tamen cubilia sibi in fluminum ripis lacuumque, juxta aquas, struit, sic, ut, reliquo extante corpore, natet cauda; quam & inter pisces saporis optimi referri, conviviisque adhiberi ab gulae proceribus, ajunt. Capere in terra non facile fuerit, propter ejus ad fugam velocitatem.

Sal ex lacu.

Fiber, aut Bober.

Ve-

1. Hujus admirabilis certe rei, sed praeter Gratianum, Lippomanum, atque Huetium, Olai Magni etiam *Ornithol.* lib. 2. c. 3. Ernulleti *Dissert.* 2. cap. 10. aliorumque gravissimorum Scriptorum testimoniis confirmatae, ratio atque explicatio petenda ab eo est, qui & ingenio valeat, & naturalem scientiam, in ea potissimum parte, quae cognitione viventium corporum continetur, apprime calleat. Cujus utriusque rei, ingenii atque doctrinae, quum summa in te, Jo. Baptista Morgagne, litterariae reip. decus atque praesidium, facultas sit, pari cum humanitate conjuncta, a te, quid ei super te sentias, ut communicare nobiscum velis, etiam atque etiam peto.

2 Ib *Czarovea*.

3 Ib. *Cozkeiu*

4 Ib. „ omnes abeunt, asportarique „ eum a Russis quotannis, coacto „ magno plaustrorum numero. Sed sae„ pe &c.

5 Ib „ simul hominum, simul ju„ mentorum &c. „

6 Ib *&*.

7 Ib. *iis*.

Venatores cubilia obſervant, retiaque in flumine utrinque tendunt; & fera, excita cubili, ſtatim in profluentem ſeſe injicit, ſub aquiſque merſa volucri celeritate capeſſit fugam, atque ita ſe in retia induit. Pelles Poloni haud parvi aeſtimant, cujus & mollis & nigricans pilus; &, quia firmior illis corium eſt, in tenues diſſecant partes, atque iis veſtium, quas, arcendo per hyemem frigori, Primores pretioſis pellibus ſubfultas geſtant, oras muniunt circunſuuntque, quo diutius durent. At, quando animalia perſequimur, ne id quidem omiſerimus, lepores, natura ſubrufos ac rutilos, hyeme albeſcere, non eſt fabuloſum. Nam & ego candidos vidi, quales per aeſtatem negant videri. Habent & vulpes, olorum inſtar, candentes. Lupi item, inſigni magnitudine, pariter albi inveniuntur: ſive id frigoris vi fiat, ſive vergentes in ſenium ſponte naturae caneſcant. Qui proximis annis intima ſeptentrionis ſcrutari, & navibus per infeſta gelu maria penetrare in orientem tentarunt, ac magnitudine frigoris retro avertere curſum coacti ſunt, narrant, egreſſis in terram immanium urſorum agmina, nivali candore, occurriſſe ſibi: ut mirum non ſit, his quoque in terris, aquiloni ſubjectis, & lepores & vulpes & lupos inveniri albos. Fert regio & cervos & capreas & apros & cuniculos & ſciuros & ſilveſtres mures & martores; quorum omnium pellibus corpus contra vim hyemis muniunt. At, quarum aeſtimatio pene gemmarum pretia exaequat, zebellini, armellini, lynces & nigrae vulpes intra fines regni non naſcuntur; a populis, qui ſilvas ſub ipſo ſeptentrionis ſidere colunt, petuntur: tantaque gentis in ea re luxuria, ut, unam in veſtem, ſaepe bina ternaque nummum aureorum millia impendantur. Lithuania ingentes urſos gignit, quos non ſolum domi manſuefactos alunt, ſed quidam miros ludos facere docent: tantumque in deformi ac faeda beſtia, ac tam ſequax ingenium eſt, ut parere ducenti circulatori, &, ad modos pulſantis tympana, geſticulatione quadam certiſque ſaltibus laſcivire ac tripudiare condiſcat. Id (1) quoque e Ruſſiae (2) miraculis non praetermiſerim (3), quod tamen ab (4) nullo, qui ſe vidiſſe diceret, accepi (5), ſcriptores prodidere, multique fidem iis affirmant. In fluminibus, maxime Boryſthene & Boccho, per aeſtatem noctu gigni vim magnam vermium: hos mane aquis ſupernare, meridie, innatis pennis, circum ri-

Albi lepores.

Albi urſi.

Magna in pellibus luxuria.

Urſorum ludi.

Animal, cujus eſt unius diei vita.

1 Haec ad *Quid quaeſo* ex cap. 16. lib. II. Vitae Commendoni.

2 Ib. *Scythiae*.

3 Ib. *omiſerim*.

4 Ib. *ego a*.

5 In ſecundo exemplari *accipi*.

ripas volitare, cadente ſole, omnes occidere. (1) Quid, quaeſo, in his ſibi voluit natura, quibus longam ſenectutem unius diei vita ſtatuit; in aliam atque aliam tranſlatis formam? 2) Quid ei in re nullius uſus ludere libuit? Et tamen nihil ſine cauſa agere eam vere praedicamus. Et (3) circa Belzam & Chelmam (4), ſilveſtres pinus, quas fere Poloniae ſilvae habent, caeſas aut ſponte delapſas in humum, primo (5) putreſcere, ac inde intra biennium lapides fieri?

1 Audiendus Cicero eadem lib. I. Tuſcul quaeſt cap. 94. (al. 39) narrans & in eam rem ſapientiſſime, ſuo more, philoſophatus: „ Apud Hypanim, *inquit*, fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Ariſtoteles ait, beſtiolas quaſdam naſci, quae unum diem vivant. Ex his igitur, hora octava quae mortua eſt, provecta aetate mortua eſt, quae vero occidente ſole, decrepita, eo magis, ſi etiam ſolſtitiali die. Confer noſtram longiſſimam aetatem cum aeternitate. In eadem propemodum brevitate, qua illae beſtiolae, reperiemur. Contemnamus igitur omnes ineptias.... totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine & in omnium rerum humanarum contemtione ac deſpicientia, & in omni virtute ponamus. „

2 Inter hanc vocem et ſequentem interjicienda mihi omnino periodus illa ultima videtur, *Et circa* &c

3 Haec quoque ad libri calcem ex eodem Commendoni vitae capite petita ſunt.

4 Ib. *Chelmiam*.

5 Ib. *putreſcentes intra* &c.

ANTONII MARIAE

GRATIANI

A BURGO SANCTI SEPULCRI

DE SCRIPTIS INVITA MINERVA

AD ALOYSIUM FRATREM

LIBER XVII.

DE singulis provinciis, numero undecim, quibus omne constat Poloniae regnum, & quid in quaque memoratu dignum est visum, diximus. Adjicimus, planas ubique omnes esse & nullis arduas montibus: unde ipsum illi nomen Poloniae inditum putant. Magnum sane & continens Imperii corpus! Quod si, in quantam amplitudinem fines ejus explicantur, tantum populorum esset, quibus frequentaretur colereturque, ac, si quemadmodum duo tam diversa ac tam longe distantia maria attingit, ita ad utrunque pariter aditus ac rerum commercia paterent, haud scio, an ullum huic praeferri, ex omnibus Europae regnis, posset: licet damnentur praegelidae asperioris coeli hyemes, oleo licet, licet vino multisque luxuriae irritamentis carere dicatur. Quin, si bellicosus aliquando rex illi, & verae cupidus gloriae, & animo & consilio par contigerit, cui amplior pateat ad magnas res gerendas campus, equidem credo esse neminem. Et ma- Regni Poloniae opportunitas.

gni refert, cum quibus cuique, & cum [1] cujus situs cujusque aditus terra res sit; si cum iniquitate locorum pugnandum, si regio montibus fluminibus, mari, validis urbibus muniatur, aut si secus. Latissimum Moschorum regnum finitimum habet, quod subigere virtute, disciplina, arte militiae nitenti difficile non esse, Stephanus Bathorius rex, proximis annis, ostendit, qui, gemina expeditione, & Vitepscum & Polozchum, Lithuanis ademptas urbes, de iis recepit, & tota Livonia decedere coegit. Inermium Scytharum sagittae spiculaque, quam pediti equitique nostro, sclopo hastaque pugnam invadenti, concedant, saepe Vngaricis bellis experti sumus. Turcarum quoque opes, ante omnibus terribiles, in dies jam magis magisque flaccescunt. Moldavi, Transilvani, Valachi, ferocissimae gentes, etiam ultro in fidem amicitiamque venirent, si, quo nunc aegre quiescunt, Turcarum metu solverentur. Cum Germanis, etsi animis, lingua, moribus discrepent, immota tamen pax, quia utrique genti utilis, manet.

Polonorum mores.

Poloni in universum forma egregia, rutilo capillo, procero ac firmo corpore sunt; algoris pariter ae lusque tolerantes, nisi eos epulandi & compotandi [2] voluptas studiumque, omnibus septentrionis incolis commune, corrumperet. Nec sane huic rei alia gens effusius intemperantiusque indulget. In publicis Conciliis, ad quae, singulis ferme annis, Nobilitas Principesque de Republica coguntur, quibus ipse saepe interfui, omne tempus conviviis compotationibusque terunt.

Inter pocula de Rep. consultant.

Quanquam, quod mirandum est, etiam crapula vinoque confecti, maximis saepe de rebus deliberant, longisque orationibus sententiam peragunt, ingentes interim pateras manu tenentes. Atque adeo id ultro eligi ab se tempus ajunt, cum fingere nesciant, & cum quisque, quod animus fert, vere ac simpliciter, non tecte ac simulate, promit. Sed de temulentia ac vini libidine cum supra [3], in memorandis Germaniae moribus, pauca attigerimus, id modo adjiciemus, Polonos hujus incontinentiae morbo Germanis ipsis gravius laborare. Caeterum, contra quam Germani faciunt, omnium amicitias appetunt, officiis etiam advenas provocant, ac, si commodi alicujus spes ostendatur, omni obsequio, omni assen-

1 Ita plane utrumque exemplar, implexiore quidem, sed tamen satis latina syntaxi: in qua vox *terra*, in sexto casu posita, a praepositione, ut loquuntur Grammatici, *cum* regitur; voces autem *situs* & *aditus* patrio casu efferuntur.

2 Qui unam Veterum auctoritatem atque usum in latino sermone, non autem analogiam, sequuntur, verbo *compotare* silent abstinere.

3 Lib. XV. pag. 108.

sentatione, omni studio gratiam aucupantur. Hospites juxta notos ignotosque ultro ac benigne invitant accipiuntque, magna comitate. Apparatis, pro praesenti facultate, epulis, liberis quoque, si ferat eorum aetas, & conjuge adhibitis, una discumbunt, hilariterque perpotant. Si vinum desit, quod tantum apud principes invenitur, aeque avide cervisiam hauriunt, communem genti potum, quem ex tritico ac lupulo in quandam vini similitudinem decoquunt: ac, si hospitis dignitas postulet, abeuntem etiam muneribus prosequuntur. Post Augusti regis mortem, cum de novo creando rege ageretur, ferveretque vehementer quorundam competitorum ambitio, & magnopere Commendoni Cardinalis animum ea cura urgeret, mihi universum prope obeundum regnum, ejus missu, & singuli appellandi Nobilitatis principes fuerunt. Hospitalissimos non ipsos solum, ad quos adivi, sed passim omnes expertus sum, sic, ut raro publica subierim diversoria, semper alicujus perhumana invitatione interceptus. Et Nobilitas, relictis plebi oppidis, dispersa per agros in pagis villisque suis habitat, quas, ut campus aut nemus aut fons aut fluvius illexit, locant: & plerunque non haerentes contiguasque, sed discretas & spatio circundatas aedificant domos, seu copia situs, sive adversus ignem remedium. Siquidem aedificia arida fere materia constant, ut, si flamma invadat, nulla ope arceri queat, nisi, proximis excisis tectis, grassanti incendio vacuum occurrat, coelumque patescat. Nec difficile apud Polonos linguae commercium. Nam non alia in gente plures reperias, qui Latine loquantur, inconcinne quidem ac minime polite, sed Latine tamen. Nobilitas, plebs, agrestes ipsique adeo rusticani homines, &, qui aeternam aratro agrorumque culturae operam impendunt, a pueris aliquid Latinarum litterarum addiscunt, usu atque exercitatione magis, quam arte aut doctrina: unde ante loqui, quam scire videntur. Neque enim pauci sunt, qui, cum bonos Latinitatis auctores nihil intelligant, quae in communem usum cadunt, effari haud incommode possint. Cum ipsi externas nationes, & maxime Galliam Italiamque, visunt, mirum dictu est, quam facile, quam brevi in alienos se formant mores. Linguam celeriter addiscunt, protinusque idem iis ornatus, idem cultus, eadem vitae ratio, eadem institutio: in jocis, in seriis, in omni denique actione nihil differunt ab iis, penes quos vivunt: ipsum compotandi studium, insitum illis, ita dimittunt exuuntque, ut vini cibique, quam nos, abstinentiores videantur. Sed, ut, tempori servire eos, & imitari alienos, non suos damnare,

Hospitales.

Latine passim loquuntur.

 mo-

mores, scias, regressi domum, protinus ad suetam licentiam poculorum revolvuntur. Quin res suas, patriosque vivendi ritus ita probant jactantque, ut non facile ullis officiis plus gratiae ab iis, quam probandis collaudandisque institutis moribusque eorum, ineas. Supellex ac domesticum instrumentum, etiam apud principes, modicum parabileque. Nondum scilicet nostrae in ea re luxuriae contagio ad eos permanavit, quibus ipsa jam aulaea, & acu picta Belgarum opera sordent, nisi auro niteant. Et quotus jam quisque est nostrorum procerum, qui mensas, lectos, vestem, qua singulorum conclavium parietes ad ornatum obducuntur, aliam, quam ex auro argentoque, &, qui modestissime, ex serico contextam adhibeat? Quis ex ipsa quoque plebe tam humilis, cui cubicula domus aurum imitantibus coriis non vestiantur? Quid vero? in lectos quam prodigiosi sumptus fiunt? Quid de signorum, quid de picturae studio dicam? Quam multi quina senaque nummum aureorum millia in unam tabulam prodegerunt (1)? Haec Polonis monstri similia viderentur, multum priscae frugalitatis adhuc retinentibus. Ipsi paucis tapetibus, circa mensam, quam in caenaculi angulo locant, suspensis, contenti, mensa ipsa, non quam strata magnifice, sed quam instructa opipare sit, reputant. Vasa tamen ministrandis cibis argentea adhibent, magni pleraque ponderis: nam mensas ipsi paucis, sed amplis, lancibus implent. Argentea item pocula varii operis, quae & auro oblinunt. Somnum medii inter binas culcitras capiunt, quarum in altera jacent, altera operiuntur, suppositis cervici binis item pulvinaribus. Totum lectum serico stragulo contegunt, nullo alio ornatu; & tam culcitras, quam pulvinaria, mollibus plumis infarciunt. Huic plumarum usui copiam praestat multitudo anserum, quibus regio abundat, quos persaepe vellunt. Laudatissima candidorum pluma, e collo & circa pectus avulsa, putatur. Minores nostratibus sunt, sed nequaquam tam segnes & terrae haerentes. Avolant enim gregatim longe ab domo in agros ad pascua, attolunturque alis in aera, ut volucres: unde esu sapidiores salubrioresque habentur. Et Polonis frequentes sunt in cibatu, qui in frusta caesos atro jure & multo pipere condiunt, avideque vescuntur. Anserum jecinora, lacte macerata, mirum in modum crescunt tenerescuntque. Lectis, feretri simillimis, perangustis utuntur, sic, ut non nisi unius hominis corpus capiant: unde non eodem lecto cum viro conjux cubat; sed lectos ipsos

Suos probari mores gaudent.

Modica supellex.

Lecti.

Anseres.

1 In utroque exemplari *prodigerunt*.

ipsos admotos per noctem spondis jungunt. Atque haec proceres potentioresque: nam vulgus tenuiorum [1] lectos non novit: quocunque stramento corpus ponunt. At contra in vestitu ingens eorum luxuria est: Non serica modo aureaque & argentea veste resplendent [2], sed vestem ipsam, ut supra attigimus, immensi pretii pellibus, per hyemem, subfulciunt; atque hoc genere cultus ita efferuntur, ut pellibus ostentandis, partem vestis a collo late in dorsum reflectant, Vngarorum atque Illyriorum ritu. Illud mirum, quod, cum ipsi purpura ostroque & variis laetisque coloribus nitere ac splendere velint, faeminae eorum non alio, quam nigro ornatu, &, non nisi primores, serico utantur. Juventus occiput, pene usque ad verticem, elegantiae ergo, abradit, caetera circuntondet; &, quo proceriores, quam sunt, videantur, cothurnis quibusdam, paulo altioribus, utuntur, quorum calcanea, ut assurgant, valida curvataque e ferro lamina muniunt: cum contra faeminae crepidatae incedant, ac ne suber quidem, ut subleventur, soleis inserant. Et, ut omnem a mulieribus incubuisse in viros luxum intelligas, ipsis in omnem se crapulam vinolentiamque largissime, ut docuimus, effundentibus, faeminae temperantiam colunt, & convivio adhibitae aut abstinent vino, aut, si invitatae coguntur, summis modo labiis libant, idque non lege aut metu paenae, ut olim Romanae priscae, sed sponte, & quia sic decere pudicas rentur. Sed, quae nulla vini intemperantia provehi, nullo infici fuco, nulla vestium luxuria notari videntur posse, easdem sine tibialibus ullis, sine cothurnis incedere suetas, & imis ac [3] nudis suris aureas gemmatasque armillas gestare accepi [4]. Sed hic mos obsolevisse penitus dicitur. Nunc certe, quod ego adverti, veste praelata fluxaque, & undique attingente verrenteque terram, utuntur, ut ne pes quidem appareat. Praeter vultum ac manus, nulla pars corporis patet. Non collum, non collo proxima nudant, contra quam Italicae mulieres fere faciunt, & faedissime omnium NN. quae non collum modo, sed mammas ipsas pectusque, pene ad umbilicum [5] usque, aperiunt, quasi offerentes se venditantesque. Quid enim aliud de nudantibus, quae velare maxime decet, credas? Capilli quoque NN.

Luxuria in vestitu.

Faeminarum temperantior usus.

1 Vtrumque exemplar *tenuviorum*.

2 Suspectae latinitatis esse hoc verbum docet Muretus lib. VI. Var. Lect. cap. 20.

3 In primo exemplari videtur hanc voculam delere auctor voluisse.

4 In secundo exemplari *accipi*.

5 Hic quoque, ut alibi, utrumque exemplar *umbelicum* praefert.

NN. faeminis non solum eximia arte componuntur, quod ferri jam posset, sed medicamine delibuti ita flavescunt, ut cani argenteique, non aurei ac fulvi, videantur. Quid inane studium nimiam atque indecoram proceritatem affectantium memorem? Soleas tam alte instruunt, ut per publicum incedere, nisi humero haerentis lateri ancillae nixae, non possint; ac ne sic quidem libere, sed, veluti compedibus implicitae, aegre vestigia moliantur: quippe ita exurgunt, ut viros ipsos capite tenus emineant: tantumque mos improbus valet, ut probas quoque atque pudicas trahat. Sed nos Poloniae instituta, non vitia nostra, tractamus.

Christianae pietatis laude excelluerunt.

Christianae pietatis laude cultuque haec gens haud parum excelluit. Auctoribus novarum opinionum, Hieronymo Pragensi & Joanni Husso, Bohemos ad furorem impellentibus, & vetera Sacrorum jura perturbantibus, Poloni, omni cum iis dirempto commercio, adeo severis legibus Catholicam Religionem sanxerunt, ut nihil ab tam propinquae pestis contagione hominibus suis adhaeserit. Quin Vladislaus rex ultro sibi a Bohemis delatum regnum repudiavit, negans, divinarum ceremoniarum pollutoribus imperare se velle: &, ne quid ex illa pravitate ad suos manaret, nec mercatores, nec quenquam ex ea gente, fines suos intrare est passus, cuius fidem sensumque de Religione exploratum non haberet. Quod si, quemadmodum ab hac ipsa haeresi ortum Lutheri scelus habuit, ita par cura arcendi ejus Polonos incessisset, magna custoditae incolumisque conservatae avitae sanctitatis gloria ferrentur. Quanquam Sigismundus quidem rex, vir cum caetera rectus, & rei suae probe gnarus ac prudens, tum eximia & constanti in rem Christianam fide, ne regnum suum dira temeraret lues, quam diu vixit, summum studium adhibuit. Qui (1) cum junctos sibi affinitate atque amicitia eos Germaniae Principes haberet, qui maxime Lutheri nefarios ausus fovebant; atque ii a Carolo Caesare desciscentes, concitis valentissimis populis, arma adversus eum moverent, & pro necessitudine crebris nunciis legationibusque Sigismundum, ut transiret in partes, maximorum praemiorum spe ostentata, sollicitarent, non solum nihil de pia & constanti sententia est motus, sed eos magnopere ad sanitatem revocare est conatus; perseverantibusque in furore exitum, quem calamitosum eorum res habuere, saepe praedixit denuncia-vit-

Sigismundi regis studium in Lutherana haeresi arcenda.

1 Hinc ad illum locum, cui infra respondet in margine „ Omnes in Poloniam sectae ingruunt „ descibi sunt caepta paene ad verbum ea, quae jam Gratianus in Commendoni Vita lib. II. cap. 7. scripserat.

vitque: & nec ipſe ſe in illud bellum interpoſuit, nec ſuorum quenquam militare ulli parti eſt paſſus. Quod apud Polonos [1], ex legibus ſuis, non ex regum libidine vivere [2] aſſuetos, & maxime libertatis [3] nomine gaudentes, non mediocris curae ac [4] diligentiae fuit. Sed [5] ne libera quidem ſuis cum Germanis commercia reliquit. Mercatores ut aditu in regnum non prohibuit, ita licentia invehendi, ac per colloquia caetuſque diſſeminandi peſtiferas [6] opiniones, acribus edictis ac paenis frenavit planeque coercuit. Quin ne parentibus quidem [7] mittere in Germaniam filios, diſciplinae ac litterarum cauſa, permiſit, niſi [8] in eas civitates, quas integras, nec ulla [9] nova ſuperſtitione pollutas eſſe conſtaret. Huic curae ſtudioque ejus moleſtum adverſarium experiebatur Albertum Brandeburgium, Societatis Thutonum [10] in Pruſſia Magiſtrum, qui, cum a religione defeciſſet, idem virus, quo Societatem ſuam non multo poſt oppreſſit, etiam in Polonia ſpargi cupiebat. Sed Sigiſmundus ſtudio [11] curaque id eſt aſſecutus, ut nullum, ſe vivo, ea peſtis incrementum caperet. Poſt mortem ejus, quae in annum MDLIIII. incidit, nec conſilium par nec animus ad eam curam Auguſto filio fuit. Ita ſpes erecta eorum, quibus per haec creſcendi materia quaeritur. Secutum filii matriſque diſſidium, quo regis legumque reſoluta majeſtas late aditum excubantibus in occaſionem Haereticis patefecit: continuoque omnis errorum ac perditarum opinionum cohors irrupit. Forte, amiſſa Iſabella uxore, (ea [12] Ferdinandi Caeſaris filia erat) in amorem Barbarae Radgivillae Auguſtus illapſus erat, cui mulieri, claro in Lithuania genere, ac principe familia natae, omnium re-

Ex diſſidio matris filiique patefactus Haereticis aditus.

Barbara Radgivilla irretit regem.

1 Ib. *Polonos, gentem.*
2 Ib. *viventem, & &c.*
3 Ib. ,, gaudentem libertate, non &c. ,,
4 Ib. *atque.*
5 Ib ,, tantumque omni tempore ,, ſtudii poſuit in eo, ne qua contagio peſtiferarum opinionum in ſuum ,, regnum manaret, ut ne libera quidem ſuis commercia cum Germanis reliquerit. &c ,,
6 Ib ,, novam religionem, acribus &c. ,,
7 Ib ,, quidem, quod antea fiebat, mittere in civitates Germaniae liberos, diſciplinae &c ,,
8 Ib ,, niſi quas &c. ,,
9 Ib. ,, illa pollutas eſſe lue conſtaret: quanquam huic curae ejus ,, mol. . adverſ . experiretur &c. ,,
10 Ib ,, Theutonicorum in Pruſia ,, &c. ,,
11 Ib. ,, hoc ſtudio curaque, quandiu vixit, ad ultimam vitae ſenectutem pervenit, ſi non inviolatum a peregrinis religionibus praeſtitit, certe incrementum ſumere eam ,, peſtem non eſt paſſus. Poſt mortem inde ejus, nec conſilium &c. ,, Non omittam monere, ex meo MS. Commendoni Vitae exemplari hunc editorum locum ſic eſſe corrigendum: ,, ad ultimam autem vitae ſenectutem &c. ,,
12 Ib. omittitur haec tota parentheſis.

rerum, quam famae, major ſemper cura fuit. Proſtrata pluribus pudicitia, ab iis ipſis, formam corpuſque & mollem laſciviam laudantibus, deductus ad eam primo rex ferebatur. Caeterum, utcunque potitus, adeo blanditiis & conſuetudine ejus eſt irretitus captuſque, ut brevi mulier, non contenta vi atque potentia, nomen quoque conjugii, & mox reginae appellationem affectarit. Idem Auguſtus ipſe eo impenſius cupere, quo plura adverſarentur, ut fere humanum ingenium vetita (1) flagrantius appetit. Id enimvero mater ſororeſque regis haud aliter, quam dedecus ingens domus ac dehoneſtamentum, averſari. Mater erat Bona Sfortia, Galeatii & Iſabellae (2) Aragoniae filia, illius, cuius injuriae funeſtam illam & (3) calamitoſam facem accenderunt, qua Italia, Gallorum petita armis, ac diuturno vexata (4) bello, omnis prope, patrum memoria, conflagravit. Bonae ingenio materni inerant ſpiritus, & minime muliebres curae, & viro aſſueverat, ab ſenecta ac miti natura, uxori obnoxio, ut non conſortem modo regni, ſed ſaepe arbitram ageret. Filium ipſum regem imperioſe habuerat. Eo exuentem matris obſequium impatientius ferebat (5). Et Barbarae amores ipſa exploratius norat [ut fere turpia faeminarum faeminis, quam viris, celerius certiuſque noſcuntur] & filio objectabat. Quae igitur ne honeſtam quidem & probam e privata domo nurum toleratura fuiſſet, ſcortum, uſque ad aemulationem ſui, nuptiaſque & regium nomen, quod ipſa jam ſpe ſatis polluiſſet, extolli, ferociter fremebat. Eo Auguſti animus magis accendi. Nec mora nuptiis fuit. Sed, quia non, ut conjugis, ita reginae quoque nomen ornatumque & inſigne regium tribui ab illo, aut, ne tribueretur, obſiſti interdicique (6) a matre poterat, niſi Senatus voluntas accederet [ſine cujus ordinis auctoritate nihil magnopere (7) in Rep. decerni, ex legibus Polonorum, poteſt] magnis jacturis conciliare (8) ac trahere ad ſe quiſque (9) Principum animos, ſingulorumque affectare ſententias. Auguſtus, *Suum cuique*, dicere, (10) *in deligenda uxore judicium, nec regem non aequa cum caeteris conditione eſſe debere: quae in matrimonii jus, in domum regiam,*

Bona Sfortia regis mater.

Rex pro nuptiis ſuis.

1 Ovid. Lib III. Amor. el. 4.
„ Nitimur in vetitum ſemper, cupi-
„ muſque negata. Sic interdictis im-
„ minet aeger aquis „
2 Secundum exemplar *Iſabilla*.
3 In Commend. Vita ac.
4 *Ib. vaſtata*.
5 Ib *tulit*.
6 Ib. *intercedique*. Omnino male.
7 Ib omittitur haec vox.
8 Subaudi *coepit*.
9 Hoc eſt, rex, regiſque mater.
10 Nempe *dicebat*, per uſitatam ſynecdochen.

gium, in fortunarum ac totius vitae ſocietatem recepta jam ſit, cur ei regium nomen, et par cum viro honos, qui mos in privatis quoque (1) *valet, negetur?* Bona adverſus

Bona contra filii nuptias.

haec, *turpitudinem nuptae, incontinentiam filii* objicere, &, *ſi juvenis, infirmitate lapſus, nominis ac decoris ſui curam abjeciſſet, publicam fraudem noxamque abeſſe debere, nec ipſos alienae intemperantiae participes ac ſuffragatores fieri. Scilicet reginam appellarent haberentque, quam nemo domi ſuae nurum, ob vitae probra, paſſurus eſſet?* (2) Vicit tamen reſpectus regis majeſtaſque; & conjux Barbara & regina appellata eſt. Caeterum, dum diſcordant ipſi, regia vis hebetatur, & impunitas & licentia dominantur (3). Ita regnum brevi ex leviſſimi cujuſque libidine peregrinis Sacris (4) noviſque opinionibus oppletur, diſpergentibus late virus multis novitatis doctoribus (ut nunquam deſunt, quibus captae errore mentes emolumento ſunt). At quo

Omnes in Poloniam ſectae ingruunt.

iſti licentius furore atque impietate graſſantur, &, patefacto ſemel aditu, omnibus omnium ſectarum monſtris patriam objiciunt, ſic, ut quicquid peſtiferarum opinionum Germania, Britannia, Helvetia, Gallia, per eos annos, adinvenerant, in Poloniam, uno ſimul veluti agmine, ingrueret, eo celerius feſſi plerique tanta varietate tam contraria docentium, & novas in dies ſingulos haereſum formas proferentium, recepere ad ſaniorem mentem animum, & paulatim ſeneſcere malum caepit, ita, ut jam penitus magna in ſalubriorem partem facta inclinatio videatur. Nam, ſicuti veritas, ſuis nixa radicibus, vetuſtate convaleſcit, vireſque

Veritas tempore convaleſcit.

[ut ille (5) ait] acquirit eundo, ita falſa aetatem non ferunt: evaneſcunt enim, ut fuco illita facies, quae brevi mora accerſitum ruborem amittit, palletque: &, ut eſt apud Euripidem, *Mendacium non ſeneſcit*. Rei militaris diſciplina perinde intenditur apud eos remittiturque, ac re-

Res militaris.

gum ingenia ſtudiaque ſunt, quorum ad exemplum populi mores componuntur informanturque. Verum & corpora genti, ut ſupra attigimus, patientia laboris, & animis quoque, ſi diſciplinae exactor dux adſit, praeſtant. Quippe dare hoſti terga tantum flagitium dedecuſque ducunt, ut nul-

1 In Commend. Vita omittitur haec vox.

2 Abeſt quidem & ab exemplaribus noſtris et ab Commendoni Vita interrogandi nota, quae mihi omnino neceſſaria viſa eſt.

3 Ib. dominatur.

4 Ib. „ ſacris inſtitutiſque et opinionibus novis oppletur &c. „

5 Virg. lib. IIII. Aen. v. 175. de Fama agens.

lo inde specimine redimi suique posse existiment. Quia plebs opificiis suis & fere servilibus operibus attinetur, tantum Nobilitas arma tractat. Vnde uni honor equestri militiae habetur; pedites contemnuntur, nec, nisi exiguus, in arcium praesidiis usus eorum est. Sed, ut pedestri pugnae iners Polonus, ita ex equo in hostem audacissime incurrit, prorsus ut, quod Tacitus de veteribus Sarmatis prodidit, omnis eorum vis extra ipsos esse videatur. Equorum affluit ac superest copia, passimque toto regno pascuntur greges. Iis minus, quam Germanicis, roboris, plus agilitatis inest. Armatus non idem omnibus. Paucis, nec, nisi opulentioribus, justa arma: caeteri brevi gladio ac praelonga hasta in hostem invehuntur, oblongum clypeum, quo obtegant corpus, infestis ictibus objicientes. Sagittarii item permulti, qui arcu, ut Scythae, e longinquo spicula jaculantur. Cristis & multo plumarum apparatu & versicoloribus ferarum pellibus seque equosque exornant, hastasque ipsas & scuta variis coloribus pingunt, hisque & ipsos excitari, & hostem terreri credunt. Atqui tantae esse opes gentis feruntur, ut supra ducenta equitum millia, si totius regni viribus gerenda res sit, habiturum in armis regem Poloni contendant. Tantae multitudini implendae Nobilitas sufficit. Huic credita arma; & sua impensa militandi, & regni fines tuendi onus impositum, pro pagis agrisque attributis, & tradito vitae necisque jure in eos, qui pagos ipsos agrosque colunt. Nec ulli vacatio militiae, praeterquam Episcopis & sacerdotum ordini, concessa. Si bellum extra fines regni geratur, stipendium militantibus rex praestat. Has copias atque hunc, vix credibilem, equitum numerum par plaustrorum carrorumque apparatus consequitur. His non solum impedimenta exercitus, commeatumque omnis generis imponunt, sed utiliter ad castra munienda utuntur. Nam, revinctis inter se nexisque, exercitum ita circundant, ut, addita fossa, prominentibusque ex usu propugnaculis, ac validis ad portas locatis stationibus, haud secus, quam muro objecto, ab omni hostili vi tuti agunt [neque enim transcendi, aut omnino perrumpi tam firmus carrorum ordo, nisi admotis majoribus tormentis, ut in justa maenium oppugnatione, potest]. In tam lato regno, neque opere neque natura munitas urbes ullas invenies; nec, tam vastis regionibus, ulli exurgunt montes, ad quos arduus atque difficilis aditus sit, patentibus ubique campis, et aequa ubique planicie occurrente. Credo, qui ne domos quidem suas, nisi raro, lateritias aedi-

Ducenta equitum millia. *Castra.* *Rarae muniones.*

aedificant, inopia calcis ac caementorum, & magnitudine sumptus deterreri. Ipsi, munire urbes, & latebras parare, sibi viribus atque animis diffidentium esse ajunt, &, non muris arcere, sed pectoribus, & hastarum cuspidibus repellere finibus suis hostes, id demum insigne virtutis opus censeri debere. Pauca tamen oppida, pro more gentis, operibus septa, & praesidiis firmata, Barbaris objecta habent, Vitepscum & Polozchum Moschis, Camenetiam Moldavis, Mariaemburgum (1) Saxonibus. Cracoviae regiam domum, in edito sitam (2) loco, munivisse sat ducunt. Regi in Rep. levem & accisam auctoritatem, atque omnem vim Imperii penes Senatum & Nobilitatem esse, & Poloni jactant, & fama distulit. Falso. Nam, etsi, haud improbando temperamento, & se regi, & regem legibus subjecisse videntur, tamen non tam alienis arbitriis obnoxium regium jus esse voluerunt, quam ne temere unius libidini infinitam potestatem committerent, caverunt. Primum, sicuti regnare, nisi delectum designatumque ab se, neminem patiuntur, ita praeteritam, si qua supersit, regum suorum stirpem, rari exempli fuerit. Deinde, nobilium libertatem dignitatemque ut munirent, sanxerunt, ne quem ex eo ordine capi, in custodiamque tradi, nisi ante jure convictum, liceret. Sed tamen & in ipso facinore deprehensos vinciri, ac in publicos carceres duci permissum: &, quia relictus hac lege locus fugae, spatiumque datum auctori sceleris se proripiendi videbatur, inventum est, quo judicii desertoribus frenum injiceretur. Si enim, dum quaestio peragitur, in caputque rei inquiritur, ille se fuga legibus ac imminenti damnationi subtraxerit, tum rex in absentis nomen infamiae telum distringit. Quae paena, propterea quod non ipsum solum consequitur, sed liberis, parentibus, familiae infertur, omni supplicio gravior ducitur: nec raro accidit, ut, huic declinandae aut abolendae notae, aeternaeque suae ac suorum ignominiae redimendae, ultro se damnatus morti obtulerit. Praeterea statuere quidem ac decernere de summa Rep. quicquam, nisi consulto Senatu, regem vetarunt (3); sed Senatum contra consulere, non praescribere regi jusserunt. Non stat enim senatorum sententiis rex, sed utitur; & decreta consultaque deliberantur a Senatu, a rege fiunt, qui & solus de singulis rebus ad Senatum refert, &, omnibus

Regis potestas.

Infamiae paena.

 au-

1 In secundo exemplari *Marieburgum*.

2 In utroque exemplari *sita*.

3 Dixi alibi, mihi *vetarunt* pro *vetuerunt* non satis placere.

auditis, omnium postremus, quid ipse sententiae habeat, promit, & rem aut decernit, aut in aliud tempus, si ei visum fuerit, rejicit. Hic ergo rector moderatorque Reip. ille monitor est; Senatus testis vitae actorumque est regis, non arbiter: denique regi non justo in suos imperio, sed iniqua dominatione interdictum est. Quid? quod Senatum non alius, quam rex legit? nec ulli aditus in eum ordinem, nisi per regem patet? Quid? quod ne habetur quidem Senatus, nisi rex cogat? nec cogendi alteri, quam regi, jus? nisi palam constaret, penitus ab eo Remp. negligi. Tum etiam regis partes Archiepiscopus Gnesnensis, qui idem princeps Senatus est, susciperet. Quid? quod nemo in Polonia honorum ullum titulum, quo a privato distingui possit, nisi beneficio regis habet, ac ne fortunas quidem honoribus pares? Neque enim gens aut aliam dignitatem, quam senatoris novit, aut senatorium locum tueri cuiquam, nisi ex fructibus & procuratione regiorum bonorum, facile est; & procuratio ipsa non haereditario jure filiis a parentibus transmittitur, sed unius regis est munus, uniusque liberalitati refertur accepta. Huic procurationi adjuncta jurisdictio est, cui qui praesunt, eorum lingua *Starostae* appellantur: & est non solum honorificum in primis munus, sed vectigalis tam uberis, ut ex quibusdam ad quindecim, atque eo etiam amplius, aureorum nummum millia percipere Starostae dicantur. Habere rex, pene singulis aut alternis annis, ut ex usu Reip. visum fuerit, Senatus & Nobilitatis concilium consuevit: &, si qua senatorum supplenda loca, aut regiorum bonorum procurationes, aut alii magistratus mandandi sunt (& sunt fere quotannis permulti) in hoc potissimum tempus rejicit; &, quos singulis muneribus praefecturus est, non ante renunciat, quam peractus conventus sit: idque ideo (1), ut, dum de postulatis suis, aut publicis aliis de rebus, consultatur, sua quenque spe ducat, speique obnoxias singulorum sententias habeat. Adde, quod ab omnibus omnium provinciarum magistratibus provocatio est ad regem. Sic & legum arbitrium penes ipsum, & res, fama, vita, nexque omnium in ejus sita manu sunt; & honorum & commodorum nulla cuiquam, nisi in eo, spes. Penes eundem arces, arma, jus militaris imperii. Publica item pecunia potestati ejus traditur, neque ad Senatum rationes, sed ad regem a quaestoribus referuntur, & quaestores ipsos rex deligit. His frenis facile, quo vult, agit, continet, flectit ac moderatur Remp. Itaque, si cui regum minus

1 In utroque exemplari *adeo*.

nus auctoritatis fuisse dicitur, ei non jus imperii, sed imperandi artes defuerunt. Superioribus quidem annis Stephanus Bathorius, non externus solum, sed humili, aut certe privato, natus loco, ascitus rex, gentem tam severa disciplina habuit, ut & bella gesserit composuer tque arbitratu suo, & potentis & plus aequo efferentis se familiae cujusdam ferociam ita fregerit, ut etiam capitale supplicium de juvene nobilissimo, imperiis ejus minus parente, sumere non sit veritus. Senatus autem, ut dixi, non à Nobilitate, sed ex Nobilitate a rege legitur, ac semel cooptatus, ordine, nisi contra Remp. fecisse arguatur, non movetur. Non tamen parentibus succedunt filii, sed in extincti locum rex, quem vult, sufficit. Senatores in duos dividuntur ordines, sacerdotalem & militarem. Sacerdotalem Episcopi constituunt, militarem Palatini & Castellani (sic enim ipsi Latine appellant, quos sua lingua *Vaivodas* & *Pannos* dicunt). Principes omnis publici consilii sunt Episcopi. Hi regis latera tegunt, hi primi sententiam rogantur, horum praecipua est in Rep. auctoritas: quae quidem tanta est, ut, licet perpauci, & raro plures, quam quinque aut sex, in senatu adsint, tamen, si consenserint, consensio eorum eam vim habeat (1), ut pars dimidia Senatus aestimentur. Nec Episcopi solum, sed ordo Sacris operantium omnis vacatione militiae potitur; & cum ipsi, tum bona eorum ita immunia liberaque sunt, ut in eos ne regi quidem juris quicquam sit. In Senatum recepti fere ex omnibus provinciis, qui dignitate praestant, & in omnibus provinciis Palatini Castellanique instituti; ne qua pars regni expers publici consilii sit, & pari omnes charitate, veluti pro communi patria, in medium consulant. Senatorum aliqui, quos rex asciverit, Aulam sequuntur, honoris & obsequii causa. In his fere sunt Cancellarius aut Procancellarius, ut ipsi appellant, quorum est dignitas & auctoritas par, nec, nisi nomine, differunt; & horum alter necessario sacerdotalis est ordinis: & quaestor & Marsalcus (is est regiae domus praefectus). Hi suam quotidie operam navant regi; alii item nonnulli, seu Castellani seu Palatini, quorum fides prudentiaque maxime probata regi sit: idque privatum consilium est illi. Interdum, si qua gravior causa incidat, etiam alios senatores per litteras consulit, &, ante alios, Archiepiscopum; cui in Rep. secundum regem, ab omnibus plurimum tribuitur. Polonis divitiae magis ex copia rerum, quam ex magnitudine pecuniae, cujus indigum se-

Episcoporum in senatu auctoritas.

Privatum regis consilium.

Pecunia.

1 In utroque exemplari mendose *habet*.

fere est regnum. Quippe neque auri venae sunt apud eos ullae, & argenti perexiguae, neque artes atque opificia, quorum operibus externum ad se attrahant aurum. Attrahunt tamen satis multum, frumenti frugumque aliarum abundantia, item mellis, cerae, picis, sebi (1), coriorum, cinerum, lini, sparti, salis, succini, multo item pecore, & boum equorumque armentis: quarum rerum magna vis e regno asportatur. Sed ipsi, caeteris rebus frugi, pecuniam omnem in vinum, aromata, vestem profundunt. Tria haec, quicquid quaestus ex agrorum ubertate fit, perdunt: atque his, veluti tribus gurgitibus, regni opes omnes hauriuntur. Vinum in Poloniam ex Moravia, Austria, & maxime Vngaria, plaustris advehitur, & longe optimum (2) ad Dantisci portum ex Gallia Hispaniaque & Rheno exponitur. Ab insula item Creta, quod Malvaticum vocant, allatum, praesertim dulce, summo est in pretio. Id Byzantium devectum, per Euxinum Pontum Danubii ostio infertur: inde terra per Moldaviam & Russiam adportatur. Hoc sumptu laboreque tantum maris terraeque emensum emitur, quo mens corrumpatur labefacteturque, & voluntaria insania accersatur. Proxima pecuniae clades ab aromatum luxuria, cinnamomi, piperis, garyophili, Indicae nucis, zingiberis (3), croci, saccari. His condiunt cibos omnes, pipere maxime & croco, sine quibus edere non est. At non aspergunt leviter obsoniis pulmentisque contritum piper, sed coacervant sic, ut gustari a non assuetis vix possint, mandi ne vix quidem. Vnde conjicere licet, quantum rerum, ad irritandam ebrietatem, ab ultimis Indis (4) petitarum, absumatur ab assidue & largissime convivantibus. De vestium profuso sumptu diximus supra (5). Non ipsi solum cultu excellere laetantur, sed, quos domi alunt, omnibus vestitum ipsi praestant, quem & materia eadem & colore esse gaudent. Et, quo tempore aut Regiam adeunt, aut ad concilia gentis conveniunt, magnam clientum ac familiarium circa se turbam habere, ac deduci & frequentari maxime appetunt. Atque hunc opum ac di-

In quae pecunia prodigitur.

Vinum.

Aromata.

Vestes.

1 In utroque exemplari *sevi*, & infra *bovum*.

2 In secundo exemplari *optimam*: in primo, erosa papyro, nescias quid fuerit.

3 Malim *zingiberi*. Plin. lib XII. cap. 7. de pipere: „ Non est, *inquit*, hujus arboris radix, ut ali„ qui existimavere, quod vocant zim„ piberi, alii vero zingiberi, quam„ quam sapore simile. Id enim in „ Arabia atque Troglodytica in vil„ lis nascitur, parvae herbae radice „ candida. „

4 Non *Indiis* exhibet utrumque exemplar.

5 Pag. 165. hujus Vol.

divitiarum fructum, hunc unum splendorem vitae norunt. In regis aerarium annis singulis ad septies centena aureorum nummum millia inferri dicuntur. Non magna summa, si amplitudinem regni, numerum equitum, opes & vires gentis aestimes. Verum non haec in usum belli, aut majores sumptus Reip. pecunia seponitur, sed tantum in regis ipsius cultum confertur. Nam impendia belli ex collatione & tributo, quod in concilio gentis decernitur, praestantur. Sic non parum est, quod regi tribuitur. Id quidem partim ex bonis, quae propria ejus sunt, partim ex portoriis variarum rerum, & maxime ex salis vectigali, percipitur. Nam Polonia, etsi a septentrione non nihil alluitur mari, mediterranea tamen terra est. Sed, ut marino sale penitus caret, ita incredibiliter terrestri abundat. Id eo videtur mirabilius, quod nulli montes sunt, a quibus excidatur, sed aequo in solo foditur, pluribus quidem in locis, sed nusquam uberius, quam circa Cracoviam. Quinque admodum ab ea passuum millia est oppidum, nomine Vislicia, subter quod lapidicinae salis sunt. Mirum dictu! Immane patenti super specu stare urbem colique! Vastae altitudinis puteus effossus est: per hunc suspensi fune homines, ad operas conducti, demittuntur. Et, ut intelligas, quo nos juventae ardor, & nimium lustrandi, & subjiciendi oculis omnia studium impulerit, ipsum me, cum ad visendum locum venissem, & aliquot una comites impetus incessit in profundam illam vastitatem descendendi. Supra puteum ingenti ac firme haerenti carrucae inditum pendet validum crassumque anchorale, quod machina colligitur evolviturque. Huic minora lora, sed & ipsa firma, injiciuntur adnectunturque. His, suo quisque, insedimus, & amplexu medium tenentes funem, sensim per inane demissi sumus. Ne cernatur altitudo, indeque vertigo pendentium oculis oboriatur, tenebrae & caecitas loci faciunt: quanquam accensam facem unus ministrorum, qui nobis datus dux monstratorque fuerat, manu ferebat. In imo depositis fundo, quo nulla coeli solisque lux penetrat, & veluti ex ingenti tubo in profundam noctem editis, nova quaedam rerum facies oblata est. Ac primo (quod omittendum non videtur) tepens illhic aer, nec aestu ullo infestus nec gelu. Et nos sic admoniti, detracta superiori veste, expediti descenderamus: qua quidem ego veste, quia brumale tempus, & altis omnia oppleta nivibus erant, more gentis, ferarum pellibus subfulta, ad arcendam vim frigoris, utebar. Verum sub terras conditis tanta reperta temperies, ut nihil ea veste opus fuerit. Deinde e longinquo reddita lucernis lumina,

Aerarium.

Salis copia.

Descriptio specus, ex quo sal effoditur.

Descensus in specum.

Tepor sub terris.

rara quidem, sed ab omni parte apparuerunt. Nam ad lucernam opus faciunt, qua singuli, qua bini ternique, ut res poscit. Et magnus aliis atque aliis locis operariorum in fodiendo excidendoque exercetur numerus; quorum plerique menses ipsos in labore, nunquam, diem aspicientes, perseverant, juxta opus cibum, juxta somnum capientes. At intenti operi, pallentia inter lumina, procul intuentibus inferinae umbrae, hinc atque hinc existentes, videntur. Caedunt salem excavantque, ut lapides, ferreis vectibus cuneisque, & magni ponderis malleis (est enim marmorea duritie). In certae mensurae fragmenta massasque excindunt, dimidiatae ferme columnae instar: quas inde, curribus impositas, trahunt ad puteum, indeque, quo diximus molimine, extrahunt. Quod veteres scriptores memoriae prodiderunt, salem intra specus suos levem, in lucem prolatum ingravescere, non est falsum: quod nobis custodes ejus experimento compertum affirmarunt. Colos (1) sali subniger, sed tusus, & in dulcem aquam conjectus, ahenisque excoctus, albescit. Nec tamen genus unum foditur. Nam & candens & fulvus, et, ut alumen, translucens (2). Atque hujus ea quoque commendatio est, quod, si cum pane edatur, lutei ovi, ad ignem tosti duratique, saporem reddit. Specus in omnes partes late patet: longae viae strataeque, & curruum orbitis contritae, quos currus, onustos sale, homines agunt. Superne fornices tegunt, &, sicubi ruinae periculum ostenditur, ligneis columnis suspenduntur fulciunturque. Columnae ipsae, ex situ diuturno, salso opertae musco sunt. Fontes quoque quidam, profluentesque pellucidarum aquarum scatebrae, & ipsae salsae, &, humentibus locis, pendentes e sale stiriae visuntur. Denique, quicquid oculis occurrit, quicquid pedibus premitur, quicquid manibus attingitur, nil, nisi lapideus sal. Nos, praelata face, vagati diu, & in plura progressi antra, cum demum, per declive, viae multum (3) descendissemus, ad alium devenimus puteum, priore illo, de quo dixi, altius defossum. Satis fuit, ad introspiciendam altitudinem, accensam in eum dejicere taedam, quae in tam vastam delata profunditatem est, ut visu quoque nobis terrorem incusserit.
„ Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames? „

Caeditur sal, ut marmor.

Etiam

1 Vtriusque exemplaris haec lectio est, quam non commovi, memor, Latinos veteres sic *colos* pro *color*, quemadmodum *honos* pro *honor*, dixisse. Lucretius lib. VI. v. 207. „ Flammeus est plerumque colos & splendidus ollis „

2 Supple *foditur*.

3 In secundo exemplari *multam*; in primo anceps lectio.

Etiam ne perforare hanc terrae molem, &, affidue terebrando, ipsos aperire nobis inferos, & eo quoque divitias raptum ire, avaritia & cupiditate amentes, conamur? Adeo ne perrumpere in viscera terrae juvat, ut Manium sedes & infernas opes scrutari non vereamur? An parum est partas scelere habere, & per scelera uti? Parum est ea quotidie facinora admittere, quorum nos sempiternae ab ultricibus flammis paenae post funera manent, nisi viventes quoque inferni regni claustra tentemus? Nos, remensi tandem iter, eodem, quo descenderamus, puteo extracti in lucem sumus: & non multo post Polonia decessimus (1). Nam Commendonus, aliquot ante mensibus, in Cardinalium collegium a Pio Quarto, Pontifice Max. lectus, acceptis honoris ejus insignibus, ut Germaniae conventui, quem Maximilianus secundus Caesar Augustae apud Vindelicos (2) erat habiturus, interesset, Pii ipsius litteris fuerat evocatus. Iter per Bohemiam fecimus, & intrantibus Pragam Pii quarti inopinata mors est nunciata. Peractis Pragae festis Natalis Christi diebus, perreximus iter, & Italiae jam fines attingentibus Pii quinti, novi Pontificis Max. tabellarii cum litteris occurrerunt, quibus Commendonus redire Augustam, & obire Germanorum conventum, &, ne quid detrimenti ab Haereticis Catholica res acciperet, operam dare jubebatur. Eo perfunctus munere, biennio post, iterum ad hunc ipsum Maximilianum, priscae pietatis jura minuere, & popularibus suis ingentis pecuniae pretio emptus, Lutheranae haeresis licentiam permittere parantem, est missus. Sed nos, quae gesta ab eo in utraque legatione sint, alio persecuti loco sumus, ac, si res poscet, infra memorabimus. Nunc seriem rerum Polonicarum interpellare non placet, ut omnia hunc potissimum in locum conferamus; si id modo, quod te, frater, omitti nolle satis divino, interjecero, me scilicet, hoc ipso tempore, a Pio quinto, Pontifice Max. Canonicum (3) Patavinum esse creatum.

Discessus ex Polonia.

1 Haec est utriusque exemplaris lectio, proba sane.

2 In secundo exemplari *Vindelecos*.

3 De Patavino Gratiani Canonicatu multis verbis egimus in adnotatis ad ejus vitam pag xxxiiii. et seq quod ille sacerdotium anno 1570. Pontifice Max. Pio V. iniit. At alterum Canonicatum, item Patavinum, a Gregorio XIII. an. 1577. fuisse illi delatum, ex hisce Cardinalis Commendoni apud me litteris, ad nobilissimam faeminam Claram Querinam datis, intelligimus: „ Clarissima Signora. Lunedì passato „ a li 22. io ricevei con l' Ordinario „ di Bologna la lettera di VS. di 13. „ sopra il Canonicato di Padova, che „ vaca per la morte di Monsignor „ Vescovo di Nona, bona memoria: „ ma non potei fare quello, che la „ mi richiede a beneficio del Signor „ Marino, suo figliuolo: perchè il

Quod collegium, ſive hominum dignitate, quibus conſtat, ſive opibus & vectigalibus, quibus & publice omnes & privatim ſinguli praediti ſunt, ſive amplitudine ac vetuſtate urbis, totius Italiae honeſtiſſimum habetur. A quo quidem Pio, qui longe omnes hujus ſeculi Pontifices, magnitudine animi, innocentia ac ſanctitate vitae, & gloria ſummo ſemper ſtudio cultae pietatis, anteceſſit, ſi longior illi vita ſuppetiiſſet, nihil non ſperandum eſſe mihi, quod aetas & captus meus ferre poſſet, videbatur. Id quidem ego ſacerdotium & inivi abſens, & abſens geſſi aliquot annis. Poſtremo, cum muneris ejus ratio praeſentis operae aſſiduitatem a me requireret, & mihi neque liceret diſcedere a Commendono, neque omnino liberet, ex auctoritate Gregorii XIII. qui Pio in Pontificatu ſucceſſerat, Jo. Franciſco Cauco, Patricio Veneto, Commendoni ipſius ſororis filio, tradidi. Sed nos plura de nobis loqui omittamus.

Selimus, rex Turcarum, Venetos bello aggreditur.

Quinto, poſtquam Commendonus, novo Cardinalatus inſignis honore e Polonia diſceſſerat, anno, qui fuit ab nato Chriſto MDLXX. nova illi redeundi in eam provinciam aborta occaſio eſt. Selimus, Turcarum rex, armis aggreſſus Venetos, inſulam Cypri iis ademerat, & Cretae & Corcyrae reliquiſque Adriatici ſinus inſulis ita imminere videbatur, ut ipſam quoque Italiam terrore concuteret. Pius quintus, Pontifex Max. Venetis quidem illatum, ſed cum Chriſtianis omnibus geri id bellum exiſtimans, non ſolum auxilia iis, quae potuit, ſtatim miſit, ſed magnopere contendit, ut ſibi Venetiſque Philippus, Hiſpaniae rex, certo faederis jure adjungeretur. Quod cum perfeciſſet, qui ad conſpirandum ſecum, idemque faedus ineundum, Maximilianum Caeſarem, & Auguſtum, regem Poloniae, ſollicitaret conciretque, Commendonum legatum ad utrunque miſit: qui, mora-

Commendonus iterum legatus in Poloniam.

„ giovedì prima a li 18. n' era ſtato „ diſpoſto, per avviſi venuti con huomini a poſta da Zara al Cedolini „ et ad altri: et fù il Canonicato ne „ lo ſteſſo giorno dimandato da molti: ma piaeque a Noſtro Signore di „ farne gratia al Gratiani, mio Secretario, ad inſtanza de l' Eccellentiſſimo Signor Iacomo Boncompagno. E' ben vero, che eſſendo ſtata „ data informatione a Sua Santità, che „ il Canonicato vaglia mille con cinque ſcudi, eſſa vuole mettervi ſopra una penſione, quale le parerà, „ che il Beneficio poſſa comportare, „ a doe figliuoli de l' Eccellentiſſimo „ Zacaria Salamoni; et per ciò hà „ dato ordine, che ſia mandato quà „ informatione di tutte l' intrate di „ queſto Canonicato. A me duole „ di non haver potuto in queſto caſo „ fare quello, che mi ha richieſto „ V. S. et ch'io deſidero di far ſempre a ſervitio ſuo et de la caſa „ ſua. Et Noſtro Signor Dio la conſervi et proſperi. Di Roma a „ li 22. Aprile 1577.

ratus, quantum res postulare est visa, apud Caesarem, ut alibi (1) a nobis traditum est, Vienna in Poloniam abiit. Et hic quoque acriter novi faederis societatisque causam agentem necopinata Augusti mors destituit. Vltimus hic Jagellonicae stirpis fuit. Jagello, quem, post suscepta Christianae fidei Sacra, Vladislaum appellarunt, Lithuanorum Princeps, Heduigis, Poloniae reginae, nuptiis, ut supra (2) ostendimus, est potitus, cum eo, ut Lithuania ipsa Poloniae contribueretur, idemque utriusque gentis rex esset. Huic filii duo fuere, Vladislaus & Casimirus. Vladislaus, natu major, patri in regno successit; sed, pari studio ab Vngaris quoque rex expetitus, apud eos fere vixit. Atque hic est Vladislaus, qui cum Amurathe, Turcarum rege, insigni aevi illius bellatore, ad Varnam adeo ancipiti praelio conflixit, ut, quanquam ipse, adverso Christianae Reip. fato, in acie ceciderit, tamen graviori prope clade concussus sit, qui victor evasit: & ipse Amurathes gratulantibus post victoriam suis, *Se vero tali pugnae eventu saepe vincere velle*, negavit. Poloni, amisso, in ipso spei atque aetatis flore, Vladislao, regem Casimirum fratrem crearunt: qui egregia quindecim filiorum sobole ex Elisabetha, Alberti Caesaris filia, est auctus, quorum virilis stirpis sex fuere, Vladislaus, Casimirus, Jo. Albertus, Alexander, Sigismundus, Federicus. Hic sacerdotio praeditus, Archiepiscopus Gnesnensis & Cracoviensis Episcopus fuit, & mox etiam in Cardinalium collegium ab Alexandro sexto, Pontifice Max. est cooptatus: & Casimirus, magna sanctitatis opinione juvenis, apud Lithuanos decessit. Vladislaus, natu maximus, Bohemis primum, deinde Vngaris rex datus, a quo nati Ludovicus, qui circa annum MDXXVI. ad Moncaciam temere cum Turcis congressus, admodum adolescens, in fuga occubuit; & Maria, quae Ferdinando Caesari nupsit, &, aviae faecunditatem aemulata, eum quindecim liberorum parentem fecit, quorum mares quatuor, faeminae undecim fuere. A Polonis Joannes Albertus, post patris mortem, rex constituitur, &, eo mortuo, Alexander, ad idem fastigium est evectus. Horum neuter suscepit filios. Ita regnum ad Sigismundum, Casimiri filiorum quintum, est delatum; atque hoc natus Augustus, in quo Jagellonis proavi genus defecit, cum, inter initia Jagellonis, & excessum Augusti, anni centum, & nonaginta intercesserint. Quo tempore Poloni, sicuti suffragiis suis deberi successio-

Jagellonis domus et stirps.

 nem

1 In Commendoni Vita lib. III. cap. 7. et 8.

2 Lib. XVI. pag. 144.

Poloni regnum in regio sanguine retinuerunt.

nem in patris locum a filiis voluerunt, ita nunquam vero libero suffragandi, cui vellent, jure potiti videri possunt. Nam (1) etsi id quidem tenuerunt, ut regem, nisi ab se creatum, non haberent, nec haereditati aut nascendi sorti regnum, sed sibi acceptum ferri, & (2) suum beneficium agnosci voluerunt, tamen constat, raro quenquam regum suorum filiis praelatum fuisse, mansisseque in iisdem fere familiis regnum, quandiu e regio sanguine virilis stirps superfuit. Et reges ipsi, ne filiorum dignitas in dubium (3) ac discrimen vocaretur, quicunque primus justo matrimonio eis natus (4) esset (nam pellicibus orti vix agnoscuntur) eum, vel infantem, designari regem successoremque sibi, haud magno negocio, impetrarunt (5), devinctis beneficio comparatisque Nobilitatis principibus, qui rem perficiendam susciperent. Ita gratia (6) & praesentis respectus regis in comitiis, quam libertas (7), semper plus valuit. Extincto demum Augusto, repetitam longo (8) intervallo libertatem, nemini jam ulla verecundia metuve (9) obstrictam, avide invaserunt, quae brevi, ut nulla modum tenere multitudo novit, in pravam periculosamque licentiam vertisset, ni seniores, salubri moderatione, praecipitem sustinuissent. Nam, ubi Remp. sine imperio, sine rectore esse, & silere leges, quarum exactor nemo existeret, sensere, primum singulae provinciae, pro se quaeque, conciliis habitis, publicae pacis servandae leges sanxerunt; deinde, collatis in commune consiliis, Nobilitas omnis in id data fide conspiravit, ut pro hoste patriae haberetur, impuneque (10) occideretur, quicunque, per interregni tempus, vim injuriamve (11) alteri intulisset. Quam (12) ad rem maximo usui Commendoni auctoritatem prudentiamque fuisse, quod cum illo plerique principum liberius multo, quam inter se, consilia communica-

Post mortem Augusti pacis causa conspirant.

1 Haec ad illa. *Ad haec ego*, quae sunt ante locum de periculis ex pestilentia, reperiuntur in cap. 2. lib. IV. Vitae Commendoni: ubi hoc capitis exordium est: „ Poloni etsi reges nisi „ ab se creatos non ferunt, nec haere- „ ditatis aut nascendi legi regnum „ &c „

2 Ib „ suumque beneficium facere „ agnoscique volunt; tamen, secuti „ aliarum gentium morem, raro q. „ r. f. f.. praetulerunt, mansitque „ fere in iisdem familiis regnum &c. „

3 Ib. „ dubio ac discrimine esset, „ quicunque &c. „

4 Ib. *nasceretur. nam* &c.

5 Ib. *impetrabant*.

6 Ib. *plus gratia*.

7 Ib. „ libertas valebat. extincto &c. „

8 Ib. *ex longo*.

9 Ib. *metuque*.

10 Ib. *impune*.

11 Ib. *injuriamque*.

12 Ib. „ & omnes quidem fatebantur maxime ad eam rem usui praesentem Commendoni &c. „

carent (1), atque ipſe paci maxime ſtuderet (2), omnes fatebantur. Cujus rei unum, ipſo ſtatim initio interregni, datum documentum, fidem omnibus affirmaverit. Sborovii fratres ſeptem (3), Martini filii, qui tum genere, opibus, aetate, gratia, clientelis plurimum in Rep. pollere videbantur, ad primum extincti regis nuncium, Cracoviam armati convenerunt, eo animo, ut, pulſo Firlejo Palatino, cum (4) quo ſummas ſimultates gerebant, arcem urbemque in ſuam redigerent poteſtatem. Hi juvenes, inde a paterna diſciplina, pravis imbuti erroribus, in Calviniana haereſi omnes erant, praeter Andream, qui, medius aetate, auctoritatem majoris natu inter eos ingenio atque induſtria obtinebat, tribuebantque ei reliqui plurimum. Hunc habebat Commendonus non ſolum conſuetudine atque uſu, ſed plurimis benevolentiae officiis devinctum, ab unoque maxime colebatur. Is ad Commendonum, qui (5), qua die Cracovia profectus fuerat, accepta (6) regis morte, apud Tignitium (7), decem inde millia paſſuum, ſubſtiterat, intempeſta nocte venit, illique ſuum ac fratrum conſilium occupandi Cracoviae arcem aperuit, ſperans, Commendonum, quia Firlejus Palatinus Haereticus caputque Haereticorum erat, rem conſilio adjuturum. Sed Commendonus, veritus, ne ea res veluti ſignum omnia vi atque armis agendi daret, & primus impetus ab egentibus & (8) praedarum cupidis in templa ſacerdoteſque fieret, cunctaque audacia ac (9) temeritas, conſilio atque (10) ratione excluſa (11), haberet, & regnum inde aut peſſimo cuique, per malas artes, pateret, aut lacerum plures occuparent, vehementer huic ſe conſilio objecit: &, cum Andreae oſtendiſſet, quantam invidiae flammam eorum familiae conflaturi illo facinore eſſent, quantum de multitudinis gratia amiſſuri eo tempore, quo non retinenda ſolum, ſed ſummo conatu captanda conciliandaque omnium ſtudia eſſent, quantam denique vim adverſariis (12) additurí, juvenem, de ſententia deductum, eadem nocte, ad continendos in officio fratres, ab ſe dimiſit. Jam inde ab ingraveſcente Auguſti morbo, cum timeri mors ejus caepiſſet, Commendonum major jam futuri regis, quam ſocietatis Turcici belli cura inceſſerat, cujus & prae-

Initium motus compreſſum.

1 Ib. „ reſque omnes communicabant &c.

2 Ib „ ſtudebat. cujus &c. „

3 Ib. omittitur haec vox.

4 Ib. „ quocum ſummas &c. „

5 Ib. omittitur *qui*.

6 Ib. „ & accepta. „

7 Ib. *Tegnitium*.

8 Ib. *ac*.

9 Ib. *&*.

10 Ib. *atque*.

11 Ib. *excluſis*.

12 Ib. *adverſ.... ſuis*. Atque ita in primo exemplari.

& praecisam eo statu rerum spem cernebat, & Haereticos, quorum neque in senatu, neque ad multitudinem, negligendae opes erant, occultis coitionibus multa senserat contra Remp. moliri, &, ut corporis sui aliquem ad regnum pertruderent, agitare. Ipsa enim capita consiliorum enunciata illi ab conscìis fuerant: quorum erat primum, ut rex non nisi Haereticus crearetur, aut certe, qui omnibus liberam de divinis rebus sentiendi disserendique, &, quae quisque probaret, Sacra habendi, facultatem permitteret: ac praeterea, ut, quae de Catholicis Haeretici occupassent, ea repetendi jus nemini esset; utque ministris Sacrorum suorum templa toto regno paterent, in quibus suo ritu rem divinam facere, ac de divinis rebus ad populum conciones habere liceret; aliaque item haud absimili furore. Atque in haec eos conjurasse, & egregie consentientes esse didicerat.

Prava Haereticorum consilia.

Quibus rebus eo magis movebatur, quo imparatiores ad omnia Catholicos esse intelligebat, qui, quanquam & numero & genere & opibus & causa longe praestarent, tamen somnus ad haec eos quidam & torpor habebat [1], & Haereticos plerique, quasi nihil aliud [2], quam sacerdotum potentiae, quae fere in invidia est, adversarentur, lente ferebant, nec eos, ut eversores Christianae pietatis, rerumque publicarum turbatores, oderant; quin mixti plerique Haereticorum factionibus consiliisque studia quoque eorum in Rep. aut sequebantur aut trahebant: quo fiebat, ut Catholicorum vis omnis magnopere hebesceret. At Commendono utrunque cordi erat, & ut Catholicus rex, & ut per [3] Catholicos crearetur. Id una assequendi ratio erat, dissipatos & [4] nihil in medium consulentes, reconciliare et jungere Catholicos, Haereticorum diffidia alere. Horum capita erant Joannes Firlejus et Petrus Sborovius, claris uterque familiis; uterque primos in Rep. magistratus gerens. Sborovius Palatinus Sandomiriensis [5] erat [6], Firlejus ad Marsalcatum [7] regni (praefecturae id est nomen) Palatinatum quoque Cracoviensem nuper adjecerat; eaque dissidii origo inter eos erat. Nam Sborovius hunc ipsum Palatinatum, sub regis mortem, summis studiis petens, cum suffragatorem Firlejum sperasset, aemulum competitoremque fuerat expertus: & rex, praeterito Sborovio, honorem ad Firlejum, concubinae gratia commenda-

Catholici fere torpent.

1 Ib. *invaserat*.
2 Ib. *al. . . . . agerent*.
3 Ib. *pariter per*.
4 Ib. *ac*.
5 Ib. *Sandamiriensis*.
6 Ib. omitt. *erat*.
7 Ib. *Marsschiallatum*.

datum, detulerat. Quae res Sborovium, suopte ingenio vehementem ac concitum, nec unquam animi satis potentem, ad hostiles iras odiaque in Firlejum accenderat. Atque haec simultas opportune diduxerat Haereticorum vires, maximumque, ad Catholicum regem creandum, momentum attulisse satis constat: & Commendonus, eam e Rep. esse simultatem [1], palam ferens, omni arte fovit aluitque. Sborovium [2] per Andream fratrem monuit: *Adverteret animum ad Firleji consilia; in ejus domo occultos caetus haberi, & haud* [3] *dubie illi* [4] *coqui, ac per idoneos & callidos homines* (nec erat aliter) *conciliari regnum*. Hoc metu injecto, Sborovius, quo inimicum omni spe dejiceret, aperte, pro Catholico rege creando, Catholicis se junxit. Inter Catholicos, qui honore, divitiis, auctoritate caeteros [5] anteibant, Episcopi a senatu se, publicisque muneribus ad privatarum rerum curam receperant, clamoribus Haereticorum audaciaque deterriti, aut [6] cum iis consilia miscuerant. Nam Franciscus Crasinius, Episcopus Cracoviensis, qui paulo ante mortuo Padnevio successerat, se Firlejo tradiderat; quippe [7] qui paribus itineribus, & aeque turpi concubinae commendatione, ad eam amplitudinem pervenerat. Petrus Miscovius [8], Episcopus Plocensis, magnae vir prudentiae eloquentiaeque, taedio, ut ferebat, turbarum, deserta Republica, pecuniae suae incubabat. Jacobi [9] Vcangii Archiepiscopi [10] id erat ingenium, & eam de se suspitionem fecerat, ut nihil ei fidendum esse videretur. Reliqui Episcopi hos fere sequebantur, aut inopia inopiaeve simulatione, domi attinebantur. Vnus erat Stanislaus Carncovius [11], Episcopus Cujaviensis [12], qui nec [13] adversa fama in Rep. versabatur, &, pro sua fide, mansurus in bonorum partibus, nec pecuniae nec labori parsurus, ut sui specimen, tempore tam necessario, daret, videbatur. Atque in eo & usus Reip. & promptus aptusque tenendae multitudini sermo erat, prorsus, ut bono publico futurus popularis videretur, nisi videri ipse nimis cupivisset. Ita enim ferri se interdum secundo favore vulgi patiebatur, ut a bonis etiam consiliis abduceretur, modumque non facile te-

Haereticorum inter se dissidium utile Reip.

Episcopi.

Stanislaus Carncovius Episcopus.

1 Ib. haec vox omitt.
2 Ib. *ac Sbor.*.
3 Ib. *aut*.
4 Ib. *illis*.
5 Ib. *caeteris*.
6 Ib. *haud*. sane mendose.
7 Ib. hoc ad usque *Petrus Miscovius* omitt.
8 Ib. *Miskonius*.
9 Ib. haec vox omitt.
10 Ib „ Archiep.. mores ingeniumque supra tradidimus. Reliqui &c. „
11 Ib. *Carnovius*.
12 Ib. *Chioviensis*: at secundum exemplar *Caiaviensis*.
13 Ib. *neque*.

teneret, animo nunc erecto & confidenti, nunc fracto ac demisso, ut flaret reflaretve [1] multitudinis aura. Sed, famae cujuscunque, dum magnae, avido, major tamen bonae cupiditas inerat. Is & [2] sponte sua Commendonum reverebatur, unique maxime probari actiones suas optabat, & Commendonus ita dexter hominis ingenium tractavit, ut perstudiosum sui semper habuerit; ac saepe gloriae aestu abreptum continuit [3]. Erat in [4] Catholicorum principibus clarum & [5] Alberti Laschii nomen. Is, paucis ante annis, privato sumptu consilioque, comparato exercitu, tentata Valachia, experientis ac providi ducis famam tenuerat, &, large profuseque donando, maxime militares viros trahebat; ac ne in concionibus quidem & conciliis [6] infacundus [7], haud parvam nobilium juvenum gratiam collegerat: inter primos regno destinatus, si, repudiatis externis regibus, proceres suos Poloni respexissent. Inter hunc & Commendonum, inde a prima legatione ejus, instituta amicitia, usu & benevolentia in omnia familiaritatis jura pervenerat. Nam Laschius & adventanti in Poloniam extra fines regni occurrerat, et, sive in Regia sive in via, praeter caeteros, omnibus eum officiis coluerat: nec in Rep. quicquam, non consulto prius Commendono, caepisset. Hunc et Cujaviensem [8] Episcopum certis amicitiae faederibus ita conjunxit, ut uterque, datis, ipso [9] coram, dextris, fidem jurejurando obligarit [10], neminem, nisi quem alter quoque probasset, regem accepturum, arbitriumque Commendono detulerint [11], si ipsis [12] de eo non convenisset. Addidere, ut consilia de rege omnia et inter se uterque, et cum Commendono communicarent: qui in magno inde negocio habuit quamplurimos Catholicorum, &, ante omnes, Andream Sborovium huic faederi, cujus ipse sequester esset, adjungere. Quo factum est, ut Catholicis [13], ad Haereticorum vim audaciamque coercendam, duces non defuerint, & regis non nisi Catholici creandi explicata constitutaque consilia essent, & Commendonus ipse omnium non particeps solum, sed veluti rector & moderator fieret.

Albertus Laschius.

Conciliati inter se Catholici.

Ad

1 Ib. *reflaretque*.
2 Ib. omitt. &.
3 Ib. *continueris*.
4 Ib. & *in*.
5 Ib. omitt. &.
6 Ib. *in concil*.
7 In secundo exemplari *infacandus*, neque aliter in primo legeret, cui non satis familiaris Gratiani manus esset.
8 In Commend Vita *Chiovienſem*.
9 Ib. „ coram ipso dexteris &c. „
10 Ib *obligarint*.
11 Ita utrumque exemplar; etsi proxime in utroque *obligaris*.
12 In Commend. Vita *ipſi*.
13 Ib. *e Cathol*.

a

Ad haec ego consilia, frater, ita adhibitus sum, ut, cum inter longe distantes locis, & alios alia in provincia habitantes, agitarentur, mihi ad singulos adeundum, & maxime ad eos itandum fuerit, qui cum Commendono sensus suos in Rep. sociaverant, sic, ut totum id interregni [1] tempus, quod varie annum ipsum extractum est, ego per continua itinera transegerim. Quibus itineribus omnes mihi peragratae latissimi regni gentes nationesque sunt, magno non solum labore, sed etiam discrimine, quod tanta, ea aestate, valetudo pestilentiaque ingruerat, ut tot provinciarum nulla expers teterrimi morbi fuerit; quo ingens sane mortalium numerus, maxime e plebe, est absumptus. Quia major in frequentissimo quoque oppido ex contagione strages edebatur, proripiebant se passim cum liberis & conjugibus in agros silvasque; atque hic, structis ex arborum ramis tuguriis, aestum nocturnumque rorem & coeli injurias arcebant. Sed loca sola petentes, soli, ipsi non erant. Itaque, praeter vim mali, quo alii alios, sive contactu sive afflatu, inficiebant, etiam fame incommodisque aliis premebantur. Incidi ego aliquando silvestri in pineto in horum agmen, non sine periculo, quia aegre a rheda, qua vehebar, nec, nisi versis in eos intentatisque sclopis, summovebantur. Tendentibus inde manus, aerumnisque suis & supremae miseriae opem implorantibus, cum stipem pecuniamque projicerem, negabant, usum ejus ullum esse sibi, quod ab omnibus aditu commerciisque prohibiti, jam ne in domos quidem suas oppidumque, unde profugerant, recipiebantur. Tum panem cibariaque, quae in usum meum meorumque ferebantur [nam in publicis Poloniae diversoriis nihil hospitibus, praeter tectum, & avenam & faenum equis, praebetur] jaci jussi. Ad id vero in terram se abjicientes, terramque osculantes gratias nobis agebant. Certe ego, nunquam me largitum egenis quicquam majori promerito, memini. At, circa Andreoviam, minoris Poloniae oppidum, etiam tetrius spectaculum incurri. Declinans moenia, intra quae gravissime laborari acceperam, flexi ad sinistram iter. Aufugerant ex urbe magna pars populi, quos inde ita invaserat pestifera lues, ut pauci, & haud scio an ulli, evaserint. Strati, maxime circa viam, erant agri cadaveribus, tabo jam fluentibus: nec superstites ulla cura sepeliendi suorum corpora tangebat, similem vitae suae exitum jam jamque expectantes. Mihi, in

Pericula ex pestilentia.

1 In utroque exemplari *iterregni*.

re tam faeda, tam terrifica, deprehenso, non aliud scilicet consilium fuit, quam, incitatis quadrigis, propere periculo me, & periculi aspectu fuga eripere. Atrox certe res, & cujus etiam cogitationem horreas! Adeo diffusum erat malum, ut Commendonus, saluti meae jam magnopere timens, domi me retinuerit, nihil tanti esse sibi ferens, ut vitam meam tam ancipiti periculo objectaret. Tandem huic calamitati finem attulit tempestivus adventus hyemis. Nam octobri mense, afflare ab aquilone praegelidi ac tenues venti, & maxime salubres, caepere. Iis discussa statim oppressaque dirae contagionis labes, & universo simul regno sua reddita sanitas. Secuta est hyems, apud ipsos quoque Polonos, frigoris magnitudine, insignis. Tam solide constricti glacie amnes, ut ego, Dantiscum profectus, saepe media Vistula, quod est maximum Poloniae flumen, curru devectus sim. Vestium & ferinarum pellium munimento facile vis frigoris a corpore arcetur, & iisdem pellibus vultus quoque caputque munitur. Caetera jucundum hyeme per poloniam iter. Quippe Polonicus currus, cujus est ovalis forma, & undique egregie occluditur oppilaturque, detractis rotis, trahae imponitur, &, parvo equorum labore, per duratas gelu nives, quibus stratae viae campique sunt, cursu tam leni delabitur, ut non mollior Venetiis cymbarum gestatio sit, nec insulse *terrestrem navigationem* Commendonus appellaret. Sed nos ad consilia, quae de creando novo rege agitabantur, redeamus; quae [1] quidem sic Commendono praeparata praemunitaque, ut exposuimus, in Polonia erant.

Frigida hyems.

Vectatio per nives.

Conblium de rege eum Lithuanis:

In Lithuania, quae magis faedere ac legibus, quam animis, Poloniae adjuncta erat, etiam certiorem asciscendi Catholici Principis rationem instituerat. Duae in ea gente familiae longe caeteras opibus ac dignitate anteibant [2], Radgivilla & Cothchievicia [3]: atque hae (quod fere fit) aemulatione potentiae in Rep. diffidebant. Harum principes erant Nicolaus Christophorus Radgivillus, & Joannes Cothchievicius [4]. Nicolai hujus pater Catholicae Ecclesiae adeo infensus infestusque fuerat, ut opes, quibus reliquos regni princi-

Radgivilli.

ci-

1 Quae sequuntur sunt ipsa capita III. V. VI & VII lib. IV. Vitae Commendoni: nisi quod alio ibi initio Gratianus est usus, hoc nempe: ,, Atque ,, haec sic comparata praemunitaque ,, in Polonia Commendoni cura ac industria fuerant. At in Lithuania ,, [pars haec altera regni est, magis ,, foedere ac legibus, quam animis ,, Poloniae adjuncta] etiam certiora ,, creandi regis consilia habebant. ,, Duae &c.

2 Ib. *tum ant*...

3 Ib. *Cotchevicia*.

4 Ib. *Cotchevicius*. itemque infra saepe.

cipes longe est supergressus, ad evertendam Christianae pietatis fidem, omnes contulerit, hasque, nuper conflatas, de Sacrorum ratione (1) opiniones non invexerit modo in Lithuaniam primus, sed per omnes Poloniae provincias unus maxime disperserit. Filii huic quatuor fuere, quorum (2) natu majorem Nicolaum, admodum adolescentem, in Germaniam, ut in Calvini doctrina, quam ipse maxime sectabatur, institueretur, misit. Sed juvenis, ubi sapere per se aliquid caepit, inconstantia sentiendi Haereticorum offensus, averterat (3) a paternis erroribus animum, & confusus opinionum varietate, magis tamen quid fugeret, quam quid sequeretur, inveniebat. Nam Catholicae disciplinae rudis plane atque expers erat. Sic affectus, patre mortuo, cum, lustrandi studio exteras (4) nationes, in Italiam Romamque venisset, ac subjecisset oculis, quae longe secus tradita ab impietatis magistris acceperat, cum aliorum proborum hominum, tum maxime Commendoni consuetudine sermonibusque commotus, adeo Catholicae fidei placita mente amplexus est, ut in patriam reverso nihil prius fuerit, quam sublatum a patre verae pietatis cultum restituere, & suas sacerdotibus res honoremque, ejectis novitatis doctoribus, reddere. Fratres (5) inde ita imbuit bonis opinionibus, ita in priscae pietatis studiis educavit, ut alter eorum, Georgius nomine, etiam (6) sacerdos & Episcopus Vilnensis fuerit, & mox a Gregorio XIII. (7) Pontifice Max. petente Stephano rege, in Cardinalium numerum relatus. Et primus Lithuanorum eum honorem in familiam patriamque suam intulit filius, cujus pater, ad conturbanda Sacrorum jura, divinasque ceremonias polluendas, pravissimarum opinionum atque haeresum disciplinam primus importaverat (8). Atque eum honorem ita gessit, ut religionis (9), probitatis, totiusque sacerdotalis vitae specimina egregia dederit. Cothchievicius haeresis (10) labe infectam primam juventam egerat: maturior aetas saniorem attulerat mentem; & ab eodem Commendono penitus cum Ecclesia matre in gratiam fuerat reductus. Quibus obstricti (11) pietatis vinculis uterque ei, ut decuit, parentis cultum atque observan- Cotchievicius.

1 In secundo exemplari omissa a Librario fuit haec vox, nec ab Gratiano addita.

2 In Commend. Vita omittitur *quorum*.

3 In secundo exemplari *averteret*.

4 In Commendoni Vita *caeteras*.

5 Ib. *fratresque*.

6 Ib. omitt. *etiam*.

7 Ib. omitt. *XIII*.

8 Ib. *importarat*.

9 Ib. *innocentiae*.

10 Ib „ eadem haeresis. „

11 Ib. *obstrictus*.

tiam tribuebat (1). Inter ipſos nulla propria ſimultas: disjuncti (2) magis familiae, quam ſuo diſſidio, erant. Hos, in quorum manu ſita Lithuana (3) res eſſet, jungere amicitia gratiaque Commendono in magno negocio fuit; aſſecutuſque eſt, ut etiam diligerent inter ſe, & ex eo cum Nicolai (4) patruo (5), Vilnae Palatino, a quo hoſtiliter diſſenſerat, in gratiam Cothchievicius rediret. Cum hos igitur Commendonus haberet ſui perſtudioſos, ac nihil non tuto committi ab ſe eorum fidei intelligeret, ſaepe, vivo adhuc Auguſto, ſed jam graviter decumbente, cum utroque, ſeparatim ab altero, occultos ſermones de Catholico creando rege, deque obviam eundo Haereticorum conatibus, ſi Auguſtum morbus oppreſſiſſet (6), contulerat: &, cum quaerendum externum regem conveniret, quando neminem eſſe in (7) popularibus appareret, cui ſe caeteri ſubjecturi eſſent, ſatis exploratis eorum ſenſibus, mentionem de Maximiliani Caeſaris filiis intulit: eos eſſe adoleſcentes longe nobiliſſima totius Europae ſtirpe regum Caeſarumque genitos, indoliſque (8) probae, atque ea aetate, quam facile ad Poloniae mores formaturi eſſent. Maximiliano enim egregia ſoboles ſex filiorum erat, quos Maria mater (Philippi haec regis ſoror erat) ſanctiſſima diſciplina inſtituerat, permittente viro conjugi educandorum (9) liberorum curam, & charitate ejus, & Philippi reſpectu, cui ſuam ſuſpectam religionis fidem eſſe ſciebat. Primus Radgivillus, cujus familiae vetus erat in Auſtrios ſtudium, nudavit animum, monuitque Commendonum, eodem Cothchievicium perduci poſſe, vel auctoritate ejus, vel metu Moſchorum Principis, cum quo graves inimicitias gereret, & quem antea, ob (10) Auguſti orbitatem, ad Poloniae res ſciret aſpirare. Cum is quoque Commendono eſſet aſſenſus, via ac ratio perficiendae rei ineunda ſtatuendaque erat. Dicitur dies, quo (11) omnes ſimul in colloquium venirent: &, quia res premenda ſilentio erat, ne, ſi ad Commendonum conveniſſent, aut (12) interpellarentur, aut productus, quod neceſſe videbatur, in multas horas ſine arbitris ſermo ſuſpitionem praeberet, proximam deligunt ſilvam, in quam (13) Commendonus per dies aeſtivos exi-

Commendantur Maximiliani Caeſaris filii.

Congreſſus de rege cum Lithuanis.

1 Ib. *exhibebat*.
2 In ſecundo exemplari *diunjuncti*.
3 In Commend. Vita *Lithuanica*.
4 Ib. *Nicolao*.
5 Ib. *quoque patruo*.
6 Ib. *extinxiſſet*.
7 Ib. *e*.
8 Ib. *indolis*.
9 Ib. „ omnem educ. . . . . filiorum „ curam &c. „
10 Ib. *ab Aug. . . . orbitate* &c.
11 Ib. *qua*.
12 Ib. omitt. ad *productus*.
13 In ſec. exempl. *qua*.

exire, paucis comitatus, animi causa, solebat. Eo uterque Princeps, cum singulis servis a pedibus, venit: & Commendonus ipse, me uno assumpto comite, quem solum conscium consilii habebat, rheda vectus, ad condictum tempus adfuit. Servis traditis equis, atque opperiri cum auriga jussis, in maxime abditum silvae locum est secessum. Data acceptaque fide, & a me quoque exacto jurejurando, postquam diu collocuti, omnia satis expedissent, tandem in haec est ab omnibus consensum: Vt Lithuani unum e Caesaris filiis, quem ipse dedisset, Magnum Ducem [sic enim suum ipsi regem appellant], Polonis non expectatis, statim crearent; pro creato, si res posceret, viginti quinque millia equitum in armis haberent [nam rudes illae gentes ad pedestrem militiam tantum equestri bello habiles sunt]. Neque vero (1) dubium habebant, quin Poloni, Lithuanorum praejudicium secuti, quod ante in Sigismundo primo aliisque fecissent (2), eundem regem & ipsi acciperent. Cupiverunt Lithuani non creare solum sibi separatim a Polonis regem, sed etiam habere, memorantes detrimenta, quae perpessa (3) eorum Resp. ab hostibus suis esset, ex quo se Polonis junxissent: proque eo vehementer contenderunt. Sed Commendonus, si hae gentes in duo dividerentur regna, neutrum satis firmum fore ratus, ac veritus praeterea, ne mutuis inde se bellis atterent, tenuit, ut ejus rei arbitrium Caesari permitteretur. Privatim illi sibi nihil cautum voluerunt, publice haec postularunt; Vt Lithuanis salvae suae leges inviolataeque manerent; Lithuaniae magistratus, praefecturae publicaque alia munera nemini, nisi Lithuanis mandarentur, externi omnes excluderentur; quod agri paulo ante Augustus, Lithuaniae ademptum, Polonici juris fecisset, id Lithuanis restitueretur; Episcopos non Princeps daret, sed Canonici, prisco more repetito, liberis suffragiis eligerent. Id juris suaserat Commendonus adimi regibus, expertus, non optimos, & scientia divinarum rerum & religione spectatos, ab iis, sed, quos gratia aut ministeria aulae commendassent, Episcopos dici solere; unde eos, non custodes legum, errantiumque regum monitores, quod antea fuerant, sed beneficio speique obnoxios, plerunque regum ipsorum nutibus cupiditatibusque, nihil discernentes, aequae an iniquae essent, servire: ex quo maxima Ecclesiastica res damna detrimentaque accepisset. Haec

Statuta cum Lithuanis.

Postulata Lithuanorum.

1 Ib. *enim*.
2 Ib. *factum esset*.
3 Ib. *passa*.

Haec omnia, ficuti acta ftatutaque inter ipfos erant, rogatus (1) Commendonus, ut in Italiam rediens ad Caefarem, quem ex itinere conventurus erat, referret. Si Auguftus mortem ante obiiffet, quam ille e Polonia decederet, tum me, qui haec eadem ad Caefarem perferrem, Viennam ftatim mitteret, ipfe, omiffa profectione, futuri regis comitia in Polonia opperiretur: five autem me, feu (2) Commendonum ire ad Caefarem contingeret, ipfi ftatim aut per eundem me, aut per litteras, quibus conventum erat, notis fcriptas, ac certis hominibus, qui tuto perferrent, datas, de Caefaris voluntate edocerentur: quo dictis fides fieret, uterque chirographo fuo promiffa firmaret. Atque ita a colloquio eft difceffum. Nec multo poft Auguftus Varfovia Chnifinum, ad fines Lithuaniae, deferri voluit; ubi, aggravante morbo, ut fupra docuimus, vita exceffit. Et Commendonus, Varfovia profectus, lento itinere, id (3) ipfum opperiens, venerat Cracoviam; ubi illi praefto Andreas Sborovius aliique (4) fuere amici, orantes, ne, imminente cafu regis, Poloniam relinqueret, cum illius maximus, graviffimo Reip. tempore, ufus effet futurus. Commendonus, aliquot moratus dies, ne diutius terere fruftra tempus, ac mortem Augufti captare videretur, Cracovia eft profectus. Vix duarum horarum iter progreffum nuncius, exceffum afferens regis, affequitur. Ergo apud Tignitium (5) [monafterium, id eft ad (6) decem millia paffuum a Cracovia] fubftitit, & , ut conftitutum cum Lithuanis habebat, eadem nocte, me ad Caefarem proficifci, juffit. Profectus magnis itineribus, feptima die attigi Viennam, quo tamen mortui regis fama [qua nihil eft in talibus rebus celerius] meum adventum antecefferat. Deductus ad Caefarem, & cupide ab eo & perhumaniter acceptus, quae acta conftitutaque cum Lithuanis erant, quoque modo, quaque folertia Commendonus & junxiffet amicitia inter fe, quos vetus aemulatio diductos haberet, & in eam fententiam perduxiffet, &, quos praeterea e Poloniae proceribus in idem confilium praeparatos haberet, expofui: executufque inde alia, de ftatu rerum, quae factiones, quae factionum capita, quo cujufque fpectare confilia crederentur, qui certi competitores regni, quibus cujufque petitio niteretur, denique, qui maxime Caefari, quaque ratione, conciliandi effent, differui. Addidi poftre-

Miffus ad Caefarem Auctor.

1 Ib. *rogatur*.
2 Ib *five*.
3 Ib. omitt. *id*.
4 In fec. exempl. *aliifque*.
5 In Commend. Vita *Tegnitium*.
6 Ib. omitt *ad*.

ftremo consilium, Commendoni verbis, legationem quamprimum, quammaxime splendidam mitteret; legatos homines spectatos, nec nisi Catholicos deligeret [ad Catholicos enim, ac per Catholicos rem omnem (1) dirigi agique oportere]; Laschium, pollicentem operam, misso statim nuncio litterisque, liberali oratione confirmaret; pecuniae quoque aliquid ei, qua retinere (2) maxime militares viros posset (3), summitteret; aut ipse Vienna Vratislaviam [Silesiae haec est urbs, imminens Poloniae finibus] transiret, aut Ernestum filium [huic enim regnum petebatur] cum aliquot equitum turmis mitteret; ante omnia, maturaret Cothchievicio & Radgivillo mentem aperire: si enim hinc occuparent Lithuani regem renunciare, hinc in Polonia Laschius cum valida factione consurgeret, & Caesar ipse, aut filius, ex propinquo arma opemque faventibus promptam ostentaret (4), ante filium ejus regem futurum, quam alii commovere se, aut explicare sua consilia possent; &, quod alterius regni instar esset, de manu Catholicorum liberum, nullis novis pactionibus, nulla nova lege, contra quam Haeretici molirentur, obstrictum regnum habiturum. Sed cuncta praevertenda celeritate esse, dum nova, nec dum (5) satis cognita libertas, & turbatae & immaturae res opportunam intento audentique occasionem praeberent: atque in eo verti totius consilii summam (6): si enim multitudini spatium trahendi sub arbitrium suum Remp. daretur, difficiliora omnia fore: a Germanorum enim nomine Austrioque vulgo mirum in (7) modum abhorreri. Caesar non attente solum, sed avide etiam, omnia audivit, meque ad quintum Viennae diem, percunctando quotidie, quaerendoque de singulis, detinuit. Postremo, cum effuse gratias Commendono egisset, missurum se dixit propediem in Poloniam legatos, ut ille monuisset; iis de omnibus rebus mandata daturum, futuraque omnia cum eo communia; neque se ab ipsius consiliis, sapientiae & fidei plenis, discessurum. Cum hoc dimissus responso, non, qua veneram, sed longe diversis itineribus, mihi penetrandum in Poloniam atque ad Commendonum fuit, quod omnes jam in regnum aditus, certis militum stationibus, undique custodiebantur. Hi non arcebant modo aditu exteros, sed excutiebant etiam ac scrutabantur omnia. Et mihi cavendum illud quoque, erat,

Commendoni consilium Caesari allatum.

Responsum Caesaris.

1 Ib. *moram*.
2 Ib *ratione*.
3 Ib. *cogere posset*.
4 Ib. *ostentarent*.
5 Ib. omitt. *dum*.
6 Ib „ summam credere Commendonum. „
7 In sec. exempl. *immodum*. &c.

Deviis itineribus in Poloniam reditus.

erat, ne mea ad Caesarem profectio vulgaretur, ne qua inde incommoda de nobis suspitio multitudinem, quae jam (1) sola dominabatur, incesseret. Comparatis pecunia ducibus, maxime deviis ac silvestribus viis, itinere facto, in Siradiensem Palatinatum, cui (2) Laschius, amicissimo in nos animo, praeerat, & quo se Commendonum recepisse acceperam, tutus inobservatusque perveni. At (3) Maximilianus Caesar (4) me cum eo, quod supra memoravimus, responso dimisso, longe aliam, quam qua (5) oportuit atque ostenderat, petitionis viam est ingressus, ab iis primo in errorem inductus, quibus mos est omnia ad voluntatem Principis loqui, quique grata, quam vera, afferre auribus malunt. Tantum enim spei assentatores ei (6) fecerant, ut prope expectarit, ut priores ad se Poloni legatos mitterent, regem (7) sibi ab eo dari postulantes (8). Id adeo persuaderi sibi est passus, ut, cum ego, adhortans eum ad rem accelerandam, plerosque dicerem alieni ab eo animi haud (9) parva indicia dedisse, & nomina etiam quorundam ederem, ipse, simulare eos, mihi responderit, quia rogari ab se, & carius aestimatam operam suam venditare vellent. Deinde, sive tantas Catholicorum opes haudquaquam esse crederet, quibus niti petitionis suae spem vellet, seu pronus in Haereticorum causam animus rebus eorum faveret, hos promissis pellicere, atque omni conatu adjungere sibi constituit. Sed totum consilium nihil aeque, ac tarditas ejus & procrastinatio, turbavit. Natura enim cunctator rem tantam, nisi praetentatis exploratisque omnibus, incipere non ausus, celeritatem, in qua perficiendi negocii unica spes erat, ita omnem remisit, ut multos (10) dies expectando novos e Polonia nuncios, qui certiora afferrent, movere quicquam distulerit, &, morantibus iis, quia clausa omnia, nec intrare fines, nec egredi ulli per custodes licebat, certos ipse homines de suis in omnes provincias cum litteris & mandatis miserit (11). Jam ante Cracoviae, in concilio (12), quod Minores Poloni (13) Nobilitatis suae provinciae de communibus re-

Caesar petitionis suae rationem evertit.

1 In Commend. Vita *tum*.
2 Ib. omitt. ad *quo se*.
3 Ib. omitt. *At*.
4 Ib. omitt *Caesar*.
5 Ib. omitt. *qua*.
6 Ib omitt. *ei*.
7 Ib *regemque*.
8 Ib. *postularent*.
9 Haec & sequens vox omitt.
10 Ib. *& multos*.
11 Ib. „ ad primores cujusque regio-
„ nis tentatum exploratumque ani-
„ mos miserit. „
12 Ib „ eodem Conc.. a quo lega-
„ tos ad Commendonum missos osten-
„ dimus, initium &c. „
13 Hunc ego locum vacare mendo non putabam; adeo mihi sive abunda-
re

rebus habuerant, initium nudandi animos erat factum. Ausus enim Joannes Miscovius pro sententia dicere, *A Caesare, vicino ac finitimo Principe, & Polonico nomini amico, in tam dubiis rebus, petendum consilium esse*, adeo aversis auribus auditus, adeo a tota concione increpitus fuerat, ut parum abfuerit, quin a conventu (1) ejiceretur. At eorum, quos Caesar ad explorandum miserat, alii cum in stationes militum, custodiendis finibus dispositas, incidissent, capti, ac proximis traditi senatoribus sunt, alii ab iis ipsis, ad quos adiverant, callide caventibus, ne quid proprii consilii cum externis habere crederentur (quod maxime (2) invidiosum ad multitudinem erat) in concionem producti, dicere palam, quid (3) venissent, sunt coacti. Qui enim aut accepisse litteras, aut separata colloquia cum illis habuisse dicebantur, ii in magna invidia ac suspitione erant, ut etiam Caesaris fautores litteras proferre, ac nunciorum verba prodere necesse habuerint, ne, omni inde apud multitudinem auctoritate dejecti, jacerent. Et eodem tempore Abbas (4) quidam Cisterciensis familiae (5), nomine Cyrus, qui multos annos apud Augustum Ma-

Capti Caesaris nuncii.

Cyrus orator Caesaris captus.

re sive deesse in utroque exemplari omnino aliquid videbatur. Postea diligentius singula expendens statui nihil in eo, nisi perspicuitatem, desiderari. *Minores Polonos* igitur eos ab Gratiano appellatos reor, qui essent ex Minore Polonia, cujus princeps urbs Cracovia est. Hos concilium *Nobilitatis suae provinciae*, hoc est, Nobilium suae ipsorum provinciae, nempe Minoris Poloniae, de communibus rebus habuisse dicit, in eoque concilio initium nudandi animos, &, quid nonnulli de Caesare sentirent, aperiendi, esse factum. De iis certe, qui Minores Poloni hoc loco appellantur, Gratiani mentem me assequutum, declarat Commendoni litterarum die 12. Sext. Cracovia datarum, haec particula: „ Se in quella provincia [*di* „ *Lituania*] si viene a far la elertione di Gran Duca, il negotio è vinto, massime in questi dissidii, che già „ cominciano fra i Maggiori & i Minori Poloni, havendo i Minori annullati tutti gli atti del Convento generale di Lovix, dove sono stati „ non solo i Maggiori, ma ancho alchuni de i Minori, & inditto ne essi „ un altro a li 24. di questo a Cnissin . . . . . ; Da che è necessario, che „ nascan molti disordini; e già i Signori di Polonia Maggiore si metton' in arme &c.

1 Ib. *concilio*.

2 Ib. *tum max.*.

3 Ib *ad quid*.

4 Ib „ Monachus Cisterciensis, Cyrus nomine, qui &c. „

5 Fuerit sane Cisterciensis familiae Monachus hic Cyrus: at Georgius ille, quem in primi Voluminis pagina 200 ejusdem familiae Monachum fuisse Gratianus adfirmavit, certe non Cisterciensis, sed S. Paulli eremitae Monachus fuit. Testatur, praeter caeteros, Sfortia Pallavicinus, in Historiae Concilii Tridentini libro XIII. idque ex Actis consistorialibus. Sed Florentini coenobii hujus Cistercienses Monachi, a me ea super re haud ita pridem interrogati, nihil familiae suae cum Georgio umquam fuisse responderunt. Atqui scire debuerunt, praesertim de Cardinale commemorabilique virtute praedito viro.

Maximiliani orator fuerat, cum, deposito Monachi cultu, in militari sago [1], ne noscitaretur, plerosque Principum prehensando [2] circumiret, a Joanne Costca [3] in Prussia comprehensus, in custodiam est traditus; interceptaeque cum eo litterae commentariaque publice sunt recitata, quibus & pecuniarum promissiones, & aliarum pactiones rerum continebantur. Hi omnibus regni partibus deprehensi nuncii, quasi manifesti corruptores, tantum invidiae incendium in multitudinis animis adversus Caesarem Austriamque familiam excitarunt, ut gravi se suspitione onerasset, quicunque ejus filiorumve mentionem fecisset; ingentemque multitudinis gratiam Costca aliique traxerunt, qui nec accepisse litteras, & nuncios a secreto colloquio repulisse ferebantur. Iisdem pene necessitas imponebatur rem a Caesare, spreto ab se laesoque, avertendi. Toto, per haec errata, perverso & corrupto ordine atque consilio rei, alienatisque maxime multitudinis animis, mittendae quoque legationi, dum praemissi redirent e Polonia nuncii, diuturnam moram interposuit, ut, cum in regnum legati ejus venere, jam suum cuique staret consilium, initaeque & inter se & cum exteris certae de rege pactiones faederaque a plerisque essent. Legati fuere praestantes sane viri, ac regni Bohemiae longe principes, Guilelmi [4] Rosembergius & Pernesteinus [5], quibus, magno ac splendido comitum numero, in Poloniam adventantibus eadem fere, quae praemissis antea nunciis, fortuna occurrit.

Sero missi legati.

Cognito enim illorum adventu, Petrus Sborovius, Palatinus Sandomiriensis (is maxime aversus a Caesare semper fuerat) ex auctoritate Senatus obviam ad fines fuit, ac primo eos conatus est aditu in regnum arcere, petens, ut dum gentis concilium, quod comitiorum causa habituri essent, cogeretur, in Poloniam ne intrarent, quando ante illud tempus audiri ipsi publice non possent. Instantibus tamen legatis, ut Caesaris mandata, utrisque regnis utilia, ad Senatum ordinesque afferentibus pateret in Poloniam aditus, ita Sborovius assensus est, ut Sandomiriam deductos, dissimulata quidem, sed diligenti, custodia habuerit, ut nec adire ad eos, se inscio, quisquam, nec suos ipsi alio uspiam dimit-

Legati aegre admissi.

1 Ib. *vesto*.

2 Malim *prensando*. Usitatius certe est.

3 In Commend. Vita *Costa*; neque aliter infra. Optima lectio esset *Kostka*. Et fortasse Joannes hic fuit pater sanctissimi adolescentis Stanislai, qui an. 1568. migravit ad superos, quatuor nempe annis ante, quam haec, de quibus Gratianus agit, contingerent.

4 Ib *Gulielmus*.

5 Ib. *Pernestenius*.

mittere, nisi aut consulto aut certe sciente se, possent. Id aegre passi legati, ubi Sborovium senserunt infensiorem Caesaris rebus, quam ut ullis promissis conditionibusque vinci posse sperarent, eo forte ad conventum, qui ejus provinciae equitum habebatur, profecto, ipsi, nemine consulto, appellatove (1), Sandomiria, ante lucem, discesserunt. Quod cum nunciatum Sborovio equitibusque, qui convenerant, esset, missi propere ab iis, qui legatos ab instituto itinere retraherent. Ita unius diei viam progressi consistere coacti, ac, praesidio equitum apposito, datoque negocio, ut alioquin eis necessariarum rerum copia suppeteret, ac benigne in speciem, atque hospitaliter haberentur, arctius etiam, quam antea, custodiri sunt jussi. Quae res eos magnis difficultatibus affecit Caesaris jussa patrandi, cum jam nec iis invidiosius suspectiusque esset quicquam, & nemo ob id adire aut alloqui eos auderet. Et, quanquam summissere clam aliquot e suis ad sollicitandos maxime Haereticorum principes, tamen, cum, dempto libero commercio, nec cum Commendono congredi, nec colloqui cum praeparatis antea amicis possent, quin omnis de Caesare filioque spes corrueret, sustineri non potuit. Cupivere 2) illi quidem magnopere, ut, quando intercluderentur ipsi, ne convenire Commendonum possent, ego penetrandi ad eos rationem aliquam inirem, deque eo clam cum Cardinale & mecum egerant. Sed magni res consilii erat. Namque adeo septi ipsi custodiis, adeo obsessae viae omnes, eo ferentes, habebantur, ut occulte pervadendi spes nulla ostenderetur, & conandi discrimen anceps. Quippe non modo mea ipsius salus, sed Cardinalis dignitas, & negocii totius summa in eo periclitabatur. Tam incensis enim irritatisque adversus Caesarem multitudinis animis, si tentata res non successisset, par inde videbatur indignationis atque invidiae flamma in nos eruptura. Veruntamen, ut nihil omissum a nobis, nihil inexpertum relictum videretur, certam ex casu occasionem sumpsimus. Inciderat forte in morbum apud nos Aloysius Justinianus Venetus, ille, qui paulo post Patriarcha Aquilejensis est designatus, vir cum genere & virtute praestans, tum Commendono fide ac necessitudine conjunctissimus; & medicus noster, Cracoviam iis diebus profectus, aberat, & Neapolitanum quendam, nomine Lamam, artis ejus scientia nobilem, qui Ma-

Legati clam abire conantur.

Difficile adire Legatos.

Tentatur occasio adeundi legatos.

1 Ib. *appellateque*.

2 Haec ad locum de Lithuania, consilium mutare coactis, praetermissa sunt in capite V. Commendoni Vitae, quod totum huc translatum esse supra monuimus.

Maximiliano Caesari Viennae operam navabat, ab eo legatis traditum, in Poloniam cum iis venisse acceperamus. Visa justa ad praetexendum causa, cur ego ad legatos mitterer, rogatum, ut medicum nobis commodarent. Et dignitas aegri, & anxia Commendoni cura, & inopia talium ministrorum, ut operae pretium videretur, efficiebant. Palam profectus, recta ad ipsum Sborovium Palatinum, tridui inde itinere, perrexi: qui, per Andream fratrem, quem ego ante conveneram, adventu meo cognito, misit, qui me perbenigne suis verbis invitarent, honorificeque hospitio acciperent. Atque ea die, quasi fessum de via, quiescere me voluit. De postera, deductum ad se, data, ut mos genti, dextra, discumbere jussit, & sane familiariter, *Antequam*, inquit, *colloquamur*, *aequum est hospitali mensa sanciri inter nos amicitiam*. Peracto demum convivio, quod lautum & apparatum fuit, cui alter Palatinus Lublinensis, & senatores praeterea tres, & Andreas (1) frater adhibiti sunt, ministris remotis, dicere me, quid venissem, jussit. Ego, quam potui apte, & Justiniani dignitatem, & familiae ejus amplitudinem, & intimam cum Commendono amicitiam, & gravitatem morbi, & ex eo incensos dolore ac metu nostrum omnium animos, & medici, quem petitum veneram, doctrinae atque usus praestantiam exposui; postulavique, ut adeundi legatos potestatem mihi faceret. Belle res composita contextaque videbatur. Sed profecto cum haud minus callidis negocium nobis fuit. Palatinus, cum, & permolestum esse sibi casum tam justae Commendoni sollicitudinis, ostendisset, collaudata item ejus erga tam praeclarum virum, tam amicum, tam omnibus sensibus conjunctum, pietate, *Se quidem nihil libentius facturum* dixit, *quam ut morem ei mihique gereret: ac, si plane in eo perstarem, non permissurum modo se mihi, sed daturum itineris duces, daturum equites, qui eunti redeuntique praesidio essent: sed tamen etiam atque etiam monitum me velle, viderem, quid rei agerem, quid susciperem; quam id suspectum Polonis tempus, quam nihil tuto externis tum credi existiment homines, quam omnia timenda circunspiciendaque illis essent, ne me quidem fugere: sed, cum ab omnibus finitimis regibus cavendum sibi, tum maxime suspectam Senatui Ordinibusque Poloniae Maximiliani Caesaris esse fidem, quem insidiari eorum Reip. & largitione, promissis, ac non bonis artibus affectare regnum ex nunciis, chirographis litterisque ejus, quas intercepissent, ita com-*

Causa belle composita, Palatinus appellatur.

Palatini responsum haud minus callidum.

1 In utroque exempl. *Andrea*.

compertum exploratumque haberent, ut etiam praesidiis custodiaque circundare legatos ejus necesse habuerint, ne vagari, ac libere, cum quibus vellent, colloqui, neve muneribus & pactione pecuniarum tentare ac labefactare animos, & omnia corruptelis miscere ac polluere possent: ad hos si ego adirem legatos, perinde vulgo Polonos esse habituros, ac si ipse cum iis Commendonus Cardinalis congrederetur; neque enim eum esse me, quem ad accersendum medicum hoc tempore missum credituri essent homines: quid autem haec parere suspitio in tanta multitudinis licentia tantaque rerum omnium impunitate posset, me pro mea prudentia satis intelligere: at ipsum se, cujus fides cognita spectataque patriae suae esset, ad colloquium admittere me sine arbitris non esse ausum, ac, dedita opera, vicinos illos, qui adessent, senatores, primarios viros, accersivisse, ut, non nisi iis coram, me audiret: Commendoni quidem eximium erga Polonos & plane patrium animum praedicari, & pari nomen ejus gratia apud omnes ferri: quanti haec illi, & quam tuenda hoc tempore foret, judicari a me melius, quam dici ab ipso posse: & se quidem, quod in re gravissima consilii habuisset, amice atque ingenue prompsisse: quid autem ego statuerem, mei judicii esse. Provectus inde impetu, ut erat sui parum potens, & aperto liberoque ingenio, *Renuncia*, inquit, *meis verbis, Cardinali, si quid forte spei de Caesare Caesarisque filio animo illius adhaesit, eam ut abjiciat. Nam nimis multi sumus, quibus vivis, nunquam ex illa familia quisquam regno apud nos potietur.* At ego, ex his perspecto satis hominis animo, paucis in hanc sententiam respondi: *Quam simpliciter cum eo egerimus vel inde conjecturam facere eum posse, quod adire ad legatos ne conati quidem, nisi de ipsius scitu voluntateque essemus: consilio ejus, quod & prudens & ab optimo profectum animo intelligerem, me usurum, & profectionem ad legatos penitus omissurum: sed, quod coram cum iis acturus de medico fueram, id aut per litteras significaturum, aut ipse de suis aliquem, si videretur, mitteret, qui, verbis nostris, id a legatis postularet.* Vtrunque se facturum recepit, & litteras missurum, & eas certo homini perferendas daturum. Ita ego, haud dubie intimo pudore suffusus, qua veneram, ad Commendonum reversus sum.

At Radgivillus & Cothchievicius, qui conventis cum Commendono staturi, multa in illud (1) consilium apud Lithuanos praestruxerant, cognito, Commendonum in regno esse, Lithuani mutare consilium coacti.

1 In Commend. Vita „ id consl. in Lithuania praestruxerant &c. „

esse, ac me statim profectum magnis itineribus Viennam contendisse, diu, quid Caesar statueret, expectarunt. Ac prius moram ipsam pro re omissa acceperunt. Post, ubi nuncios ejus pluribus locis interceptos, Cyrum captum, litteras publice recitatas, legatos pene in custodiam traditos, abalienatos omnium animos, & Caesarem ipsum & fautores ejus in summa invidia malaque fama esse, intellexere, nec tamen sibi ab eo litteras aut nuncios venire, & gravi rumore laborare rem, quod uni ante omnes Haeretici appellari ambirique dicerentur, unique eorum, Zafragnetio nomine, qui, repudiato, contra (1) Majorum morem, senatorio loco, ab Senatu ad equites transierat, magnaeque ob id illius in eo ordine opes erant, triginta nummum aureorum millia oblata remissaque ab eo dicebantur, penitus ab inito consilio recesserunt; &, ut omnia sibi quammaxime integra essent, operam dederunt. In Polonia autem cum idem de Haereticis & (2) Zafragnetio percrebuisset, additum iis, quae supra attigimus, adeo Catholicorum animos a Caesare avertit, ut Cujaviensis & Laschius, qui duces se praebituri Ernestum dicentibus regem erant, spretos se posthabitosque querentes, mutata voluntate, cum Sboroviis pro Henrico, Galliae regis fratre, societatem conjunxerint. Itaque, cum ventum ad comitia est, & copia fuit legatis, cum quibus vellent, colloquendi, ne ipsi quidem inficiabantur, exigua stare spe, quod Caesar pro non dubio, asseverantibus, qui assentati cupidini ejus fuerant, crediderat. Ac tum demum senserunt, quam peccatum ab eo fuisset, qui in re gravissima adulantium somniis decipi se passus, non, ex Commendoni sententia, omnium studia consiliaque celeritate antevertisset. Tum sero & ipsi & Caesar, his cognitis, blandiri Catholicis, quos antea neglexerant; tum litterae, manu Caesaris scriptae, veniebant, tum magnifica promissa ingerebantur, cum facta in aliam partem inclinatio sustineri amplius nequiret. Ad haec incommoda, etiam proditi ab suis dicuntur. Nam, qui ab Germanorum Principibus iis, penes quos creandi Caesares jus manet, legati suffragatum Ernesti petitioni advenerant (3), dehortando privatim, quod publice orabant, contrariis orationibus haud parum offecisse Caesaris rationibus sunt crediti. Legatos quoque ejus, ut gentis principes, magnus nobilium Bohemorum numerus se-

Abalienati a Caesare Catholici.

Proditus etiam a suis Caesar.

1 Ib. omitt. ad *senatorio*.
2 Ib. haec et sequens vox omitt.
3 Ib. *venerant*.

fecuti (1) fuerant. Hi, commercio linguae, quae eadem eft utrique genti, crebros cum Polonis fermones mifcebant (2), & large vino, ut mos illis, indulgentes, invicem fe amice ac familiariter colebant. Et Bohemi [credo, confpecta fpecies magnae libertatis in Polonis, arbitriique regem fibi deligendi, defiderium ufurpati quondam ab ipfis quoque ejufdem juris, iramque adempti refricabat] memorando priftinam Bohemiae dignitatem, fpoliatofque ea fe, & gravibus praeterea tributis vectigalibufque premi querendo, aliaque, quae fere populi indignantur, incufando, monebant Polonos, ne in idem jugum ipfi fe ultro induerent (3). Quae, a follicitis ac fufpitiofis facile credita, haud leve momentum, ad deterrendos a Caefare multorum animos, habuiffe putantur.

Competitores regni.

Competitores erant regni permulti, claro omnes genere. Neque enim (4) faepe accidit, ut Imperium, ea amplitudine, ftet, nullo certo fucceffore, alienae ambitioni expofitum, ceffurum ei, quem multitudinis favor, fallax (5) femper atque inconftans, praetuliffet, quae ne norat quidem aut viderat unquam eos, de quibus tantum judicium factura, quibus fummam de fe poteftatem traditura erat, folam famam, vel ex vano levibufque auditionibus hauftam, vel callide fictam jactatamque fecutura. Primus, fermone vulgi, Mofchorum Princeps ferri eft caeptus, cujus regnum, Polonis finitimum, a Boryfthene, quo fere a Lithuanis dirimitur, ad ufque ultimas feptentrionis plagas, ignotafque gentes & glacialem (6) oceanum latiffime patet, atque inde a finibus Suetiae (7), ac Finlandiae finu, per feras plerafque ac barbaras nationes, ad Cafpium mare Tanaimque flumen extenditur, Scytharum quoque populos aliquot, proximis annis domitos, continens. Hunc vota magis, quam ftudia hominum expetebant. Sicut enim, conjunctas fub unius imperium regis tot gentes nationefque habere, magnificum Polonico nomini omnes rebantur, ita regis ipfius faevum at-

Mofchorum Princeps.

que

1 Ib. „ *fecutus fuerat. &c* „

2 Ib. „ mifc. . unaque convivia celebrantes. „

3 Ib *inducerent*.

4 Hujus loci, certe paullo obfcurioris, haec eft fententia. Ideo Polonici regni competitores multi erant, quod raro acciderat, ut tantum Imperium, quantum Polonicum eft, vacuum ac fine certo haerede ac fucceffore [nam certe in Jagellonica ftirpe, proxime in Augufto rege exftincta, ducentos prope annos perpetua fucceffione perftiterat] petitorum ambitioni expofitum, atque ab imperita multitudine deferendum, pateret.

5 Ib. omitt. ad *praetuliffet*.

6 Tum Commendoni Vita, tum utrumque exemplar *glaciale* praeferunt.

7 In Commend. Vita „ Suecise & Fitlandiae &c. „

que atrox ingenium, & impotenti dominatui, omnibusque soluto legibus assuetum, reformidabant. Quidam filium ejus respiciebant, dictum (1) Sigismundi regis memorantes, (2) *Polonis e septentrione petendos reges*. Sed neque Moschus, ab insita superbia, legatos, qui peterent, misit, & utriusque mentionem Cothchievicius, cujus supra meminimus, privatis etiam odiis illi (3) infensus, auctoritate sua discussit. Proximus huic rex Suetiae (4) fuit, qui (5), quia sororem Augusti in matrimonio, atque ex ea filios habebat, & peropportune duo regna adversus Moschum, communem hostem, conjuncturus erat, haud vana spe in eam petitionem descendere videbatur. Atque hunc, jam inde a paterna defectione corruptum haeresi, Haeretici fere (6) provehebant. Iidem, ab eadem causa, etiam Duci Prussiae studebant, adolescenti, neque aetate, satis ad id ferendum onus matura, & valetudine mentis, ne suo quidem habendo, nedum alieno quaerendo regno, habili. Sed neque puerum, neque stolidi ingenii regem Firlejus complaresque alii aspernaturi (7) videbantur, dum in disciplina, contemnente (8) Catholicae pietatis jura, institutum, & eorum beneficio obnoxium haberent. Quin hunc, opportunum rationibus suis, vel ob id maxime expetebant, quod ei nomen modo regium relicturi, regimen rerum ipsi habituri essent (9). Quanquam sunt, qui Firlejum, ex Prussi spe, tantum pecuniae aliquid captasse credunt, cujus & ipse egens, tali tempore, erat, &, ad patranda consilia, magna vi opus esse sentiebat. Gentilem quoque hujus Brandeburgium (10), qui ab Amspachio (11) oppido, cui dominatur, cognomen habet, Haereticorum quidam subjiciebant. Alii item Augustum Saxonem, magnae regulum dignitatis, magnarumque apud Germanos opum. Sed utrunque multitudo, abhorrens a Germanis, ut fere finitimarum gentium discrepant animi, respuebat. Injecta quoque mentio est a quibusdam Stephani Bathorii, qui paulo ante, mortuo intra adolescentiam Stephano (12), Joannis filio, Transilvaniae rege, ad provinciae illius imperium (13) popularium studiis fuerat evectus. Sed ille, vixdum firmato do-

Rex Suetiae.

Dux Prussiae.

Amspachius.

Stephanus Bathorius.

1 Ib. *dictumque*.
2 Ib. *memorabant*.
3 Ib. *illis*.
4 Ib. *Sueciae*.
5 Sec. exemplar omitt. *qui*.
6 Idem sec. exempl. *fore*.
7 In Commend. Vita *rejecturi*.
8 Ib. *contemnenti*.
9 Ib. *esset*.
10 Ib. *Brundeburgium*.
11 Ib. ,, oppido Anspachio, cui
,, &c. ,,
12 Ib. ,, Joanne Transylvaniae re-
,, gulo, ad &c. ,,
13 Ib. *dominatum*.

domi principatu, novum foris quaerere regnum, maturum rebus suis non ratus, petitione in praesentia abstinuit [1]. Atque hic est Stephanus [2], qui, biennio post, hoc ipsum regnum est adeptus, cui tantum fortuna, quae plerunque verae virtutis est comes, indulsit, ut honesto quidem inter suos genere, sed re [3] pertenui, natum, & contentum modico amicitiae gradu, quem apud Principem [4] ipse sibi, per industriam atque bonas artes, fecerat, nec ultra spes suas proferentem, quam ut rem domesticam sub illo augeret, & partam gratiam dignitatemque tueretur, ad patriae prius suae, deinde Poloniae [5] regnum extulerit. Stephanus [6], Joannis filius, in fide Turcarum erat, beneficiariamque ab iis Transilvaniam habebat, quorum fretus opibus etiam Vngariae regem se ferebat: unde illi crebrae cum Maximiliano Caesare contentiones erant, &, ut raro bellis, ita mutuis in fines excursionibus latrociniisque, quibus Vngarorum gens gaudet, saepe se infestabant. Per has occasiones, ut cuique mala mens, malaeque domi spes incidissent, ab utroque ad alterum frequenter transfugiebant (& sunt Vngari fide, ad omnia variantis temporis momenta, mobili). Sed & Stephanus [7] Princeps & Transilvani omnes, pravis religionibus, communi malo hujus aevi, infecti animos, a Catholicae Ecclesiae fide desciverant. Stephano autem [8] Bathorio eximium geminae laudis decus tribuitur, neutram, neque pietatis, quam Deo, neque constantiae, quam Principi debebat, fidem fefellisse. Adjecerant [9] etiam Polonorum plerique animum ad Guilelmum [10] Rosembergium Bohemum [11], **Rosembergius.** principem legatorum Caesaris. Hic, Romano sanguine, gente Vrsina ortus, clara nobilitate apud Bohemos eminens, genus opibus, opes animo atque [12] virtute aequabat. Sed illi omni spe potior fides, quam Caesari debebat, fuit; mentionemque sui ullam in comitiis fieri vetuit. Verum hos omnes longe, & generis amplitudine, & Catholicae pietatis laude, & praeclarae indolis fama, anteibant duo adolescentes, Ernestus, Caesaris filius, & Henricus, regis Galliae frater. Ernestus, & opes patris non magnae solum, sed, propin- **Ernestus Caesaris filius.** quitate ipsa, maxime opportunae Poloniae res affectanti, & Ca-

1 Ib. *abstitit.*
2 Ib. *ille Steph.*.
3 Ib. *fortuna.*
4 Ib. *Ioannem Princ.*.
5 Ib. *ad Pol.*.
6 Ib. *Ioannes in* &c.
7 Ib. „ Joannes ipse & Transilvani &c „
8 Ib „ haec & sequens vox omitt.
9 Ib *Adjecerunt.*
10 Ib *Gulielmum.*
11 Ib „ Bohemum Principem, legatum Caesaris &c. „
12 Ib. *ac.*

Henricus, regis Galliae frater.

& Catholicorum ſtudia, ante, ut docuimus, a Commendono comparata, facile ut caeteris praeferretur, tenuiſſent, ni ceſſatum a Maximiliano primum, deinde etiam turbatus ordo agendae rei, & cuncta aliis ſuper aliis erratis corrupta, ſicuti demonſtratum a nobis eſt, fuiſſent. Henricus ad regnum, quod ei ſummis omnium ſtudiis eſt delatum, pene per jocum, a paucis eſt accerſitus. Affirmari certe poteſt, nemini ante cognitum viſumve eorum, a quibus expetitus creatuſque rex fuit. Venerat forte in Poloniam e Gallia pumilio quidam, Polonus natione, & (1) natus etiam honeſte (Craſoſchio nomen fuit), qui adoleſcentulus, rara parvitate, in Galliam abductus, dono datus reginae, diu inter oblectamenta, regum fuerat. Scitus ipſe, & ingenio ſolertior callidiorque, quam pro modo corporis, & (2) captu pumilionis, ita rem ſuam naviter egit, ut pecunioſus & locuples (3), paucis annis, evaſerit. Senex factus, reviſere patriam, ſuoſque agnoſcere, agnoſcique cuplens, in Poloniam, vivo adhuc Auguſto, redierat, multaque, ut fit, de Regia Galliae, de regni opibus, de rege, deque Henrico, tum forte regis fratris exercitus, adverſus quotannis rebellantes Haereticos Galliae, ſecunda bellicae laudis fama, ductante, magnifice, omnibus conviviis, quibus ſaepe a proceribus adhibebatur, praedicabat: et, mortuo demum Auguſto, cum omnibus prope ſermonibus de futuro rege quaereretur, palam, ut Henricum ſibi regem aſciſcerent, omnes ſollicitabat: donec, Andreae Sborovii inſtinctu, qui (4) aeque potentem competitorem objicere Caeſaris filio cupiebat, ab aliquot Nobilitatis proceribus (5), qui conſilia cum Sboroviis ſociaverant, in Galliam eſt miſſus, &, datis ad regem Henricumque litteris, quibus operam pollicebantur, ire propere, eoſque ad mittendos legatos, qui peterent Henrico regnum, adhortari eſt juſſus. Tanta tum alienatio a Caeſaris domo fuit, ut, quem in limine regni atque in oculis prope ſuis habebant regem, regibuſque (6) natum, regia indole, petentem, offerentemque ſe, rejicerent; e Gallia longiſſime diſſitum ignotumque ultro accerſerent. At (7) nec homunculus defuit rei, nec reges aut nuncium aut nuncii auctores ſprevere. Illo igitur, eadem celeritate, qua venerat, ad Polonos redire,

1 Ib. *ac*.
2 Ib. omitt. ad *ita*.
3 In utroque exemplari *locuplex*: quod tamen vetuſtorum MSS. codicum ſcriptura poſſim defendere.
4 In Commend. Vita omitt. ad *ab aliquot*.
5 Ib. *principibus*.
6 Ib. *regibus*.
7 Ib. omitt. *At*.

re, &, adfuturos in tempore legatos, renunciare jusso, haud segniter Galli negocio institere (1), aemulatione in Austrios incensi, & magnopere ad gloriam gentis suae rati pertinere, si bellicosissimae nationes ab ultimis Europae terminis regem sibi petitum in Galliam misissent. Et Carolus rex, cum fratris potentiam & infringere parum fraternum parumque tutum putaret, & ferre grave (2) sibi regnoque sentiret, per speciem honoris amoturus Henricum, Galliamque prope altero jam rege exoneraturus videbatur. In Polonia serpebat quidem in dies magis per hominum ora Henrici mentio, sed locorum interjectarumque terrarum longinquitas consistere in illo magnopere animos non sinebat, & eum Ernesto potius opponi (3), quam veris studiis expeti, plerique credebant. At, ubi, adventare ex (4) Gallia legatos, & mox ingressos fines, est auditum, & vulgata promissa commodaque sunt, quae genti publice privatimque allaturum Henricum legati fautoresque eorum studiose dispersérant, omnis illa animorum a Caesare defectio vertit in favorem Henrici. Et ipsi etiam Radgivillus, Cothchievicius, Laschius, Cujaviensis (5) aliique, qui se initio Caesari obtulerant, qua indignatione adversus eum, qua praemiis promissisque ingentibus Gallorum illecti, multitudini se junxerunt: adeoque inde inclinatio voluntatum omnis in Henricum incubuit; hinc studio illius, quem summis laudibus efferri a Principibus suis audiebant, hinc alienatione a Caesare: adeoque hic ardor animorum pariter omnes Senatores, Equites, Catholicos, Haereticos traxit, ut, si tum habita comitia forent, ne dubitatum (6) quidem esset, quin, sine ulla aliorum mentione, unus omnium suffragiis Henricus rex fieret. Tanto impetu multitudo, venti ingruentis instar, quo semel inclinavit, praeceps fertur! Spatio atque mora (nam ipsum prope annum interregnum tenuit) ardor paulum elanguit. Et Gasparis Colinii Ammiralii (7), multorumque cum eo Vgonoviorum (8) in Gallia caedes, etiam plerosque Haereticorum ab Henrico avertit. Is enim Colinius, cum magnam Galliae partem nova religione, & Calvinianae haeresis pestiferis erroribus opplevisset, cui pro disciplina est legum magistratuumque omnium reverentiam exuere, impia Sacrorum jura vi atque armis

Inclinatio in Henricum.

Gaspar Colinius.

 vin-

1 Ib. *institerunt*.
2 In utroque exempl. *gravem*.
3 In Commend. Vita *objici*.
4 Ib. *e*.
5 Ib. omitt. *Cujaviensis*.
6 Ib. *dubitandum*.
7 Ib. omitt. haec vox.
8 Ib. *Vgonotorum*, neque aliter infra.

vindicare, divina humanaque libidini suae subjicere, ita se ducem novantibus inde res, & omnia saevis seditionibus bellisque turbantibus praebuit, ut tota civili sanguine conspersa Gallia, per funestas patriae gentisque suae calamitates, perque clades & vulnera robustissimi ante illum regni, ad eas pervenerit opes, quibus metu sui regem terreret. Regiam certe domum nemo unquam acrius oppugnavit, nemo exitio ultimo propius adduxit. Hunc, sive aliter mederi publicis malis, quam, eo sublato, Galliae vexatore, non posse regis mater putavit (1), seu ipsum, parantem fraude atque insidiis regi fratribusque ac matri ipsi necem afferre, occuparit opprimere, captatum ficta gratiae reconciliatione, Luthetiamque cum factionis principibus pellectum, magna cum omnis generis Vgonoviorum caede, trucidari jussit. Ea caedes Poloniae Haereticos (nam Henrico id facinus imputabant, cujus esse insigne in Colinium sectamque illam odium didicerant) ab eo vehementer alienavit; & (2), nisi lenivisset paulatim rem rumor, & Catholici pro Henrico constantissime stetissent, peragi comitia sine magno certamine nequivissent. Haeretici igitur, deserto Henrico, rem ad regem Suetiae (3) trahere conati sunt. Sed, ubi, consentientibus Catholicis, & alium, quam Catholicum regem, ne auribus quidem admittentibus, non satis ad id opum in se (4) esse senserunt, alia via solvere consensionem Catholicorum, & studia in Henricum rescindere sunt aggressi. Omnibus caetibus consiliisque monebant hortabanturque multitudinem, ut, spretis alienigenis & externis regibus, e sua potissimum gente rectorem Reip. darent: *Tot esse inter ipsos nobilissimarum familiarum proceres, seu robore ac* (5) *dignitate corporis, seu vi atque praesentia animi, cuivis externo regi pares, suae certe Reip. multo, quam illos, peritiores. Deligerent ex his, qui una secum, eadem disciplina, eadem* (6) *lingua, eodem more, iisdem sub legibus nutritus altusque crevisset, qui hanc terram, ut patriam, incolas ejus, ut cives suos, coleret, non, qui Poloniae regnum accessionem modo suae potentiae existimaret. Maiores suos, olim destitutos, ut nunc, regum stirpe, cum haud facile, propter multorum ambitionem, in unum Principem consentirent, potius, quam imperium in se alienigenis crede-*

Colinii caedes alienat ab Henrico Polonos Haereticos.

Pro Piasto, idest, uno e civibus, in regem eligendo contenditur.

1 Ib *putaverit*.
2 Ib. *ut*.
3 Ib. *Sueciae*.
4 Ib. *sese*.
5 In utroque exemplari *seu*. Correxi ut est in Vita Commendoni.
6 In Commend. Vita haec & sequens vox omitt.

derent, ad Piaſtum illum, non humilis modo, ſed (1) *ſordidae fortunae hominem, e caupona abſtractum, regnum detuliſſe: nec ipſos illius, nec Remp. poſterorum eius, in quibus ad multa ſecula propagatum eſt regnum, paenituiſſe. Cur ipſi ſe ultro alieni ſanguinis regi ſubiicerent, petito ex iis gentibus, quibus virtute nunquam conceſſiſſent? cur ſuis alienos praeferrent, &, quorum cognitam, & bello paceque ſpectatam induſtriam haberent, iis ignotos, & vanis tantum rumoribus commendatos, anteponerent? cur denique Polonicum nomen ea ignominia notarent, idque judicium prope in conſpectu orbis terrarum ferrent, neminem Polonum aptum regno eſſe? Advenae ergo regi, ignaro legum, ignaro patrii moris, linguae etiam patriae experti, dedent ſe, veluti pecora, nutu ac ſonitu regenda? Quo nam modo pariturí ei & dicto audientes futuri ſint, quem ne intelligent quidem loquentem? Quae nam illi cura cuſtodiendarum legum eſſe poſſit, qui leges ipſas ignoret? Ecquid intelligerent, cum peregrino rege peregrina jura, peregrinos ritus, peregrina omnia accipienda eſſe? & patriam diſciplinam, majorumque inſtituta, quibus ſtetiſſet in eamque amplitudinem creviſſet Reſp. oblivifcenda illis* (2) *eſſe?* Hoc genere orationum Haeretici diſturbare conſilia Catholicorum, aperire ſpei ſuae aditum, & munire ſibi ad regnum viam conabantur. Et moviſſent haud dubie multitudinem, niſi docta a principibus fuiſſet, *Non poſſe regem Polonici generis fieri: nullius enim ita eminere virtutem fortunamque* (3), *cui alii ceſſuri, ſubjecturique ſe eſſent; neque poſſe in id deſcendi certamen, ſine gravi &* (4) *prope certo civilis belli periculo; neque civile bellum, ſine peſte ac pernicie Reip. excitari. Quae quidam* (5) *de ea re diſſererent, magis vere dici, quam factu facilia eſſe: & eos quidem alio ſpectare, quorum cogitatis, non pacata & concordi, ſed divulſa ac diſcrepante Rep. opus eſſet.* Et Archiepiſcopus Gneſnenſis, apertius in eorum impotentem ambitionem impudentiamque invectus, qui per haec ſibi ad regnum atque ad vanas, quas affectarent, ſpes, munire viam conarentur, *Quem* inquit, *noſtrum* (6) *putatis alteri ceſſurum, aut, ſi cederemus in praeſentia, quam auctoritatem ad regendos tot populos habiturum novum creditis regem, in privata nuper fortuna conſpectum? Semel feliciter inſanitum ſit* (7) *a majoribus noſtris,*

qui,

1 Ib. *ſed etiam.*
2 Ib. *iis.*
3 Ib. *fortunamve.*
4 Ib. *ac.*
5 Ib. *quidem.*
6 Ib. *noſtrorum.*
7 Ib. *ſic.*

qui, quo aliquem tandem finem discordiis suis invenirent, quendam Hultai (1) (haec vox Polonice *cauponem* significat) *regem fecerunt. Non tali rectore Reip. tempora egent, sed, cui, regio genere orto, regio cultu, regiis artibus instituto, regi ipsi, parere nemo dedignetur.* Sic agi de comitiis est caeptum, in quibus ipsis (2) non tam de rege creando inter principes, quam per quos crearetur, certamen fuit; dum quisque hanc facultatem ad suam potentiam trahere studet, & auctor quisque & princeps gratiae apud novum esse vult regem. Sed (3) ante, ut quisque sciret, quem in locum, quamque (4) ad diem, ad creandum regem, conventuri essent [nam suffragii jus universa ex aequo Nobilitas, toto fusa regno, nullo census (5) aut honoris discrimine habet] indicitur ad Cal. Jan. (6) Varsaviam concilium, in quo, consultis ordinibus, ex omnium sententia ea res statueretur. Et adfuere frequentes, Senatus equitesque. Disceptatum de utroque non nihil est cum Lithuanis, qui & tempus in Majum mensem rejiciebant, & locum Parzoviam, Lithuaniae oppidum, in finibus Russiae situm, destinabant. De tempore concessum iis est, ut non ante Cal. Aprilis convenirent (7): locum mutari non placuit; designatique jacentes ante Varsaviam campi, quos ab urbe interfluens Vistula dirimit. Hic locus, praeterquam quod in ipso prope umbilico est regni, & inter Polonos Lithuanosque medius, Commendonus auctor amicis fuerat, ut potissimum eligeretur, quod in plenissima Catholicorum provincia esset [nusquam enim Nobilitas ab haeresum contagione ac labe intactior, quam in Masovia erat]. Quae res usu etiam, quam specie, utilior evasit. Masovii enim, propinquitate ipsa invitati, frequentissimi comitiis interfuere, quippe, quo minus confluerent (8), nemini domestica inopia impedimento fuit, cum ex remotiori-

Tempus comitiorum statuitur.

Locus delectus Catholicis opportunus.

1 In secundo exempl. *Hultai*: in primo incerta lectio. Sequutus sum tum editam tum MS. Commendoni Vitam. Et certe *Hultai* Polonicum verbum est, sed nunc quidem *hominem nequam* significans.

2 In Commend. Vita omitt. *ipsis*.

3 Ib. haec cum sequenti voce omitt.

4 Ib „ quodque ad tempus ad „ cr.. &c „

5 Ib. „ censu aut discrimine &c. „

6 Commend. Vita, tam edita, quam scripta, exhibet *Iunii*; manifesto peccato, minore quidem in scripta, ubi non *Iunii*, sed *Iun.* perscriptum est: Sed certe in Januarium, non in Junium mensem concilium id, quo de hic agitur, incidisse testimonio sunt Commendoni apud me litterae, Sulcovia die 2. Oct. an. 1572. & die 6. Nov. ejusdem anni, datae. Sed & argumento certissimo illa sunt, quae infra sequuntur: „ qui et tempus in „ Majum mensem rejiciebant... De „ tempore concessum, ut non ante „ Cal. Aprilis convenirent. „

7 Ib. *conveniretur*.

8 Ib. *omnes confl*.

ribus regni partibus non, nisi, quibus commoda domi res esset, venire per se facile possent. Ita ipso quoque numero suorum Catholicis animi addebantur. Hoc (1) loco non omiserim consilium sane abhorrens a Christianae pietatis more Haereticorum. Dicta (2) die locoque habendis comitiis, aliisque, quae praesens exigere tempus est visum, constitutis, discesserant Varsavia domum quisque suam, priusquam dimitteretur concilium, plerique senatorum equitumque. At Haeretici, quibus in exigua spe regis creatio ex suo corpore esset, nec dubitarent, quin, superantibus Catholicis, arbitratu eorum sibi accipiendus rex esset, occultissima inter se consilia habuerant, quonam modo sibi sectisque ac rationibus suis caverent, ut, si novus rex patriis legibus, quas severissimas adversus desertores Catholicae pietatis Poloni habent, agere secum, & se paenis quaestionibusque, quas eaedem leges jubent, subjicere vellet, ne posset. Et, cum hae leges ut abrogarentur, postulare ipsis quoque impudens videretur, viam, qua furtim eodem pervenirent, & legum vis sine legum mentione eluderetur, callide excogitatam, iniverunt. Primum, ipso concilii initio, ne legationes exterorum ullae eo tempore Varsaviam accederent, quarum interventus ambitusque consultantibus de sua Rep. morae atque impedimento esset, suaserunt; quando eas Aprili mense, sub ipsum comitiorum tempus, audire ante decretum fuisset: idque ab omnibus est probatum, nemine, subesse fraudem, suspicante. Sed illi eo scilicet spectarunt, ne Commendonus tum Varsaviae adesset, quem occulta quoque eorum odorari, ac remediis praevertere solitum scirent. Deinde, abeuntibus aliis, ipsi, infrequentiam Senatus & Catholicorum aptiorem doloso consilio arbitrati, dum a magistratibus conventus dimitteretur, de industria pene omnes restiterunt. Cum ergo de publica pace custodienda actum esset, decretumque, ut publice conspiraretur, & omnes se chirographo suo & jurejurando obligarent, pro hoste patriae habituros, quicunque alteri vim attulisset; Haeretici ipsi faederis hujus formulam conscripserunt, caeteris rebus sane tempori accommodatam, & magnam mutuae charitatis & benevolentiae speciem, & egregium studium concordibus animis Remp. administrandi, praeferentem. Sed unum erat caput, quo illis in perpetuum cavebatur, &, ne cui novam ascivisse religionem, ad novasque doctrinae ac Sacrorum rationes animum traduxisse, fraudi Impia Haereticorum fraus.

1 Ib. omitt. ad *Dicta die*. „ dicta, aliisque &c. „
2 Ib. „ Loco dieque hab.. com..

di esset, sciscebatur; sed cuique de divinis rebus sentiendi, Deumque, quibus placeret, ritibus ceremoniisque, dum pure casteque, colendi jus ac potestas esset. Atque hanc impietatem verbis adeo aptis occuluerant (1), ut aliqui, dulci pacis & concordiae nomine decepti, prius nomen suum decreto adscripserint, quam dolum animadverterint. Cum deprehensa res esset, aegre tamen Episcopis, qui in concilio aderant, postulantibus concessum est spatium ad decreti capita inspicienda: tanto impetu clamoreque Haeretici, ut perscriberetur, institerunt. Vociferabantur denunciabantque (2), nunquam passuros comitia creando regi haberi, nisi prospectum foret sibi, ut tuto in communi patria vivere liceret; identidem quaerentes, an crederent, se expectaturos, dum eadem fraude, qua nuper in Gallia Gaspar Colinius totque cum eo praestantes viri caesi essent, circunvenirentur? Atque adeo exarserunt, minas, arma, bellum abnuentibus intentantes, ut haud procul a vi atque seditione res abfuerit. Episcopi magis, se impelli ad rem nefarii exempli probandam, non sunt passi, quam, pro suo munere, fortiter tam impia audentibus obstiterunt; &, veriti turbas, alii venire in senatum recusarunt, alii Varsavia domum discesserunt. Jacobus Vcangius, Archiepiscopus Gnesnensis, & ordinis sui & Senatus princeps (3), biduum dari sibi ad deliberandum rogavit, fassus, sibi nihil satis liquere, & varie distrahi impellique animum suum. Huic Vcangio (4), superioribus annis, haud dubie inhaesisse novae damnataeque opiniones credebantur; quibus inquietabatur animus, sua sponte varius, inconstans & novis usque studens rebus. Ac, si perturbata Rep. invecta nuper disciplina religioque praevaluisset, exclusa Romani Pontificis auctoritate, summum se Antistitem ac Principem Sacrorum in Polonia fore, ad summasque opes perventurum (ut suae quisque cupiditati blanditur) sibi persuaserat. Neque ex Haereticis defuerant, qui assentando spei illius alimenta subjicerent: alueratque domi suae Fritium quendam, haud obscuri inter Haereticos nominis, a quo etiam edita in vulgus adversus Catholicae pietatis rationem monumenta extabant. Sed ab tam inquinati animi sententia non nihil recepisse sese, ac deferbuisse in eo haec no-

Deprehensus Haereticorum dolus.

Vcangius Archiepiscopus.

1 Ab utroque exempl. & a Commendoni Vita discessi, in quibus *occuleeant*.

2 In sec. exempl. *denunciabuntque*.

3 In Commend. Vita „ princeps, „ de cujus ingenio moribusque supra „ a nobis est memoratum „

4 Eadem iisdem paene verbis ad illa usque *alueratque domi suae* habes in Vita Commendoni lib. II. cap. 8.

novarum rerum studia videbantur, seu scelere deterritus (1), seu meliorem mentem aetas & senium attulerat. Huic igitur, spatium ad deliberandum poscenti, haud inviti Haeretici morem gessere, satis sperantes, quia is tam (2) multa proni in eorum causam animi signa (3) tam saepe dederat, metuque magis, quam sponte, a nudanda sententia hactenus se abstinuisse (4) credebatur, nactum tempus, postulatis suis fauturum, adjutoremque futurum. Catholici idem magnopere timebant; siquidem ipsam dubitationem in tali re quid aliud, quam manifestam defectionem, esse? & eum (5) talium consiliorum, ex superiori vita, auctorem ac ducem, non solum approbatorem, jure timere videbantur posse: & magnum erat periculum, ne, si ille gratificatus Haereticis fuisset, grave aliquod atque insanabile vulnus Resp. acciperet. Aderam ego tum Varsaviae, a Commendono missus, ut, quoniam venturus ipse ad id concilium non esset, ad plerosque Principum mandata ejus perferrem, & praesens, quae aut (6) publice statuerentur, cognoscerem, aut, privatim de futuro rege quae agitarentur, explorarem. Cum ad caeteros Episcopos & (7) Catholicos senatores, tum (8) maxime ad Archiepiscopum, in tam ancipiti re, adivi, simul excitans eos ad muneris sui partes, simul, quo scirent omnes, quod quisque aut dixisset aut egisset, perscripturum me omnia ad Commendonum esse, ut saltem aliqua ejus verecundia tenerentur (9). Ac Vcangius quidem mecum commodissime est locutus. Cum, tertia inde die, in senatum serus postremusque omnium venisset, & alii aliter, quid acturus, quamque sententiam dicturus esset, opinarentur, & Haeretici spe omnes & expectatione erecti penderent, ipse orationem habuit nequaquam illius Vcangii, qui occasiones novandi (10) res captasset, qui saepe (11) Pontificibus Max. obtrectasset, qui nationale concilium machinatus esset, qui Fritium Haereticum domi suae in praecipuo honore habuisset, qui capita cum Haereticis contulisset (12), sed verae pietatis & (13) constantiae plenissimam, qualis ab Stanislao illo (14), Cracoviensi Episco-

Vcangii Archiepiscopi sententia, suo loco digna.

1 Haec est utriusque exemplaris lectio, mihi non satis probata.

2 In Commend. Vita haec & sequens vox omitt.

3 Ib. „ multa saepe signa dedisset, metuque &c. „

4 Ib. „ abstinuisset, nactus &c. „

5 Ib. *cum*.

6 Ib. *ut*.

7 Ib. *Catholicosque Senat.*

8 Ib. *cum*.

9 Ib. *continerentur*.

10 Ib. „ novandi turbandique. „

11 Ib. omitt *saepe*.

12 Ib. *saepe cont.*.

13 Ib. *atque*.

14 Ib. omitt. *illo*.

po, qui mortem pro fide ac religione oppetiit, & [1] in Divorum numerum, sanctitate ac miraculis, referri meruit, si viveret, expectanda fuisset. Adeo nostrae mentes in manu sitae sunt Dei, &, ubi, paulum a contagione humanarum cupiditatum sevocatae, ad ipsum se Deum, studio veri, verterunt, nunquam non, ejus sanctissimo numine, ad cognitionem sui illustrantur! *Deliberatum a se diu multumque esse*, dixit, *ut de re tanta maturum consilium patriae suae afferret; sacrificatum item ab eodem se, ac preces ad Deum factas, sacratas Virgines, ac singula sacerdotum collegia ad id appellata; omni cibo, praeterquam quo sustentari tenue corpus suum potuerit, temperatum; pecunias, bujus rei causa, egentibus distributas; omnia denique pie ac religiose peracta, quibus placari coeleste numen, ab Deoque impetrari posse sperarit* [2], *ut, quod factu* [3] *optimum in tali re, quodque cum sua ac Reip. salute conjunctum esset, sibi, divino praelato lumine, demonstraret; postremo adhibitos* [4] *amicorum fidelissimum ac prudentissimum quenque; nec denique aliud, eo biduo, pervolutum agitatumque animo ab se esse: tandem ita apud se statuisse, salva fide, quam Deo homines debent, neminem posse ei foederi decretoque assentiri, quo Dei majestas ac numen gravissime violaretur. Quid enim aliud esse tantum novarum ac pravarum religionum admittere, quam totam funditus evertere ac tollere Christianae pietatis rationem, divina humanaque confundere, & Christi Dei cultum, unicam salutis mortalium spem, opem, columen, sine quo constare boni rectique ratio non potest, e vita auferre? An ergo, si Mahometanus, atque adeo Epicureus, &* [5] *omnis religionis contemptor aliquis existat, quales gigni ab tali impunitate necesse esset, ne hos quidem coercere legibus liceat? Istis quoque sua sentiendi licentia inulta maneat? An concipere animo tantum impietatis virus potuit quisquam, ista ut postulentur?* Multa in hanc sententiam cum dixisset, & quaesisset etiam ab iis, *Ecquid* [6] *crederent, stare Poloniae regnum, hac permissa, & publico decreto sancita, licentia, posse? & an eam perdendae communi libertati, ac Reip. penitus dissolvendae esse intelligerent?* Testatus postremo est, *Ita hanc animo stare sententiam, ut dexteram amputari potius sibi esset passurus, quam eam ad nomen suum huic decreto adscribendum admoturus, nec solum dexteram, sed, si res ferat, caput ipsum gladiis non dubitanter*

obje-

1 Ib *ac*.
2 Ib *speravit*.
3 Ib. *facti*.
4 Ib. *adhibitum*.
5 Ib. *omnisque rel.*
6 Ib. *& quid*.

objecturum. Quid enim seni, exacta jam aetate, aut salutarius aut gloriosius evenire posse, quam pro patria, pro fide sua, pro Sacris, pro religione mortem occumbere, & vitam, quae naturae propediem exolvenda esset, pro civium suorum salute ac pro Dei cultu, Deo ipsi repraesentare? Haec dicens, cum Haereticorum clamoribus minisque incesseretur, adeo furori eorum violentiaeque non cessit, ut in publicas tabulas referri decretum vetuerit, &, quia per vim relaturi videbantur, ipse, ex sua reliquorumque Episcoporum & [1] totius Ecclesiastici ordinis & Catholicorum omnium auctoritate, id decretum contra Remp. paucorum conspiratione ac fraude conflatum esse, edixit, edictumque in publicas referri tabulas jussit. Idem postea factum in singulis provinciarum conventibus ab Catholicis est. Ita [2] Haereticorum conjuratio nihil publicae auctoritatis traxit. Vcangium cum ego, post dimissum Senatum, domi convenissem, collaudaremque eum, & eximiam constantiae ac pietatis gloriam, quam ea die nomini suo peperisset, illi gratularer; fassus, agitatum opinionibus diu animum suum tandem in commonstrata sibi divinitus veritate conquievisse, ab illa approbanda conspiratione, visis etiam atque insomniis [3] se deterritum fuisse affirmavit. Atqui ab hoc facinore, quod praetereundum silentio non videtur, ita immutatus est Vcangius, ut postea, quam diu vixit, in amplissimo illo munere administrando, atque in omnibus cum Archiepiscopi tum Principis Senatus officiis obeundis egregie bonis ac piis hominibus & Reip. amantibus satisfecerit.

Mutatus ab hac die Vcangius.

1 Ib. *ac.*
2 Ib. *illa Haeret..*
3 Ib. *in somniis.*

[illegible]

ANTONII MARIAE
RATIANI
A BVRGO SANCTI SEPVLCRI
DE SCRIPTIS INVITA MINERVA
AD ALOYSIVM FRATREM
LIBER XVIII.

APpetente (1) deinde vere, quo (2) tempore conventuri Poloni ad comitia regis erant, Commendonus Varsaviam (3) venire maturavit, & Episcopos & aliquot Catholicorum principes, ut idem facerent, per litteras monuit, quo spatium communicandis consiliis haberent, antequam advenirent alii, & aestu comitiorum occuparentur animi. Cum plerique in tempore adfuissent, omnes, in domum suam coactos, magnopere hortatus est, ut animis (4) ac religione, quantum magnitudo rei, & abhorrens a Christiano nomine scelus Haereticorum posceret, ad resistendum impiae conjurationi sese (5) compararent. Acceperat enim, Haereticos, nisi ei fae-

1 Translata a Gratiano huc sunt integra capita VIII. & IX libri IV Vitae Commendoni, quae quidem progrediuntur ad locum usque de gravi morbo, quem ex labore Auctor contraxit.

2 Ib omitt. ad *Commendonus*.

3 In utroque exempl. *V. rsciam*.

4 In Commend. Vita „ animo atque rel.. „

5 Ib. *se*.

faederi Catholici assentirentur, morituros se potius, quam comitia haberi, & Catholicum regem creari passuros, ferociter minari. Episcopi caeterique, pro se quisque, polliciti sunt, daturos operam, ne eorum officium, in re maxime fidem Catholicae pietatis attingente, desideraret. Convenit autem, ut totum negocium constanter quidem, sed leniter amanterque, tractaretur, temporis causa, ne, si in Haereticos ab ipsis pari impetu itum esset, ea contentio in periculosam aliquam seditionem erumperet, comitiaque impediret. Sinendo, eos incassum furere, quam objiciendo se furentibus, tutius conatus elisuros. Privatis inde colloquiis singulorum de futuro rege sensus explorans, praeter admodum paucos, Henrici esse omnes, intellexit. Atque ipse jam ante, sicuti sponte sua, dum licuit & integrum fuit, rem ad unum e Maximiliani filiis trahere, fuerat conatus, maxime e communi re utriusque gentis id esse existimans, ita, defectione ab eo, & inclinatione in Henricum perspecta, contraxerat vela (1), intelligens, sibi ita moderandum esse, ut neque, nimium pro Caesare tendendo, adversa studia multitudinis incurreret, neque, damnando Gallorum spes, refragari favori in Henricum crederetur; cujus nomen non gloria solum bellicae virtutis, ex victis ter justa acie profligatisque magnis Haereticorum copiis, commendabat, sed Catholicae religionis eximiae laudes illi omnium consensu tribuebantur. Et Commendono vitanda omnis animi, ullis infecti partibus, suspitio erat, nec ultra, quam, ut Catholicus rex crearetur, Pontificis Maximi, communis Christianorum regum parentis, legato curae esse videbatur debere; &, repulso Caesare, si Henricus quoque spe dejiceretur, nullus, qui fieri posset, Catholicus alius e petentibus erat. Igitur, ubi labefactatam convulsamque petitionem Maximiliani sensit, qua alienatione gentis ab eo, qua cunctatione atque erratis ipsius, timens jam, ne Haereticis inter Ernesti Henricique contentionem locus e suis aliquem intrudendi aperiretur (2), subsequi suo quoque studio rem, ad Henricum inclinatam, statuerat; eaque res Catholicis, qui jam ad Gallum feverant animos, ac perinviti tamen Commendono non obsequebantur, oppido quam grata fuerat: quos quidem ille, dum de Caesare non desperaret, & temere concitatis in Henricum studiis haud satis fideret, retentare non destiterat. Cum ergo, quo multitudinis aura ferret, eo princi- pum

Commendoni consilium, perspecta in Henricum inclinatione.

1 Ib. *vella*.

2 Ib. *daretur*.

pum studia sequerentur, nec, qui inclinatos retineret, amplius esset, quin Henricum renunciaturi regem essent, haud sane dubium videbatur. Venere & Caesaris legati Varsaviam, frequenti jam conventu, ac postera die ad Commendonum adiere, expositisque, quae mandata a Caesare habebant, quaeque post adventum suum in Poloniam egissent, & maxime tarditate excusata, petierunt ab eo, ut, quorum antea comparaverat studia, eos in fide Caesaris retineret, & se ad reliqua consilio & (1) opera juvaret. Commendonus, neutra re se iis defuturum, pollicitus, vereri se tamen ostendit, ne serus esset jam omnis conatus; siquidem & multitudo cuncta arbitrii sui fecisset, & Principes cum aliis alii de suis rebus transegissent, quos, sicuti ipse, quam diu licuit, hortando monendoque, & spem ostentando, varie sustinuerat, ita certis pactorum vinculis, & inter se obstrictos, & competitoribus obligatos, vix sperandum videri a decreta constitutaque sententia eos revocari posse. Jam frequens undique toto e (2) regno Nobilitas armata proceresque, magnis amicorum clientumque comitatibus, convenerant, positisque in campo, ante habendis comitiis delecto, tabernaculis, omnia castrorum similia fecerant. Nec gladiis modo succincti omnes vagabantur, sed gregatim armati cum hastis, sclopis, sagittis telisque aliis incedebant, & quidam, praeter armatorum praesidia, bombardarum quoque ac bellicorum tormentorum apparatum, quo se communirent, adduxerunt, ad bellum euntium magis, quam ad comitia civilemque conventum venientium more, prorsus, ut ad invadendum alienum, non ad suum dandum regnum, venisse viderentur. Speciem certe praebuerunt, tanquam vi atque armis, non sententiis & (3) suffragiis, decreturi eventum illorum comitiorum essent. Nec sane quicquam mirabilius nobis visum, quam, quod inter (4) tot armatorum agmina, in tanta omnium rerum impunitate, cum nullum jus legum, nulla magistratuum auctoritas esset, non caedes ulla facta, non strictus gladius, non ulla, ultra verborum certamen, contentio rixave saevierit. Adeo gens sui sanguinis abstinens est, & civili dissidio, quod armis decernendum sit, abhorret! Ante omnia placuit, legationes audiri, contendentibus Haereticis, ut inde protinus, dato responso, extra fines regni summoverentur, ne comitiorum libertati exterorum ambi-

Adventus legatorum Caesaris.

Mirum, servatam inter tot armatos pacem.

1 Ib. *atque*.
2 Ib. omitt. *e*.
3 Ib. *ac*.
4 Ib. *inter inter*.

ambitus & corruptelae officerent. Alii, aut retinendas Varſaviae (1) omnes, aut, ſi utique abeſſe comitiis placeret, legatos, qui ad petendum regnum veniſſent, dimittendos in proximas urbes, ubi hoſpitaliter ac benigne habiti creationem novi regis opperirentur, cenſebant. Atque haec accepta ſententia eſt, qua haud fefellit Haereticos, Commendonum Varſaviae retineri. Itaque nominatim de eo retulerunt, negantes, libera comitia fore, ſi unus ille adfuiſſet, qui, tametſi nemini peteret palam regnum, neminem tamen ignorare, plurimum momenti allaturum, quocunque favor ejus inclinaſſet, ac ne reliquis quidem Reip. conſultationibus praeſentiam auctoritatemque illius non magnum pondus, qua intendiſſet, additurum (2), & maxime Epiſcopos notantes, *Gallinas, ſuperinſtantem* (3) *aquilam formidantes*, appellabant; ejuſque reſpectu, nec liberas ſententias dicere ſolitos, nec libera ſuffragia laturos, criminabantur: ac, in ſenatu eorum interdum dicta refellentes, ea non domi concepta, ſed aliunde afflata, ac tales non apud ſe naſci, ſed ab Italia flare ventos (Commendonum deſignantes) dictitabant. Sed, Catholicis decretum tuentibus, nihil eſt immutatum. Ad VI. Id. April. omnium primo Senatus Commendono eſt datus. Deduxere eum domo, miſſi a Senatu, tres Epiſcopi & (4 totidem alterius ordinis ſenatores, & multi praeterea, privati officii cauſa, principes Nobilitatis. Senatus iisdem in caſtris, ultra Viſtulam, quam ſublicius pons jungit, habebatur, tenſo ad id, in media planicie, regio ingenti tabernaculo. Commendonum e curru, quo vectus erat, deſcendentem, ante tentorium Palatinus Cracovienſis & Cothchievicius accepere, alter Poloniae, alter Lithuaniae Mareſciallus [ſic enim ipſi eum magiſtratum, magna praeditum poteſtate, appellant]. Ii, quod officium uni regi praeſtare conſueverunt, cum baculis Commendonum antecedentes, turbam ei ſummoverunt, cui, intranti in (5 tabernaculum, conſurgens univerſus Senatus obviam eſt factus. Ipſe ad principem ſedendi locum deductus, claudentibus latera hinc Gneſnenſi Archiepiſcopo, hinc Cracovienſi Epiſcopo, conſedit. Idem ſenatus fecit, circumfuſa nobilium multitudine, quantum capere locus poterat. Silentio facto, litteras Pontificis Max. Senatui reddidit, quibus recitatis, ipſe orationem eſt exorſus, in qua non ſolum de

Senatus Commendono datus.

1 In utroque exempl. *Varſoviae*. Emendavi ex Commend. Vita.
2 In ſec. exempl. *additurum*.
3 In Commend. Vita & utroque exemplari *ſuper inſtantem*.
4 In Comm. Vita *ac*.
5 Ib. omitt. *in*.

de rege Catholicae fidei cultore creando disseruit, sed etiam de inita ab Haereticis adversus eam fidem societate, verba fecit, quam ea a Christiani animi sensu ac religione abhorreret, ostendens. Id vero adeo conspirationis auctores pupugit, summo silentio attentisque audiri animis eum cernentes, ut Palatinus Sandomiriensis contineri, quin dicentem interpellaret, non potuerit. Quo cum honore appellato, *Tu* (1) *vero*, inquit, *legati officium transgressus*, *consiliarii ac senatoris partes agere videris*. *Quaesumus te*, *ut*, *Reip. nostrae quae utilia aptaque sint*, *judicare nos sinas*, *neque tu curiosius te in nostras res*, *quam peregrinum decet*, *intrudas*, *sed tantum*, *si qua a Pontifice mandata habes*, *ea exequare*. Sub eam vocem exurrexere (2) universi Catholici senatores, fremitusque increpantium, & silere Palatinum jubentium, undique est ortus; tantaque indignatio circunfusae Nobilitatis fuit, ut minae conviciaque jactarint in Haereticos, & prosilientes a sedibus suis Cothchievicius & Laschius manum ad gladii capulum injecerint: secutusque periculosus aliquis tumultus foret, nisi & ille conticuisset, & Commendonus rem minime ad offensam injuriamque vertisset, sed manu vultuque aeque, ac antea, pacato, nec ullam in partem commoto, confidere & conquiscere omnibus jussis, conversus ad Sandomiriensem, *Neque ego*, inquit subridens, *me ipsum*, *neque muneris mei officium quale sit*, *ignoro*, *& id ipsum*, *quod tu mones*, *ago*, *ut Pontificis Max. mandata exponam*. *Neque enim ille magis de rege*, *quam de vobis*, *deque vestra Rep. ut salva florensque sit*, *laborat*: *neque ego ex hoc loco tecum*, *aut singillatim* (3) *cum ullo* (4), *sed universe cum omnibus loquor*. *Quod si ipse senator non sum*, *ne tu quidem Senatus*. Perrexit inde, quae caeperat, adeo non interrupto ordine orationis, ut ne verbum quidem ullum exciderit eorum, quae dicturus erat, auditusque est summo omnium silentio. Nos, quo res notior esset, ipsam orationem ejus subjiceremus, nisi ea exscripta editaque (5) in vulgus legere

Sandomiriensis legatum interpellat.

 cu-

1 Concepta Palatini verba haec fuisse, Commendonus in suis litteris ad Card Novocomensem die 9. Apr an. 1573 Varsavia Romam datis, memorat. „ Illustritas vestra est orator, et „ agit nostrum Consiliarium. „

2 Ib *consurrexere*.

3 Ib *sigillatim*.

4 Ib. *illo*.

5 Editam quidem in vulgus dicit eam orationem, non tamen typis. Quo ea primum tempore, quamquam non integra, typis excusa prodierit, id, ex hoc Parisini Commendoni Vitae editoris an. 1669. ad Lectorem monito, possumus intelligere. „ Orationis, *inquit*, habitae a Commendono in comitiis de rege Poloniae eli-

cupientibus pateret. Cum haec Commendonus peroraſſet, Senatus principes in medium tentorium coivere, &, pauca inter ſe collocuti, ad ſuum quiſque locum rediere. Tum conſurgens Archiepiſcopus Gneſnenſis, Senatus nomine, Pontifici Max. & Commendono gratias egit, quod Poloniae ſalutis tantam curam gererent; daturumque operam Senatum dixit, ut a conſiliis monitiſque ejus, paternae benevolentiae atque officii plenis, ne diſcederet. Poſt haec Commendonus diſceſſit, proſequente (1) uſque ad currum univerſo (2) Senatu, praeter illum ipſum Sandomirienſem interpellatorem, & paucos Haereticos: qui quidem Sandomirienſis & graviſſimis poſtea verbis a Senatu eſt objurgatus, & magnae ea res invidiae illi fuit. Contra Commendono moderatio animi ingentem gratiam apud omnes ordines conciliavit. Neque enim dubitabant, niſi ille rem, tam lente leniterque (3) accipiendo, ſedaſſet, ea die turbari comitia, & caedis initium fieri, & magnam diſcordiarum flammam excitari potuiſſe. Quod periculum, impotentia ac temeritate Sandomirienſis contractum, unam avertiſſe Commendoni gravitatem conſtantiamque (4) praedicabant. Poſtera die audiri Caeſaris legati a duobus ſenatoribus, Palatino Lublinenſi, & Caſtellano Gedanenſi, deducti. Hi antea magnopere contenderant, ut Petrus quoque Faſardus (5) Hiſpanus, Philippi regis legatus, qui ad commendandum Erneſtum venerat, una in ſenatum introduceretur, quando (6) & una veniſſet, & eadem mandata afferret, nec in ea re ſeparatim quicquam a Caeſare Philippus eſſet acturus. Sed impetrare nequiverunt, contra tendentibus Galliae regis legatis, qui ſe loco praeſtare, & Hiſpano praeferri debere ajebant. Ita Faſardus, ne conceſſiſſe Gallis videri poſſet, Senatu non convento, domum diſceſſit; &, poſt Caeſaris legatos, Galli introducti ſunt: ac deinceps aliae ordine auditae legationes. Datis ſingulis brevibus reſponſis, paucos poſt dies, ſenatuſconſultum afferri ad eos juſſerunt (7), quo

Auditae & aliae legationes.

„ eligendo, cujus auctor noſter meminit pag. 369. exemplar integrum „ nanciſci non potuimus. Majorem „ tamen ac potiorem ejus partem ecce „ tibi producimus ex Andreae Maximiliani Fredro hiſtoria geſtorum „ populi Poloni ſub Henrico Valeſio, „ pag 43. 44. et ſeq. editionis Dantiſcanae 1650 „ Nos integram in Voluminis hujus calce exhibebimus, et quidem duabus paene partibus auctiorem, quam quantum Dantiſcanum fragmentum fuit, ac multo etiam, quam illud, ex ipſius Gratiani MSS. adverſariis, emendatiorem.

1 In utroque exempl. *proſequenteque*.
2 In primo exempl. *univerſa*.
3 In ſec. exemp. *leviterque*.
4 In Commend. Vita & *conſtantiam*.
5 Ib. *Faſſardus*: & ſic infra.
6 Ib. *quod*.
7 In utroque exempl. *juſſerant*.

quo omnes abire Varsavia, atque alios (1) alibi comitiorum opperiri eventum jubebantur, editis urbibus, in quas cuique decedendum esset. Germani Lovicium (2), Galli Plotiam profecti sunt. Tum iterum Haeretici a Senatu postularunt, cum Commendono ageretur, ut extra Varsaviam aliquo & ipse secederet, eosque pateretur rem suam publicam, sine externis arbitris, agere: nam neque comitiorum libertati cujusquam debere auctoritatem officere, & alios legatos, inde summotos se, minus aegre laturos (3), si ipse quoque discessisset. Contradicentibus Catholicis, cum quotidie de ea re altercaretur (4), nec aliud aeque Senatum distineret, Commendonus, ne quid causae publicis dissensionibus ex se oriretur, Varsaviae me relicto, & (5) omnibus, quae agerentur, intendere jusso, ipse Schernovitiam, bidui inde itinere, se recepit. Post discessum ejus, cupientibus omnibus, ut, omissis aliis, habendi comitia initium fieret, Haeretici, ut prius leges, communi libertati firmandae, ac minuendo regio imperio, novae ferrentur, veteres inspicerentur, & ad Reip. usum tempusque corrigerentur, summa ope nixi sunt. Hac specie publici juris ordinandi, & (6) muniendae publicae libertatis, abrogare aut infirmare antiquas de Haereticis leges cupientes, & accessurum eorum licentiae rebantur quicquid detractum regiae potestati foret: atque, altius etiam cogitationem intendentes, si regem suo jure dispoliassent, exteros Principes putabant petitione abstituros (7); ita ipsis spes suas processuras. Huic conatui Catholici repugnabant, atque haec plures dies contentio tenuit, Haereticis id quoque studio agentibus, ut tempus frustra tereretur: sic, aut dissoluturos, quod praeoptabant, sine ullo effectu comitia, sperantes, aut Catholicorum frequentiam taedio diuturnae morae diminutum (8) iri. Sed Masovii, quorum numerus ingens ad comitia venerat, caetu suorum coacto, negocium dederunt uni e popularibus suis, nomine Cossobutio, homini diserto atque industrio, Haereticos refutandi, & palam in concione, quae fraus in eorum ficto (9) libertatis studio lateret, aperiendi. Quod ab eo copiose atque accurate pro sua fide cum esset factum, denunciavit inde Senatui, ni, caeteris

Dimissi legati.

Haereticorum artes.

Masovii Haereticis se objiciunt.

 omis-

1 In Commend. Vita omitt *alios*.
2 Ib. et in utroque exempl *edixisque*; sed in secundo ita auctor correxit, ut edidimus.
3 Ib *esse laturos*.
4 Malim *altercarentur*. Sed & *altercare* latinum est.
5 In Commend. Vita omitt. ad *ipse*.
6 Ib. omitt. ad *abrogare*.
7 Ib. *abstituros*.
8 Ib. & in utroque exemplari *diminutam*.
9 In sec. exempl. *fictam*.

omissis rebus, de rege creando, cujus unius rei gratia id coactum concilium esset, ageretur, equites sibi ac Reip. quae diutius carere rectore non posset, sine Senatus auctoritate, consulturos. Catholici senatores plerique Masoviorum orationi favebant. Haeretici conquesti (1), omnia sui arbitrii facere Masovios, & Senatui etiam audere, quae agenda omittendave essent, praescribere, sero, locum comitiorum pro se non esse, senserunt. Extractis tamen hac contentione aliquot diebus, tandem clamoribus minisque multitudinis, regem poscentis, victus Senatus, ad IIII. non. Maji, iri in suffragia jussit. Id hoc maxime modo atque ordine est factum. Concessere diversi in suam quisque tribum [ipsi Palatinatum (2) vocant]. His singuli (3) fere Episcopi praesident. Iidem de unaquaque re, cujus deliberatio sit, ad concilium referunt. Iidem primi sententiam dicunt: & suffragia, non tabellis, non (4) fabis, sed palam voce feruntur; & cuique facultas est suam sententiam longa (5) oratione exequi. Episcopi, in sua quisque tribu, antequam de rege referrent, humi procubuere, &, genibus nixi, quod & circumfusa concio fecit, Deum adorarunt, & solemne illud carmen, quo divini numinis praesentia imploratur, cecinere: *Veni creator spiritus, Reple* (6) *tuorum corda fidelium*. Caeptae inde sententiae dici, atque, in omnibus fere tribubus, ab singulis Principibus Ernesti, cum magno verborum honore, facta mentio (7). Quidam Suetiae regem, multi unum e Poloniae Principibus, quem *Piastum* appellabant, pars longe maxima Henricum regem dixere. Ne singulorum Palatinatuum sententias percenseamus, quod longum molestumque legentibus esset, sat fuerit, apud Masovios quo modo acta res sit, retulisse. Hic comitia habebat Petrus Miscovius, Episcopus Plocensis, vir gravis, prudens, & dicendi in primis peritus, qui, cum Ernesto maxime studeret, eumque, nullo suo merito, sed praejudicato quodam in Henricum studio, a multitudine respui intelligeret, sententiam ita dixit, ut Ernestum describeret, nomen reticeret. Ac primum familia ortum ostendit, longe totius Europae nobilissima, quae, cum latissime propagatum haberet imperium, tum omnes prope reges ac Principes Christianos affinitatibus & clientelis complecteretur. Deinde, quae

Suffragia creando regi inita.

Sententia Episcopi Plocensis pro Ernesto.

1 In Commend. Vita *questi*.
2 Ib. *Palatinatus*.
3 Ib. *singulis*.
4 Ib. *aut*.
5 Ib. omitt. *longa*: itemque in utroque exemplari, sed secundo additum a Gratiano
6 Reliquum carminis est. „ Mentes „ tuorum visita &c. „
7 In Commend. Vita *mentio est*.

quae ex ipso commoda utilitatesque, quas ex propinquis & maximis suis & familiae opibus res Polonorum (1) captura esset, memoravit. Postremo ipsum juvenem omnibus regiis laudibus cumulavit. Exigentibus inde clamore omnibus, ut nomen ederet, *Faciam*, inquit, *si haec probari a vobis, & vos rebus, non nominibus, addictos esse intellexero*. Hinc, de Gallis exorsus, magniloquentiam legatorum, & vanitatem promissorum irrisit, quae tanta atque ejus generis esse dixit, quae, ne si velint quidem, Galli praestare possint. Efflagitantibus inde omnibus, ut promeret tandem, quem tantopere oratione extulisset, Ernestum, adeo aversis omnium auribus, nominavit, ut vulgus Henricum nudum, & nihil eorum, quae legati polliciti essent, praestantem, quam quenvis alium, aureos montes afferentem, malle se fremeret. Tum Volscius, unus senatorum, quae dicta ab Episcopo erant, vehementer refutavit, & multis invidiose in Austriam familiam conjectis, illam ipsam propinquitatem opportunitatemque paternorum regnorum, illas ipsas opes & affinitates, quas Miscovius in praesidio atque ornamento Poloniae ponebat, opprimendae eorum libertati fore, si Ernestum sibi regem imponi paterentur, disseruit. Henricum deinde laudibus ferens, non regium solum genus, sed regiam indolem, humanitatem, liberalitatem, bellicae rei scientiam, victorias decoraque, bello parta, magnifice percensuit. Atque in hujus sententiam adeo discessum est (2), ut perseverantem Episcopum in sua, ad extremum etiam familiares & domestici ministri desererent. Tantum praejudicata opinio ad multitudinis animos impellendos valet, ut in Ernesto, quae amplificando ornandoque Poloniae regno haud dubie erant, patris et familiae opes, eas ad invidiam suspitionemque tyrannidis verterent; de Henrico, etiam, quae ab ipsis Galliae legatis jactata, quaeque vanus distulerat rumor, credita pro veris omnia penitusque accepta sint! Sic, quae allicere ac pertrahere ad Ernestum rem debuerant, propinquitas & mutua finitimorum regnorum opportunitas, & ipse adolescens, visus cognitusque multis, ea maxime avertere: Henrico ipsum intervallum tot interjectarum provinciarum, quod maxime nociturum petitioni suae ipsi crediderant Galli, solum prope rem juvit. Regem enim, longe ab domo petitum, nec ullis propriis, quas in promptu habiturus esset, opibus ful-

Volscii sententia pro Henrico.

1 Ib. *Polona*. 2 Ib. „ ab omnibus est. „

fultum [1], magis se habituros in potestate, quam ipsos [2] futuros rebantur, &, quae de ipsius laudibus fautores disperserant, iis vim fidemque longinquitas addidit; natura famae, quae, fluminum instar, quo longius a fontibus labuntur, eo [3] majores eundo vires colligentium [4], cuncta in majus ex longinquo affert. Etsi omnibus [5] tribubus pars longe maxima Henricum regem dixerat, tamen, quia, & Ernestum quosdam, quosdam Suetiae regem, haud negligendum numerum Piastum postulasse, constabat, quo in unum ab omnibus consentiretur, placuit de singulis iis ad Senatum referri. Cum opinione plures Piasto studere compertum esset, neque is facile refutari oratione videretur posse, haec ad eum explodendum ratio a Catholicis est inita. Primo postulatum, ut nomen profiteretur, palamque peteret quicunque idoneum se regno putaret, quo de eo jus suffragii ferendi tribubus fieret. Audente profiteri nemine (etenim impudens videbatur eximium se dignumque judicare, cui dominatus in caeteros mandaretur), & Haereticis, pudore impediri homines, nec ausurum id de se facere judicium quenquam, & ab ipsis deligendum [6], consensuque cogendum accipere regnum e proceribus unum, dicentibus, responsum est. *Ut, quando nemo de se profiteri auderet, ederent ipsi eorum nomina, quos maxime aptos regno censerent.* Cum diu, ne quem nominarent, pugnassent, coacti tandem flagitantium consensu, primum quidem, quos minime fieri volebant, Catholicorum aliquot nomina ediderunt: quibus abnuentibus omnibus, eorum unus, *Ego vero*, inquit, *vestra istbaec in me studia vobis remitto, qui me baudquaquam ulla re ita excellere alios puto, ut praeponi omnibus debeam, aut adeo velim: neque me quisquam ei oneri subjiciat, quod ferre cujusquam privati bumeri non valent.* Idem cum [7] de se quisque praedicaret, etiam, quorum non ignota cupiditas atque ambitio erat, pudore deterriti abstitere. Nam & in ludibrium adducta res est, aliis alios, & humillimi & indignissimi cujusque nomen per jocum ac risum subjicientibus. Ita Piastus regno, Haeretici sua

Ad explodendum Piastum.

1 Ib. omitt. ad *et quae*.

2 In utroque exemplari, itemque in Commend Vita, tum typis edita tum manu scripta *ipsi futuri*: quod a me etiam edi Gratianus nollet. Est autem haec sententia: Rebantur homines, magis habituros se in potestate regem tam longe ab domo petitum, quam seipsos in illius potestate futuros.

3 Ib *et*.

4 Ib. *colligunt*.

5 Ib *ex omnibus*: certe melius, quam in utroque exemplari, atque adeo in MS. Commend. Vita.

6 In sec exempl. *diligendum*.

7 In Commend. Vita *dum*.

sua spe dejecti. Creati inde novem viri, qui de Henrico & Ernesto & rege Suetiae in senatu disceptarent, terniquc mandatam cujusque causam agerent. Henrico Cujaviensis Episcopus, Sandomiriensis Palatinus, et Castellanus Gedanensis; Ernesto Episcopus Plocensis, Palatinus Mariaemburgensis, & Castellanus Lublinensis; Sueco Cracoviensis, Ravensis, & Podoliae Palatini sunt dati. Ab his repetita eadem, quae in sua quisque dixerat tribu: & Episcopus Plocensis gravissima oratione, cum lenire ac trahere animos ad Ernestum, cujus etiam depictam (1) imaginem Senatui ostendit, tum deterrere ab aliis est conatus. Sed potius ipse laudem constantiae atque eloquentiae tulit, quam moverit quicquam aut Senatum aut Equitum multitudinem, quae Senatum corona circundederat: quin saepe fremitu aspernantium orationem ejus est interpellatus. Haereticos, & maxime Palatinum Cracoviensem, regem Suetiae commendare conantes, interfatus Cothchievicius adeo acribus verbis futilem spem illius est insectatus, ut mentionem de eo amplius facere nemini opus fuerit. At Cujaviensis Episcopi, pro Henrico dicentis, oratio secundissimis auribus a multitudine accipiebatur, quae, identidem obstrepens aliis, huic mirificum silentium praestabat, dictaque ejus non assensu solum & approbatione, sed clamoribus laetis plausuque, prosequebatur. Atque adeo illi animis studiisque favit, ut, quoties reclamandum plaudendumve orantibus esset, signum ab eo acciperent, sudariolumque nunc fronti nunc ori admoventi obsequerentur. Satis igitur perspecta multitudinis voluntate, conclamatum undique est, ut redirent in suam quisque tribum, unamque inde sententiam ad Senatum referrent. Sic principibus Nobilitatis pro Henrico adnitentibus, cum in senatum reditum esset, ad IIII. Id. Maji, Henricum omnes regem dixerunt, praeter Cracoviensem Palatinum & aliquot Haereticorum principes, qui, ne assentiri cogerentur, senatu egressi, in sua se tabernacula receperunt, accepturos eum regem, quem Senatus consensu declarasset, denunciantes. Jus regis denunciandi, more antiquitus tradito, est penes Archiepiscopum Gnesnensem (2), qui idem praeses est publici consilii. Is, quia nox disceptantes oppresserat, non videri sibi dixit regem noctu renunciari debere, & rem in sequentem diem distulit, qui dies quia festus Pentecostes fuit, haberi Senatus non potuit. Atque hunc Archiepiscopi errorem pene magno malo Resp. luit. Hae-

Disceptatio de tribus competitoribus.

Favor in Henricum.

1 In utroque exempl. *depinctam*. 2 In utroque exempl. *Gnesensem*.

Haeretici enim, hoc nacti spatium, coiverunt [1], & consilia disturbandi comitia agitaverunt, ac postera die vocati in senatum venire recusarunt, privatumque caetum suorum apud Firlejum, Palatinum Cracoviensem, habuerunt. Haec secessio in exitiosam seditionem bellumque erupisset, si Haereticis pares turbidis infensisque animis vires fuissent. Nam Catholici adeo illa defectione sunt irritati, ut non jam verbis certandum, sed vi domandam contumaciam, subigendosque omnes Senatus auctoritati parere [2] clamantes, senatu se ad expedienda arma proripuerint: & Cothchievicius aenea tormenta produci, quorum haud negligendam copiam adduxerat, & suos capere arma, & conscendere equos jusserat. Idem Laschius, idem alii Catholicorum principes fecere: quibus alacris [3], & cupida pugnae, Masoviorum egregia manus se conjunxit. Hi omnes medio in campo instructis turmis, ac directa acie, paratam vim separantibus a Senatu consilia, & regem, consensu creatum, abnuentibus, obstentavere [4]. Haeretici quoque armati campum tenebant, sed, neque numero neque animis pares, haud temere arma atque vim experturi videbantur. Seniores principum & Episcopi, hinc Catholicos rogando, ut vim [5] abstinerent, hinc monendo Haereticos, ne consilia ab aliis dissociarent, rem praecipitem sustinuerunt. Ad Catholicos, & maxime Laschium & Cothchievicium, exorandos [6] ego quoque ab Episcopis adhibitus sum. Vterque quietum expectare me exitum rei jussit: non enim ad caedem illa esse sumpta arma, sed ad metum adversariis injiciendum, quo incusso, non dubitabant, eos in potestate Senatus futuros. Neque eos spes fefellit. Hoc [7] subacti metu Haeretici cessere [8], depositisque utrinque armis, in concordiam reditum, &, Senatu coacto, Henricus rex ab Archiepiscopo est renunciatus. Acciti post haec [9] Galliae regis legati, atque in senatum introducti, in leges Poloniae, conceptis verbis, designati regis nomine, jurarunt. Quod factum circunfusa multitudo plausu prosecuta, laetis clamoribus fausta novo regi precatur. Palatinus Cracoviensis, inter tumultum strepitumque confusae turbae, quae, mixta senatoribus, tentorium impleverat, a Monluco, le-

Haeretici in auctoritate Senatus manere metu coguntur.

Henricus rex renunciatur.

1 In Commend. Vita *coiverant*.

2 Pendet hoc verbum a superiori *subigendosque*.

3 In utroque exemplari *alacre*: itemque in Commend. Vita, tum edita tum MS.

4 In Commend. Vita *ostent*..

5 Ib. *vi*.

6 Ib „ exor.. apud quos summa „ Commendoni erat auctoritas. „

7 Ib. *Hoc enim*.

8 Ib. omitt. *cessere*.

9 Ib. *hoc*.

legatorum principe, in id quoque jusjurandum exegit, nemini priscae religionis cultum deseruisse fraudi paenaeque futurum. Id cum Archiepiscopo nunciatum esset, rediens propere eo, ubi haec agebantur, edixit, regem nulla, nisi quae communi consensu lata esset, lege teneri. Designati deinde (1) viginti legati, qui ad regem, e Gallia in Poloniam deducendum, mitterentur: cujus legationis principes fuere Adamus Conarchius, Episcopus Posnaniensis (2), & Albertus Laschius, Palatinus Siradiensis, & Nicolaus Radgivillus, Dux Olicensis (3), qui diversi omnes, qua cuique commodum fuit, Metim, nobile oppidum Lotharingiae, convenere, atque inde, uno agmine, Lutetiam Parisiorum petiere (4).

Legati in Galliam missi.

At mihi, frater, hoc comitiorum, totque praeterea negociorum aestu, quibus occurrere me quotidie oportebat, curaque non solum cognoscendi, quae fierent, omnia, quaeque per singula pene momenta inibantur, consilia odorandi explorandique, sed etiam occupatione assidue faciendi Commendonum de omnibus rebus certiorem, adeo fessae quassataeque vires sunt, adeo omnis convulsa valetudo, ut, cum ad eum, peractis demum comitiis (5), rediissem, gravi statim correptus morbo decubuerim, tam vehementi quidem perpetuaque febri, ut nihil propius fuerit, quam ut supremum obierim diem. Nihil certe me, periculosissime laborantem, & corpore jam simul animoque satiscentem, secundum Deum, tam levavit juvitque, quam solicitudo, assiduitas, charitas Commendoni. Ipse dies noctesque assidere mihi, ipse solari, ipse aptis detinere sermonibus, & saepe fractum labentemque animo ad spem revocare, ipse abnuenti cibum sua manu admovere, ipse ad omnia praesto esse, denique nullum, quod expectari a parente posset, amoris ac pietatis officium praetermittere. Desaeviente tandem malo, cum recreatus satis jam validas recepisse vires viderer, Commendonus per litteras (6) a Pontifice Max. postulavit, ut, creato rege, sibi e Polonia decedere, atque in Italiam Romamque redire liceret, quando adventum Henrici expectare longum videretur futurum, qui neque itineri se, per tot feroces & infestas Germaniae nationes (7), committere, nisi conciliatis prius exploratisque regulorum animis, per quorum fines transiturus esset,

Gravi morbo ex labore auctor correptus.

Commendonus, ut sibi decedere Polonia liceat, a Pontifice petit.

 ne-

1 Ib. *inde*.
2 Ib. *Posnaviensis*.
3 Ib. *Elicensis*.
4 Hactenus Commend. Vita.
5 In sec. exempl. *comitii*.

6 Translata huc a Gratiano sunt capita X XI. XII. Vitae Card. Commendoni.
7 Ib. *gentes*.

neque ex [1] Gallia movere sine magno molimine apparatuque rerum posset. Et Pontifex, quanquam cupivisset, ut Commendonus regi, novum ineunti regnum, opera consilioque, cujus ille indigens videbatur futurus, adesset [2], tamen, post diuturnam biennii ipsius in ea legatione moram, negare tam bene de Republica merito, tantis laboribus, ac tam insigni opere perfuncto, reditum non est visum. Datis igitur ad eum litteris, & amplissimis verbis fide virtuteque ejus collaudata, qua effectum esse ajebat, ut, in tantis opibus audaciaque Haereticorum, Catholicum sibi regem gens, in primis nobilis, delegisset, ei permisit, ut suo arbitrio uteretur, sive Romam redire, sive expectare in Polonia adventum regis, eumque bonis atque utilibus consiliis, ad novum regnum salubriter habendum, imbuere mallet. Si decedendum sibi statuisset, tum me Pontifex in Galliam ad regem proficisci, eum [3] de omnibus rebus edocere, & cum eo [4] in Poloniam redire, & initiis ejus praesto adesse, jubebat. Sed Commendono satius visum, morari me in Polonia, donec, profectum e Gallia regem, allatum esset, ut, turbidis adhuc rebus, nec Haereticis, si occasio daretur, satis quieturis, esset interea in regno, qui ex Pontificis Max. auctoritate monere, si usus posceret, & excitare Episcopos Catholicosque posset, nequid [5] secus per negligentiam de jure Sacrorum, ac religione consuleretur [6]. Interea legati Polonorum Luthetiam venere, tantis ab universa Gallia regibusque accepti honoribus, quantum ad se redire gloriae ex tam clara legatione & legationis causa, haud vana aestimatione, rebantur. Et praebuere legati spectaculum, non numero solum suo comitumque, sed ipso etiam cultu atque ornatu, novo insuetoque, Gallorum oculis. Cum enim ferarum pellibus, quas [7], ut diximus, immenso parant pretio, caput corpusque amicti erant, tum auro purpuraque & gemmis ipsi equique fulgebant. Reddunt inde Henrico senatusconsultum, quo ipse ad accipiendum Poloniae regnum vocabatur, & jusjurandum, suo more, in patrias leges exigerent [8]. Quo accepto, faedum inter legatos certamen est ortum, in quibus erant Haeretici aliquot, primarii homines, a sociis ad id ipsum missi: cum hi, per-

Ad regem in Galliam proficisci Auctor jussus.

Legati Poloniae Luthetiam ineunt.

Contentio inter legatos.

1 Ib. *e*.
2 Ib. „ ad.. & Galli ipsi id eum „ magnopere rogarent. „
3 Ib. *tum*.
4 Ib. *ipse*.
5 Ib. „ quid per neglig....aliorum „ de &c. „
6 Ib. „ secus consul.. „ Tum quaedam de Commendoni e Polonia profectione interseruntur.
7 Ib. „ quas magno parant &c. „
8 Ib. *exigunt*.

permitti sibi de Deo ac de religionibus liberum sentiendi arbitrium, atque in id jusjurandum jurari, quod legati ejus in Polonia fecissent (1), postularent; Catholici negarent, aliis, quam quae publice offerrentur (2), legibus, regem obligari debere, aut privatorum postulata eximere de publico jure quicquam posse. Cum Haeretici solito clamore ac tumultu rem agerent, rex ita iis morem gessit, ut se, cum in regnum venisset, staturum consensui ac voluntati Senatus de ea re diceret. Secundum haec, Poloni, epulis festisque ludis armorum equorumque, & nobilium faeminarum choreis, aliisque Regiae Galliae voluptatibus, culti, & ipsi laetabantur illo regum reginarumque more, sese liberali ac benigno alloquio usuque (3) in omnia familiaritatis jura cum suis pariter & cum hospitibus miscentium. Dona quoque legatis, regali munificentia, singulis data, nec ullum in eos comitatis ac (4 liberalitatis officium praetermissum. Agi inde de discessu regis caeptum, Catholicis legatis monentibus, praesente (5) rege indigere Poloniam, resque ibi ex recenti comitiorum atque interregni jactatione adhuc in motu esse, nec, nisi rege viso, quieturas. Et Galli, dum advenas tantum viae emensos ad petendum e sua gente regem, advenarumque cultum ac morem mirantur, & ad Galliae gloriam vertentes, rem sermonibus tollunt, laeti & ipsi legatos ludosque concelebrarant. At, ubi discedendum Henrico, appararique profectionem videre, tum animum ad cogitationem rerum suarum contrahunt. Et Catholici, eo duce, usque a puero, omnibus cum infesta Vgonoviorum (6) factione bellis, feliciter usi, omni vi illum in Gallia retinebant. *Quid enim ei, amplissima fortuna, opulentissimo in regno, nato, quaesito in ultimis terris, ac prope alio in orbe, regno opus esse? &, cui dubium videri possit, solutiusne (7 ipse in suos imperium habeat, an a suis promptius obedientiusque illi pareatur, eo se abduci ab domo, a patria, ab tot fidelissimis amicis, charissimisque rebus sinat? ubi arctissimis legum vinculis obstrictus, non rex, sed nomen inane ac ludibrium regis sit futurus; ubi, a barbarico Senatu obsessus ac veluti captus, non publicae pecuniae, non pacis, non belli, non denique sui ipsius jus atque arbitrium sit habiturus; et, quod gravius sit, unde reditus ei liber in Galliam, si patriae necessitates revocent, non sit futurus. Quid? si* fra-

Galli Henricum retinere conantur.

1 Ib. *jurassent.*
2 Ib. *offeruntur.*
3 Ib. *usque.*
4 Ib. *et.*
5 Ib. *praesenti.*
6 Ib. *Vgonotorum.*
7 Ib. *solutiusne.*

fratrem, carentem liberis, nec firma valetudine, defungi fato contingat, an, dum ipse longe gentium agit, neminem in Gallia fore novae spei, novae potentiae inhiantem credat, qui minorem natu fratrem ad regni cupiditatem sollicitet? cum eum jam nunc haud obscuris discordiae atque aemulationis seminibus ab Vgonoviis (1) *imbutum constet*. Moverunt his sermonibus animum juvenis: & jam segnius iter instruebatur, morandique ac differendi causae quaerebantur. Jam Poloni ipsi senserant (2), refrixisse in Henrico studium profectionis, ac prope sordere ei regnum, quod sibi, tantis viarum rerumque incommodis, esset habendum. Sed, cum regi fratri matrique indignum, & indelebilem notam levitatis habiturum videretur, magno studio petitum, majori pene delatum, fastidire regnum, ac, per mollitiem atque desidiam, abjicere, & gentis nobilissimae spem expectationemque frustrari, auctoritate sua evicerunt, ut porro itineri instaretur. Quam quidem in rem immanis est pecunia insumpta, gravisque Galliae Polonica haec actio fuit. Cum igitur stetisset profectionis consilium, non tamen prius e Parisiis movit Henricus, quam eum frater, in suorum concilio (3), legatis Poloniae & matre & proceribus coram, haeredem ac successorem regni Galliae, si prior ipse sine liberis decessisset, declaravit. Tum praemissis, qui a Caesare ac Germaniae Principibus (4) fidem acciperent, tutum per eorum fines transitum fore, iter est ingressus.

Ex mora regis novi in Polonia animorum motus.

At in Polonia id modo nunciatum erat, venisse in Galliam legatos, magnificentissimeque acceptos a regibus esse. Expectatio inde adventus ejus tenebat hominum animos: & res poscebat, & ex re spes erat (5), regem nihil sibi ad iter morae facturum, nec quicquam discessui suo praeversurum. Sic affectis, & jam intrasse Germaniam eum, & multum viae progressum opinantibus (6) [nam quintus, post eum renunciatum regem, mensis excesserat] missus e Luthetia nuncius litteras ab eo attulit, quibus Senatui de regno, ad se delato, gratias agebat, erantque litterae caetera (7) quidem ad tempus apte scriptae, sed nulla cum mentione discessus sui. Id vero tantum, toto regno, animorum motum fecit, ut incertiorem tum regem, quam antequam crearetur, haberemus. Nam Haeretici, arrepta occasione, ad quam semper

1 Ib *Vgonotiis*.
2 In utroque exemplari *senserunt*.
3 In Commend. Vita *consilio*.
4 Ib. *regulis*.
5 In sec. exempl. omitt. *erat*.
6 In Commend. Vita *credentibus*.
7 Ib. *caeterae*.

per intentissime excubant (1), efflictis etiam atque ementitis litteris, rumores incommodissimos dissiparant (2), nunc *impediri regem novis Galliae motibus*; nunc *aspernari regnum, ad quod, nisi immensis sumptibus, infestisque itineribus, pervenire non posset*; nunc *inopia pecuniae laborare, eaque a populis Galliae corroganda occupari, nec, nisi insequenti aestate, venturum*. Et ad haec, ipsum moresque ejus carpentes, nunc mollem & (3) amoribus deditum, nunc saevum, auctoremque omnium Galliae seditionum distrahebant, idque adeo licenter, ut Sacris (4), caetibusque suis palam hortarentur concionem, Deum precari, ut talem Polonia regem averteret. Coitiones quoque ab iis caeptae fieri, & haud dubie novis rebus studeri. Languebant ex his bonorum spes, &, cum rumoribus mora regis fidem astrueret, nec Haereticos crederent ausuros ei tum aperte maledicere ac male precari, ni, non venturum, exploratum haberent, multi etiam Catholicorum [ut impetu animi potius, quam certa ratione, patrata pone paenitentia sequitur] nova consilia respiciebant, ut nobis magnum negocium fuerit, penitus diffidentes quosdam erigere et continere, ne ex fama, vanissime orta, aut arte adversariorum dispersa, de summa Rep. statuerent. Nec sisti potuisset res, nisi praemissi a rege Joannes Sborovius, unus legatorum Poloniae, & Rambovillettus Gallus, offusas credulis animis suspitionum nubes, adventu suo, dispulissent. Et Sborovio in senatu, non profectum modo Lutheтia regem, sed de praestantibus ejus animi atque ingenii ornamentis multa praedicanti, eo plus fidei fuit, quod erat ipse inter capita Haereticorum longe acerrimus Christianae (5) religionis hostis, etsi Andreae fratris, de quo supra a nobis mentio facta est, auctoritatem secutus, suffragatus Henrici regno fuerat. Hi labantes spes Catholicorum in praesentia sustinuerunt, Haereticorum cohibuerunt. Sed penitus hos repressit, & reliquos confirmavit adventus Cracoviam Joannis Cothchievicii, qui, iisdem primo rumoribus [nam in Lithuaniam quoque pervaserant], deinde meis atque Andreae Sborovii, qui unus omnium constantissime pro Henrico stetit, communibus litteris excitus, quibus, quam sustulissent adversarii animos, quam nostri demisissent (6), certior fiebat, in Poloniam contenderat, & ex publica Lithuanorum au-

Cothchievicii oratio nutantes confirmat.

1 Haud aliter utrumque exemplar & Commend. Vita, tam edita, quam scripta.

2 In Commend. Vita *dispersérant*.

3 Ib *atque*.

4 Ib *in sacris*.

5 Cur non potius *Catholicos*?

6 In sec. exempl. *dimisissent*.

auctoritate suaque, quae haud minor, quam publica, erat; *Auditum in Lithuania* dixit *esse*, *novis rebus studentes quosdam infirmare*, *atque adeo*, *si possent* (1), *infringere creationem regis conari*, *& non venturum eum in Poloniam*, *multitudini persuadere*. *Sed* (2) *neque ab se*, *neque a Lithuanis facile creditum*: *quippe*, *tam improbum civem esse quenquam*, *existimari non debere*. *Sed*, *si qui essent*, *qui*, *patriae fideique obliti*, *talia moliri*, *atque ea semina discordiarum ac seditionum jacere auderent*, *quae haud dubie perdendae Reip. essent futura*, *hos sibi ac Lithuanis omnibus pro communis salutis proditoribus hostibusque futuros*. *Regem illos ea gente stirpeque sibi delegisse*, *ea ipsum specimina sui dedisse*, *ut sperare optimum jure possent*, *& hoc de illo consentientem famam polliceri*. *Sed*, *qualemcunque Deus dedisset*, *habendum*, *ferendumque iis esse*, *neque imitandum* (3) *Barbarorum morem*, *pari levitate deferentium regna*, *atque auferentium*. Haec periculum, ex dilato regis adventu Poloniae imminens, avertere, &, ut quiete expectaretur (4), effecere: quanquam februarius mensis sequentis anni, qui fuit MDLXXIIII. ante pene effluxit, quam ille Poloniae fines attigerit.

Ast (5) ego, cum, egressum Gallia transisse Rhenum, certis nunciis allatum esset, profectus Cracovia, conventisque ex itinere Archiepiscopo Gnesnensi, atque aliquot Catholicorum principibus, & ab (6) singulis acceptis ad regem litteris mandatisque, ad sexcenta millia passuum a Cracovia obviam progressus, in Saxonia illi occurri. Cum eo, praeter Poloniae legatos, quorum suae quisque privatim rei intendebat, nemo erat, qui Poloniae rerum, sed minime, qui hominum gnarus esset. Nam, e tribus legatis, qui ad petendum regnum venerant, Lillius per Russiam & (7) Valachiam perrexerat in Thraciam, ut Constantinopoli apud regem Turcarum moraretur: Lansachius, cum navim apud Dantiscum (8) conscendisset, sperans, maturius per Balticum mare, si venti aspirassent, in Galliam se perventurum, a rege Daniae (9) Copenagii (10) fuerat retentus. Monlucus [is princeps legationis fuerat (11)] tam multis se in Polonia ingentibus promissis obstrinxerat, ut, cum omnes non elusisset

Regi obviam progressus Auctor.

1 Ib. *possint*.
2 Ib. *Id*
3 Ib. *imitandi*.
4 Ib. *rex expect.*.
5 Ib. omitt. *Ast*.
6 Ib. *a*.
7 Ib. *ac*.
8 Ib. *Gedanum*.
9 In utroque exempl. *Dania*.
10 In Commend. Vita „ retentus „ Copinagii fuerat. Monlucus &c. „
11 Ib. *fuit*.

set solum reversus in Galliam, sed, quo sua unius opera industriaque carius aestimaretur a regibus, omnium reliquorum studia meritaque verbis maligne elevasset (1), adeo in se Polonorum accenderat iras, ut rex, tutius consultiusque esse, statueret, eum in Gallia relinquere. Gratior ob id adventus meus regi, hisque, qui regi in consilio erant, fuit: quippe ab experte (2) odii amorisque, nec privatim ulli aut parti aut homini addicto, certa omnia, atque ex vero hausta, audituri aliquando videbantur. Apud quos, praesente ac jubente rege, plenissime, quantum tenuitas nostra tulit, de tota illius Reip. forma statuque (3) disserui, & , quod juvenis ipsius auribus jucundum in primis accidit, *haudquaquam regis vim potestatemque tam mutilam comminutamque esse ostendi, quam jactaretur a quibusdam; neque idem in cohibendo moderandoque rege jus ditionemque, quod in creando, Polonorum esse: quin, permissa regi* ostendi (4) *rerum omnium arbitria, omniumque vitae ac necis potestatem* (5) (quemadmodum superius abunde est demonstratum). Id quidem magnopere monui, *in magistratibus mandandis, senatoribusque legendis, magnam* (6) *ut sibi curam cautionemque adhibendam* (7) *esse statueret. Suorum, id est, Catholicorum, qui maxime sui essent, optimos quosque provehendos ornandosque, magno quidem* (8) *studio atque delectu, quo caeteri ad promerendam paribus artibus ejus gratiam excitarentur. Illud respuendum callidorum hominum consilium, qui Haereticos suaderent leniendos, praemiisque adjungendos sibi: id enim in nullam partem fidele aut tutum consilium esse. Nam, quod iis rex tribuisset, dupliciter nociturum, primo, adversarios suos potentiores facturum, & in se ipsum confirmaturum; deinde persuasurum eis (idque illos jactanter prae se laturos) ipsum in eos, non sponte, sed metu, liberalem* (9) *& munificum esse. Qui enim conscii sibi sint animi alieni infensique, ne ipsum quidem aliter in se animatum existimaturos. Atque hanc esse populorum de rege opinionem, longe importunissimam, si beneficia metu ac necessitate extorquenda, non fide atque obsequio promerenda, crediderint. Ad id illud quoque incommodum accessurum, quod, dum communes adversarios indulgentia atque* (10) *honoribus pellicere studebit, alienabit suos,*

qui

Quae apud regem Consiliumque ejus disseruit.

Haeretici ut habendi.

1 In utroque exempl. *elevans*.
2 In Commend. Vita *experti*.
3 Ib. *statusque*.
4 Ib. omitt *ostendi*.
5 Ib quibusdam aliis de regum Poloniae potestate interjectis, ad illa venitur: „ Ergo summam in magistratibus mandandis &c. „
6 Ib. omitt. ad *curam*.
7 Ib *regi adhib. suorum* &c.
8 Ib. omitt. *quidem*.
9 Ib. *ac*.
10 Ib. *ac*.

qui, debita sibi, navatae operae atque fidei praemia deferri ad alios, aequo animo laturi non essent. Contemnenda illi deridendaque haec terricula monentium, si Catholicos unos complectatur, unisque (1) *maxime utatur, periculum ab Haereticis ei fore. Quod periculum? aut a quibus? aut quo duce? aut quibus viribus? Quin, si omnes intelligent, eum Remp. non nisi Catholicis, commissurum, ipsi quoque Haeretici Catholici fient, ac, si se ipse indicarit, & honores praemiaque, bonorum & dicto audientium, non seditiosorum & contumacium, fore declaraverit, brevi hos spiritus, quos Augusti negligentia prius, deinde corrupta mens aluit, fractos, summittentesque se, visurum.* Hic unus Gallorum, nomine (2) Bibrachius, *At tu*, inquit, *hostili esse animo regem in omnes Haereticos vis? eosque tua sententia exigis Regia, ac tota Rep. expellis? quod, nisi bello & armis, fieri non videtur posse. Ego vero*, inquam, *nihil hostiliter censeo in eos consulendum; neque enim vi atque armis est opus, ubi idem lege atque disciplina assequi possis: ac, ne abigi quidem Regia quenquam, volo: hoc sentio, Haereticos comiter a rege esse habendos, atque explorata spe non solum gratiae, sed, quae gratiam sequuntur, si perniciosos errores & sectas, quibus Resp. scinditur & infirmatur, abjecerint; sin pertinaces esse, & in suscepta pravitate perstare voluerint, tum jaceant, & hanc saltem poenam ferant, ut desertae Catholicae pietatis culpam honori sibi fore non sperent: atque hoc lenissimum & maxime praesens hujus mali remedium esse, & in manu situm regis. At, cum omnes magistratus honoresque melioribus probatioribusque mandandos, nec in senatum, nisi spectatae fidei viros, legendos, tum summam curam delectumque in Episcopis regi esse adhibendum; in quo pariter & populorum & ipsius ageretur salus: hos enim senatus, & dignitate & auctoritate, principes esse, hos provincialium conventuum & omnis publici consilii praesides, hos Sacrorum &* (3) *religionis antistites, hos denique patres pastoresque omnium esse, ut improbum Episcopum designare rex non possit [quando deligendi eos jus, usurpatione superiorum regum, ad ipsum reciderit] quin se gravi crimine noxaque Deo obstringat, & malos Episcopos graves saepe adversarios experturum* (4), *bonis semper obsequentibus, semper sui &* (5) *Reip. studiosis usurum. Per hos in senatu, per hos in*

Summam in deligendis Episcopis curam adhibendam.

1 Ib *unis*.
2 Ib haec consequensque vox omitt.
3 Ib. *ac*.
4 In utroque exempl. & in utraque Commend Vita, tam edita quam scripta, *experiturum*: quod, minime latinum ducens, emendavi.
5 In Commend. Vita *ac*.

in provinciis omnia, quae velit, quaeque utilia Reip. sint, perfecturum. In summa, maximum ad omnia momentum ipsi in Episcopis fore, eoque plus curae studiique in iis cooptandis adhibendum esse. At, cum hoc studiose curandum, tum non negligendum illud esse. Ab singulis praefecturis, in quas est omne divisum Poloniae regnum, legatos ex equestri ordine ad publica concilia mitti solere (Terrestres Nuncios ipsorum lingua appellari) & ab equitibus (plebem (1), servorum loco habitam, in nullam Reip. partem admittunt) cujusque praefecturae, hujus rei causa coactis, creari unum aut plures, ut visum mittentibus fuerit; & antea quidem hos ad id modo mitti solitos, ut consulta Senatus acciperent, & ad suos quisque renunciaret; ne qua pars regni, quae publice decreta essent, ignoraret. Sub Augusto rege tantam auctoritatem assumpsisse sibi, ut cuncta pene sub arbitrium ditionemque suam contraxerint, simillimique evaserint Tribunis plebis veteris Romanae Reip. quorum potestas, tegendis (2) ab injuria potentiorum civibus inventa, turbandae vexandaeque civitati plerunque fuit. Eandem enim viam ingressos Terrestres hos (3) Nuncios, & praescribere Senatui, quae decernenda sint, & decretis intercedere audere; & turbulenta inde consilia saepe prodire; & inter hos plurimum Haereticos audacia ac seditiosis orationibus valere. Horum minuendam paulatim auctoritatem, cohibendamque licentiam regi esse. At (4) in praesentia dandam operam, ut Catholici, & sui & Reip. cupidi, non turbulenti & (5) novarum rerum machinatores ad concilia mitterentur. Quod ut fieret, excitandos, ac beneficiis invitandos Catholicos, ne id ipsi munus refugiant, nec, vitandi causa turbas & contentiones cum Haereticis, domi se contineant, & publicos provinciarum conventus obire negligant. Sic enim fieri, ut Remp. a melioribus desertam pessimi (6) invadant, & sapientium munera audaces praeripiant. Quod si ipse Catholicos monuerit, ne se operamque suam, inerti aut certe indecoro ocii studio, subtrahant Reip. & navos inde industriosque honoribus ac praemiis illexerit, brevi totam in Catholicorum manum (7) rem Polonam venturam, brevi hunc novarum opinionum amorem restinctum iri, & omnes, sua sponte obsolescentes, haereses brevi interituras; cunctaque in-

Terrestres Nuncii apud Polonos.

1 Ib. *pl. enim.*
2 In primo exempl. *tegentis.*
3 In Commend. Vita & in utroque exemplari omitt. *hos*; quam vocem secundo addidit sua manu Gratianus.
4 Ib. *ac.*
5 Ib. &.
6 Ib. *Haeretici.*
7 Ib. *manus.*

Quanti ad omnia exemplum regis.

de auctoritati ac nutui ejus paritura. Sed enim ita statuere secum cum debere, talem Senatum habiturum, qualem ipse fecerit, non legendo solum eum, sed exemplum ex moribus suis praebendo, neque Senatum solum, sed universam Nobilitatem ad ipsius se similitudinem moremque formaturam. Unos enim ex omnibus gentibus maxime regum suorum imitatores Polonos esse, & (1) Mobile mutatur semper cum Principe vulgus. Duarum igitur rerum specimina statim in ipso eluceant: primo pium se metuentemque Dei, & in Catholicae religionis cultu, divinisque cerimoniis diligentem observantemque praestet; qua una re tantum ad sanandas, & ad Ecclesiae auctoritatem revocandas Haereticorum mentes profecturum se speret, quantum multi simul doctores, & sacrarum litterarum scientia, & dicendi facultate excellentes effecturi non essent. Deinde bellicarum rerum studiis deditum animum praeferat; de his disserentes & libenter audiat, & ultro sermones provocet. Juventutem in militaribus exercitationibus assidue habeat; decurrentes in equis, aliaque militiae simulacra edentes, quibus gens suapte natura (2), vel sub negligente talium rerum rege, exerceri erat (3) solita, & spectet libenter, & edoceat; in moremque patrium aliquid instituat; & ipse talibus ludis, quod ejus & ferre & postulare aetas videtur (4), saepe intersit (5), & praesit. Mirum, quantum hae parvae res & gratiae illi & auctoritatis apud universam gentem facturae (6) sint; mirum, quantum & in restituenda religione, & in revocanda militiae disciplina, utraque (7), Augusti crimine, collapsa, valiturae. Adjeci inde, ex consilio Commendoni, *ut,*

Bellum in Moschum.

primo quoque tempore, belli adversum Moschos, aeternos Polonorum hostes, & exercendae continendaeque in militari disciplina gentis natos, gerendi cogitationem susciperet, quando (8), cessante ipso, pacem inquietus hostis laturus non videretur. Ad multa id aptum consilium videri. Primum enim Imperia & regna nullam rem aeque tueri, ac regum ipsorum nomen atque famam, maxime si bello parta fuerit. Deinde regi novo, longinquo, alienigenae, genere, aetate, expectatione florenti, quae res alia regnum confirmet, nisi quae peperit? quam commendationem sui praesentis appetat aliam, nisi per quam absenti regnum conciliatum sit? Bellum, initio regni susceptum, non

1 Ib. omitt. ad *Duarum*.

2 Ib. *nat.. dedita*.

3 Ib. *est*.

4 Ib *videretur*: fortasse non male, sed contra utrumque exemplar.

5 Ib. & *int..*

6 Ib. *facturae*, ut edidi. at in utroque exempl *futurae*.

7 Ib. omitt. ad *valiturae*.

8 Ib. omitt. ad *Ad multa*.

non ad opinionem modo hominum gloriosum, sed, muniendis domi rebus, prope necessarium a peritis praesentis rerum status Poloniae duci, ut, si quies & pax teneat, nulla satis efficacia remedia sint, quibus sanari ac stabiliri regnum posse videatur. Si enim illae gentes diutius in eo ocio luxuque, quo marcescerent, relinquerentur, alterutrum sequi necesse fore, ut aut intestino morbo contabescerent, aut externa aliqua vi conciderent. Bellum omnia haec turbulenta consilia, quibus crescere ex commota atque inquieta Rep. quidam volunt, concocturum discussurumque; idem crudita illa pocula, inter quae de divinis rebus quaerunt, disserunt, statuunt, exhausurum[1], *ipsasque haeresum radices, quas, ocio natas, licentia, intemperantia, luxus, convivia aluere, disciplina atque bello excisum*[2] *funditusque extirpatum iri. Id suam Reip. formam, id pristinam legum, magistratuum, regis reverentiam, prava consuetudine delapsam, redditurum; id propagando Imperio viam aperturum; id verendam maiestatem nominis sui Polonis simul ac finitimis regibus populisque facturum, id denique expeti vulgo poscique ab omnibus, praeter eosdem illos, quibus seditiosae domi conciones conciliaque honori atque emolumento sint. Huic communi studio laetantium, se nactos aliquando regem, quo duce, superiorum annorum incommoda, Augusti ignavia, accepta, ulciscantur, nisi respondisset rex, verendum esse, ut satis gloriae partum in Gallia foret. Si enim se iis conciliorum fluctibus, quae alia ex aliis nascuntur, committat, si illis laqueis irretiri ac circunveniri se patiatur, haesurum implicatiorem, quam ut facile inde se unquam expedire atque extricare possit. Materiam autem belli causamque nec defuturam, et de eventu, nisi res oscitanter administrarentur, dubitandum non esse; quippe rem cum hoste, viris, armis, arte militiae longe impari, fore.* [Hoc postea consilio usus Stephanus rex, qui Henrico successit, tota Livonia expulsis Moschis, pacata[3] pernobili provincia, magnum nomen suum per omnem Europam fecit: atque homo novus, nec privata solum, sed etiam tenui, fortuna ortus, Polonos severiori imperio, quam si natus rex eorum esset, plures inde annos rexit]. Laetus haec differentem audivit Henricus, sed nihil libentius, quam & Commendonum aggrediendi belli auctorem esse sibi, & regiam vim non usque

 adeo

1 Ib. *exhausturum*.

2 Sic correxi *excisas* & *extirpatas* utriusque exemplaris, & editae scriptaeque Commendoni Vitae: itemque infra *aperiturum*, quae vox in illis omnibus haerebat, in *aperturum* mutavi.

3 Ib. *pacataque*.

adeo constrictam hebetemque esse, ut inculcatum ei a quibusdam fuisset. Percunctatio inde regis amicorumque, primum (1) de ipsis Poloniae legatis, deinde de singulis (2) Principibus fuit: in quo juvenis sensus enituit sane egregius, qualis quisque esset, haud alia re magis, quam religionis fide, distinguentis, ac nihil prius, quam Catholicus, an Haereticus quisque esset, quaerentis. Et nos quidem, cum ingenium uniuscujusque moresque, tum, quae inter ipsos necessitudines (3) conjunctionesque, atque unde initae, quae item simultates, quae inimicitiae, quibusque (4) ex causis, ui verum studium regi in comitiis praestitissent, qui adversati palam fuissent, quorum probata fides, quorum suspecta fraus esset, qui statim admovendi rebus, qui spe alendi, qui denique cavendi, quique amplectendi viderentur, late (5) disseruimus. Atque haec nosse regi, regique (6) qui in consilio aderant, tam jucundum fuit, ut & (7) hi tribuere exinde nobis aliquid viderentur, & rex scripto (8) comprehensa tradi sibi utique voluerit, nec destitit (9), ut quidque (10) in deliberationem venisset, a nobis, quid sententiae haberemus, exquirere. Trigesimo inde die Cracoviam est ventum.

De singulis Principibus rex edoctus.

Ad primos regni fines, Francfordiam (11) inter & Miesritiam (12), Cujaviensis Episcopus, & decem cum eo Principes, a Senatu legati, advenientem accepere regem, frequenti ac splendido (13) comitum agmine. Multi enim nobiles Poloni, alii privatim officium in regem occupantes, alii legatos secuti, cum delectis quisque equitum turmis, aderant. Conspecto rege, equitatus omnis (14) flexit ad dexteram, omnes (15) clivos [multi enim illhic molliter assurgunt tumuli], quantum patebat conspectus, [& erant ad quindecim millia equitum] extensis longo ordine alis, occupavere. In sinistra Germani constitere [tria millia equitum erant, regem, honoris ac praesidii causa prosecuti, ac rediturì domum (16)]. Porrexerunt & ipsi, intra suos fines, aciem (17), ostentavereque regi. Vtrosque

Acceptus in regnum rex.

1 Ib omitt. ad *de singulis*.
2 Ib *sing.. paene*.
3 Ib. „ conjunctiones, atque &c. „
4 Ib. *quibus*.
5 Ib. *abunde*.
6 Ib. omitt ad *tam jucundum*.
7 Ib. omitt. ad *scripto*.
8 Quod scriptum in Adnotationibus ad Gratiani Vitam in I. Vol. adtulimus pag XXXVIII. cujus quidem scripti hic est titulus: „ Memoriale „ lasciato al rè di Polonia a li 6. di „ Giugno in Cracovia. „
9 Ib *dest.. inde*.
10 Ib *quidquid*.
11. Ib. *Francfordium*.
12 Ib *Mieseritiam*.
13 Ib. *Comitatum*.
14 Ib. omitt. *omnis*.
15 Ib „ omnesque collium clivos, „ quantum &c. „
16 Ib. „ domum perrexere, & ipsi „ &c. „
17 Ib. „ aciem struxere. „

Germanorum equitatus.

que ſpectantibus nihil videbatur ſimile. Germanis graves equi, & in ſua terra nati, ac fere nigri, nigrae ocreae, nigra veſtis breviſque & uniuſmodi; ipſi item vultus nigri, &, inculta & (1) promiſſa barba, truces [unde eorum lingua *Suarzrheiter* (2) dicuntur]: arma quoque eadem omnibus, oblongus gladius, ac bini, equorum ephippio (3) pendentes, ſclopi: & quidam (4), praeter haec, ferreum malleum eodem ephippio ſuſpenderant. Apud Polonos cuncta variabant. Non equi, non cultus, non armatus idem. Equis ipſis non (5) color, non genus unum: &, quanquam equorum nulla feracior terra, tamen tanto eorum ſtudio gens tenetur, ut (6) maxime ex Italia atque Thracia adducti, ac magno comparati pretio, multi viſerentur, quibus nobiliores equites inſidebant, aut, ſine ſeſſore, in pompam loris ab agaſonibus ducebantur. Ornatus quoque multiplex, aliis patrius, aliis Vngaricus, aliis Scythicus, permultis Italicus, quibusdam & Gallicus. Tanta genti ineſt libido externos (7) imitandi! Eadem in armis diſſimilitudo. His Scytharum pharetra & arcus & acinaces, illis Epirotica haſta & longum (8) ſcutum & in alae modum cacuminatum, alteri lorica & galea, paucis graviora arma. Vt enim varia, ita levi omnes, & expedita ad curſum agitationemque equorum, armatura laetantur. Ne in corporis quidem cultu ſimiles erant, cum (9) quidam capite tonſo, quidam raſo, capillati alii, brevi (10) alii coma, promiſſa hi (11) barba, illi, praeter ſuperius labrum, penitus abraſa; cunctis ad eum fere habitum ſeſe effingentibus (12), quem in ſuos quiſque fines attingentibus populis conſpexiſſent. Sed haec ipſa varietas, hanc in caerulea veſte turmam, illam in viridi, aliam in rubra, omnes variarum ferarum pellibus, & ſerico auroque (13) ſplendentes, totamque verſicolorem aciem procul ſpectantium oculos quadam admiratione tenebat. Et Henricus, illo aſpectu militarium virorum, atque illo omni in honorem ſui apparatu, &, mixto tubarum cantu ingentibus laetiſque clamoribus, quibus late omnia (14) perſonabant, venerantium ac veluti amplectentium

Polonorum equitatus.

1 Ib. *ac*.
2 Ib. *Suarzreitri*.
3 In utroque exempl. *ephipio*: itemque infra.
4 In Commend Vita *quidem*.
5 Ib „ nec col . nec genus &c.
6 Ib. „ ut e Thracia, ex Italia „ adducti &c. „
7 Ib. *exteros*.
8 Ib. „ longum & in alae modum „ ſcutum alteri &c. „
9 Ib omitt *cum*.
10 Ib „ brevis aliis coma &c „
11 Ib „ his barba; illis praeter &c. „
12 Ib *affingentibus*.
13 Ib. *et auro*.
14 Ib. *cuncta*.

tium advenientem regem suum, adeo est delectatus, ut, tum demum regem se sibi visum esse, fateretur. Cujaviensis Episcopus caeterique legati, corona nobilium juvenum circundati, viso rege, omnes equis descendere (1): & ipse, conspectis iis, propius accedens, exiluit (2) equo, summittentesque se ad genua, *Patre* Episcopo appellato, perhumaniter singulos est amplexus. Hic, habitis mutuae gratulationis orationibus, dataque iis, qui adire voluerunt, dextra (3), repetitis equis, ac Germanis cum donis domum dimissis, ire perrectum est; adeo laetis aspectu, oratione, comitate novi regis omnibus, ut secunda illi faustaque non sonu (4) vocis, plausuque magis, quam animis & votis, precarentur. Incessit inde per confertas multitudine vias; effusis (5) undique ex urbibus agrisque virorum mulierumque agminibus, passimque nobilibus, cum instructis equitum turmis, occurrentibus: & Cracoviam, sub finem februarii mensis (6), pervenit. Atque hic, biduo post, nequicquam, varia arte, rem impedientibus Haereticis, qui, per speciem muniendae libertatis, novas ei imponere leges, & regiam vim novis arctare & (7) constringere vinculis cupiebant, diadema regi, solemni ritu, ab Archiepiscopo Gnesnensi est impositum (8). Neque enim vere rex quisquam, nisi illo accepto insigni, legibus eorum, habetur. Tum de praemiis, pro cujusque merito dandis, &, quae tum praefecturae aut loca in senatu vacua, morte senatorum, essent, supplendis, aliisque publicis muneribus (9), agi est caeptum (10). Etenim, eo biennio, quod ab (11) excessu Augusti ad adventum ejus intercesserat, multi, suo functi fato, facultatis alicujusmtum remunerandi, quibus maxime delati regni gratiam debebat (12), reliquerunt. In quo (13) plus pene, quam vellem, testimonio nostro rex tribuere est visus. Quanquam enim ea bonitas ejus erat, ut petenti negare (14) ulli quicquam, vel male de se merito, nesciret, tamen identidem de me, qualis quisque esset, & quantum illi fidendum, quaerere solebat. Quod cum emanasset, caeptus ad me fieri concursus erat, nisi ego secuturam mox invidiam praevertissem. At pri-

Diadema regi imponitur.

Praemia data merentibus.

1 Ib. descenderunt. „
2 Ib. „ exilivit „
3 Ib. dextera „
4 Sisennae apud Nonium auctoritatem in hac voce sequutum esse Gratianum credamus.
5 In Commend. Vita *offusis*.
6 Ib. omitt. *mensis*.
7 Ib. „ constringereque vinculis „ &c. „
8 Ib „ traditum. „
9 Ib. „ mun. distribuendis. „
10 In sec. exempl. *captum*.
11 In Commend. Vita *prope ab*.
12 Ib. „ habebat. „
13 Ib omitt ad *At ille quidem* &c.
14 In utroque exempl. *negari* quod corrigi debere existimavi.

primo Regia me, quantum licuit, Aulaque abstinui, & accersitus, non, nisi noctu, aut alio intempesto tempore, advi: haecque mihi a rege venia dabatur. Deinde, cum, ne sic quidem satis comprimi rumorem, viderem, & ipsos quoque Gallos sensissem commoveri, per speciem valetudinis, Cracovia tantisper secessi, donec distributa esse omnia accepi. At (1) ille quidem nihil non large ac munifice est largitus. Sed cum hominum cupiditati ac spei res publica non (2) sufficeret, &, quae dari poterant, longe petentium, ac (3) pro debitis poscentium, numerus superaret, praeter praesentis pecuniae magnam vim, etiam de privatis suis vectigalibus Gallicis annua stipendia constituere permultis est coactus; ut Haereticorum quoque, & eorum, qui dignitati ac regno illius adversati fuerant, plerique ab facili, & neminem liberalitatis suae expertem dimittere cupiente, multa abstulerint. Nec tamen assequi, ut cujusquam expleret spem, potuit; etiam, qui magna acceperunt, majora deberi sibi, ut de se quisque ample ac prolixe judicat, praedicantibus. Audire tum fuit graves acerbasque voces querentium, gratiam sibi pro merito non redditam, &, suis praemiis adversarios suos inflatos cerni, indignantium: et, qui modo, manus ad coelum tendentes, grates (4) Deo agebant, quod creandi eum regem mentem Polonis dedisset, ipsumque, haud secus quam divinitus datum sibi, studiis laudibusque ferentes, colebant, & gloriabantur, nulla privatim spe, sed unica Reip. charitate, juvenem, florentem annis, vetusta regum stirpe, regiis ipsum animis, ex longe gentium dissita terra ad regnum accersivisse, tum, veluti alii repente homines facti, seque suumque infelix studium, & data suffragia execrabantur. Adeo Remp. verbis jactamus, re fructui esse eam nobis omnes volumus! Sed, ubi nihil amplius, quod donaret, superfuit regi, & eum, studio bonitatis ac beneficentiae, sua quoque dilargitum, magnumque (5) alienum aes contractum constitit, damnatis querelis suis, ad novam gratiam, per obsequia & cultum regis, promerendum, & priores spes novis officiis tuendas, pro se quisque, animum convertit. Jam rex, dimisso concilio, quod, ad diadema illi (6) tradendum, frequentissimum Cracoviam convenerat, cum iis senatoribus, qui huic consilio maxime vi-

Querentes, gratiam sibi non relatam.

1 In Commend. Vita „ & ille q.. „ large ac munifice omnia est dilargitus. &c. „
2 Ib. „ nihil. „
3 Ib. &.
4 Ib. „ gratias. „
5 In sec. exempl. „ magnum. „
6 In Commend. Vita „ ei imponendum frequent.. &c. „.

visi sunt idonei, de bello inferendo Moschoviae deliberabat; videbaturque regni sui fundamenta bene ac firmiter posuisse: cum repente properi e Gallia nuncii, alii super aliis (1), attulere, *Carolum regem, tabe consumptum, diem suum obiisse* (2), *& Alansonium, minorem fratrem, rege Navarrae Haereticisque impulsoribus, res novas moliri, aegreque a matre coerceri, quae, custodibus, cum firmo praesidio militum, appositis, utrunque apud se, veluti captos, asservaret: sed rem* (3) *maturum reditum ejus exposcere; neque, si cunctetur aut impediatur, credi, motum Galliae sustineri diu posse:* matrisque omnes litterae filium obtestabantur, *ut, posthabitis rebus omnibus, quacunque ratione posset, celeriter se Polonia explicaret: ipsa enim suspitione, non futurum in potestate sua discessum, magnopere spem cupiditatemque incitari Vgonoviorum* (4), *& vehementer ab iis fratrem ad capessendam fortunam, quae offerretur, vacuum invadendi regnum, sollicitari.* Confusus re subita rex, noctu cum paucis Gallis, quos fidissimos (5) habebat, summotis aliis, quid facto opus sit, consultat; &, cum pro nihilo jam Poloniae regnum duceret, nec discessui ac celeritati quicquam (6) praevertendum censeret, ex eorum sententia, fugae (7) consilium caepit. Postera die, avertendae suspitioni, adeuntes solantesque luctum suum Polonos benigne affatur: *Rediisse ad se, jure haereditario, regnum Galliae, eoque statu res ibi esse, ut praesentem se magnopere desiderent. Ad eas constituendas, excurrendum* (8) *sibi necessario in Galliam esse. Sed ita meritos de se ac de nomine suo Polonos esse, ut eos charitate aequare patriae suae deberet, nec minorem sibi ejus, ad quod accitus, quam in quo natus rex esset, curam regni habendam. Eos ergo se, quae ratio regendae Reip. dum ipse abfuerit, statuenda sit, consulere.* Qui eum creandi regem auctores fuerant, summasque de eo spes ceperant, maerentes attonitisque similes stabant: caeteri, pro cujusque habitu animi, sententias variabant. Omnes respondere, *Statui de re tanta, nisi in concilio gentis, nihil posse: dimittendos extemplo per provincias, qui conventum Cracoviam indicerent.* Et rex quidem ita fieri jussit. Nocte insequenti, claudi regia cubicula, ac mane admitti neminem: si qui adire vellent (9), *aegritudine ac luctu fessum re-*

Mors nunciata regis Galliae.

Rex fugae consilium agitat.

1 Ib. „ alios. „
2 Obiit die 30. Maji an. 1574.
3 In sec exempl. *rei.*
4 In Commend. Vita „ Vgonotorum. „
5 Ib. fidelissimos. „
6 Ib *quid*
7 Ib „ nocturnae fugae. „
8 Ib. „ currendum. „
9 Ib. *velint.*

regem quietem capere, respondere janitores Galli jubentur. Ipse cum deceni admodum comitibus, quo noctis tempore altior omnes somnus habet, postica Regiae parte egressus, praeparatos equos conscendit, &, ubi excessere urbe, quantum ire equi poterant, calcaribus subditis, rapiunt iter. Pernox luna erat, & forte puer in area Regiae transeuntem agnoverat regem, dominoque narraverat. Is primo dicta pueri est aspernatus, sed, ubi, iterare jusso signa, quibus agnitum sibi ajebat regem, fides affirmanti fuit; metuens, ne ipse contra Rempublicam fecisse argui posset, si rem tantam senatores celasset, vel vanae rei auctorem esse, quam veram non indicasse, tutius ratus, sub lucem Tencini (1) Comitem, Principum unum, adiit. Ille, domo egressus, rem cum aliquot senatoribus communicat. Nulli quicquam credi aut agi temere placuit. Tencinum (2) ipsum pergere in Regiam, & rem explorare jubent [& erat forte ille cubiculo regis praepositus, quanquam ei muneri exercendo nondum adhibitus]. Orto jam sole, & ipse Regiam intravit, & totam pervasit urbem rumor, *conscisse fugam regem*: & concursus in Regiam caeptus est fieri. Janitores excitati a Tencino (3), quae praecepta erant sibi de claudendis foribus, ne quis quiescentem turbaret regem, edixere. Tum haud dubia res visa, & Tencinus (4) regis cubiculum irrupit, nec aliud in eo, quam binas super mensa litteras, ad Senatum alteras (5), alteras ad Cujaviensem Episcopum scriptas invenit, quibus causam consilii sui rex reddebat, negans, aliter utriusque regni rationibus consuli potuisse. Tum, re vulgata, discursus per urbem, ac trepidatio ingens fuit, &, pro se quisque, arreptis equis, fugientem persequi regem, Poloni, ut, si (6) possent, retinerent, Galli, ut sequerentur. Sed ille, spatium nactus, multum antecesserat viae, nec eum ante adeptus est quisquam, quam extra Poloniae fines in Slesiam evasisset. Nam Cracovia, paulo plus unius diei itinere, ab iis finibus abest. Polonos suppliciter, ut maneret, deprecantes, redire Cracoviam, & (7) nunciare Senatui jussit, se, nisi summis patriae necessitatibus adductum (8), ad id consilium non descendisse, sed brevi, constitutis Galliae rebus, in Poloniam rediturum: ac benigne omnes appellatos, sen-

Rex noctu aufugit.

Vulgata regis fuga.

1 Ib. „ Tencinii. „
2 Ib. „ Tencinium. „
3 Ib. „ Tencinio. „
4 Ib. „ Tencinus. „
5 Ib. „ alteram, alteram ad &c. „
6 Ib. omitt. *si possent*.
7 Ib. „ ac renunciare &c. „
8 Ib. omitt. „ adductum. „

tes plerosque, ac suam fortunam incusantes, dimisit. Poloni, in priores revoluti difficultates, cum, stare diu Remp. eorum non posse sine rege, sentirent, legatione in Galliam ad eum missa renunciataque, ubi reditum ejus desperarunt, habitis iterum comitiis, sed nequaquam concordia pari peractis, duos reges crearunt. Pars maxima Senatus, litteris, legationibus, donis conciliata, Maximilianum Caesarem, Nobilitas reliqua Stephanum Bathorium (1), Transilvaniae Principem, regem dixit. Is cunctantem Caesarem, & tantum vanas spes sul ostentantem, consilio ac celeritate antevertit: & Poloni eum, vel modico popularium praesidio Poloniam ingressum, relicto Caesare, quem nihil ausurum apparebat (2), regem consensu (3) acceperunt. Henricus Gallis, quos Cracoviae reliquerat, se subinde assequentibus, & ipsis quoque regulis, quorum per fines (4) iter habebat, sese officii causa associantibus, haud indecorum jam regi agmen trahens, Viennam petebat, adeo contento cursu [seu cura Galliae urgeret, seu spatium de se hostiliter quicquam consulendi Germanis praeripiens], ut ad Maximilianum simul, & excessisse Polonia & appropinquare Viennam eum, allatum sit. Laete utrunque Maximilianus audivit; & (5) ausos e suis quosdam suadere, aemulum familiae regnique comprehendendum custodiendumque, nec ante dimittendum, quam Poloniae & (6) Galliae res arbitrio suo constituisset, non repulit modo, violandi communem gentium fidem, & faederum & hospitii jura fallendi auctores, sed acribus verbis castigatos etiam imprudentiae (7) redarguit, abeunti in Galliam, Poloniamque relinquenti Henrico vel aureos pontes faciendos esse, ferens. Itaque, missis extemplo, qui Rodulphum & Ernestum, majores natu filiorum, ex Vngaria accirent, ipse curru vectus [erat enim pedibus aeger] obviam Henrico processit, eumque, transmittentem Danubium, in citeriori ripa opperiens, accepit tanta comitate, ut contentio regum, alterius alterum praeferre sibi honore cupientium, fuerit. Et Maximiliano quidem in obeundis omnibus humanitatis officiis mira inerat dexteritas, mira in omni sermone comitas. Cultus ergo splendide ac liberaliter ab eo Henricus, per Stiriam (8) Carinthiamque, in forum Julii atque in

Caesar Henricum hospitio accipit.

1 Sic edidi, constantiae causa. Sed in utroque exempl. est *Barborum*, in Commend. Vita *Barborum*.

2 In Commend. Vita „ sperabant. „

3 Ib. *omnes*.

4 Ib. *agrum*.

5 Ib. *ac*.

6 Ib „ Galliaeque. „

7 Ib „ impudentiae. „

8 Ib. „ Styriam. „

in Italiam magnis itineribus tranſcendit, nec ante de inſtituto curſu remiſit, quam Venetias venit. Hic, concurrentibus undique ad eum Italiae Principibus [1] legationibuſque, aliquot ſubſtitit dies, tantis a civitate, omnis benignitatis atque magnificentiae [2] cultrice, honoribus, tantiſque omnium ordinum ſtudiis acceptus habituſque, ut, cum nullum neque in ipſum venerationis & obſequii, neque in comites ejus humanitatis atque hoſpitii jus [3] praetermitteretur, unius humani & comis amici atque hoſpitis animum induiſſe univerſa illa civitas videri potuerit. Atque hinc profectus Henricus, in Galliam eſt reverſus. Quae autem acta Venetiis ab eo ſunt, perſecuti nos eo libro [4] ſumus, quem *de adverſis clarorum virorum caſibus* ſcripſimus, in quos quidem miſerabilem exitum ejus maxime retulimus. Henricus in Galliam.

9 Ib. „ tegulis. „
10 Ib. „ munificentiae. „
1 Ib „ praetermitteretur genus, „ unius &c „
2 Duo ſunt apud nos libri hujus MS. exempla; alterum, de quo, in quarto, & tricesimo ad Gratiani Vitam adnotamento multis egimus; alterum, quod heri [qui fuit dies nonus & viceſimus menſis Jan. an. a Chr N 1746], ab humaniſſimo Antonio Maria Gratiano tranſmiſſum, ad nos adlatum eſt, quo in ejuſdem operis editione, de qua cogitare nos illi ſcripſeramus, uteremur. Hoc quidem vetuſtius eſt, & Auctoris ipſius manu multis locis emendatum, &, quod jam nunc ab eruditis hominibus non ignorari volumus, in hujus Henrici, quo de Gratianus hoc loco meminit, *Caſu*, aliquanto, quam aut illud aut vulgata exemplaria, auctius. Illa enim his verbis abſolvuntur: „ longe graviſſimum atque maximum fuit: „ hoc autem ita progreditur. „ Navarrus datam regi fidem haud ſanctiorem habuit, quam antea, cum caeſa Ammiralii factio eſt, Carolo „ ſe regi atque ipſi Pontifici Max. „ obligaverat: apud quem publice per „ legatos profeſſus fuerat, perpetuo „ ſe in ejus poteſtate futurum, nec „ unquam obſequium, quod ei divino „ jure deberet, exuturum. Nam, & „ poſt reditum e Polonia Henrici, „ cum primum licuit, per ſpeciem „ venandi, Lutetia egreſſus, in „ ſuum regnum aufugit, priſtinamque „ Calvini diſciplinam repetiit, „ & Henrico, ut ſupra oſtendimus, „ extincto, maluit de regni ſucceſſione, „ a qua, ob id ipſum haereſis „ crimen, decidiſſe arguebatur, armis „ decertare, quam in fidem Catholicae „ Eccleſiae, ejuratis erroribus, redire. Qua pertinacia magis „ impie in Deum, an minus prudenter „ in ſe conſulat, haud facile „ quiſquam diſcreverit. Eo certe bello „ ſe Galliamque implicuit, cujus „ nec exitus ullus cernitur, nec, niſi „ nobiliſſimi et clariſſimi regni interitu, „ finiri poſſe videtur. „ Quibus etiam ex verbis, quo tempore Gratianus illa ſcriberet, intelligimus.

ANTONII MARIAE
GRATIANI
A BVRGO SANCTI SEPVLCRI
DE SCRIPTIS INVITA MINERVA
AD ALOYSIVM FRATREM
LIBER XVIIII.

AT ego, frater, paucis ante fugam regis diebus, bona illius cum venia, Cracovia discesseram, & in finibus Austriae Alexandrum del Bene Florentinum, obviam habui, qui in Poloniam, ab Sabaudiae Duce conjugeque ejus, quae regis amita erat, missus, contendebat. Ab eo de Caroli regis morte, deque summo Gallorum studio, quo Henricum reposcebant revocabantque ad paternum regnum, cognovi. Et ipse, omissa declinataque Vienna, quia Caesarem, cum ob repulsam filii, tum ob diuturnam meam in Polonia moram, non Commendono solum, ut in ejus vita memoravimus (1), sed mihi vel maxime irasci intellexeram, ad dextram iter in Bavariam averti. Hic ab Alberto, gentis Duce, de fuga Henrici edoctus, Oenipontem progressus sum. Vbi redditus mihi a Jesuitis fasciculus Pontificis Max. littera-

ra-

1 Lib. IIII. cap. 13.

In Poloniam Nuncius Apostolicus Auctor destinatur.

rarum est, novis cum mandatis. Nam Pontifex, accepta Caroli regis morte, redire me in Poloniam, atque Henrico suis verbis novum gratulari regnum, jubebat. Sed jam ego de Ferdinando Austrio, qui tum Rhetis Alpinisque circa populis imperitabat, Viennam venisse regem, et magnis itineribus Italiam petere acceperam. Perrexi igitur Tridentum, atque inde Venetias; quo paulo post ipse quoque rex, ut supra ostendimus, appulit. Et Pontifex Max. ad colendum eum, & ad Alpes usque deducendum, Venetias miserat Philippum Cardinalem Sancti Sixti, fratris sui filium.

Cardinalis legatus ad regem.

Regem ego Venetiis adivi; a quo quid dicam, perinde humaniter acceptum me, ac in Polonia cum essem? Sed omittere praestat, frater, quae de me, deque navata illi in Polonicis rebus opera, honorifice, principibus viris coram, est locutus; ne majorem fortuna mea laudem affectare videar. Satis sit non reticuisse tibi, quod, cum retinendae Poloniae spem adhuc aleret, per Foxejum, Archiepiscopum Narbonensem, quem statim Venetiis Romam miserat, cum Pontifice, me sane inscio, egisse, ut me Apostolicum Nuncium in Poloniam remitteret. Sed Pontifici, quia paulo ante eo Vincentium Laurum, Episcopum Montis Regalis, quem postea Cardinalem vidimus, legaverat, revocare eum, & mandato munere amovere [quod fieri sine viri nota non videbatur posse] non est visum. Miraris tu, frater, & saepe, me data fortuna uti nescivisse, conquereris, qui sterilescere atque incassum abire tam opulenti regis gratiam siverim. Ast ego longe majora spectavi, quam quae carpere ipse potuissem.

Rex in Poloniam remitti Auctorem postulat.

Quo consilia Auctoris spectarint.

Quippe unius mihi Commendoni dignitas cordi erat, maximeque animo insidebat meo; atque huc omnem consiliorum meorum summam direxeram, in eo mihi esse omnia statuens, si ille aliquando ad summum honorem pervenisset: cujus rei haud vanam spem eximia viri virtus, et excellens maximarum rerum cognitio ususque faciebant. Ad hanc rem haud parvo adjumento fore regis maximi opes, quae Romae quoque haud modicae erant, videbantur. Atque hunc ego gratiae fructum petebam, &, nisi mors importuna intervenisset, etiam adeptus eram. Nam rex Aloysio Estensi Cardinali, Ferrariae Ducis fratri, cujus fidei res Gallicae Romae commendatae erant, etiam atque etiam mandaverat, ut in unum Commendonum omnia sua studia conferret, ac, si casus incidisset, summa ope, ut Pontifex Max. fieret, adniteretur. Et erat Aloysii perillustris, cum inter Patres tum inter omnes, gratia auctoritasque, non so-

Aloysius Estensis.

ſolum ob familiae ſuae, ſed magis ob vitae ſplendorem, & effuſam in omnes liberalitatem blandoſque mores, & ingenium, ad promerendas hominum voluntates mirifice eruditum. Sed Commendonum paucis menſibus, antequam Gregorius Pontifex, ſenio confectus, excederet, vis improba comitialis morbi ex necopinato praeripuit, totumque procedentium conſiliorum apparatum evertit. Scilicet ſic ſe res hominum habent! Magno molimine diu laborantes anhelanteſque ſpes noſtras ſtruimus, &, cum vel maxime tutae fundataeque nobis videntur, repente, levi fortunae reflatu impulſae, collabuntur ac ruunt: nec facilius aut frequentius quicquam, quam mortem cogitatis noſtris ſubitam inexpectatamque intervenire, & cuncta interpellare, cuncta intercidere, cuncta incaſſum mittere. Hujus viri ſi gloriam, & actam per legationes & maximarum rerum munera vitam ſpectes, haud ei immatura mors contigit; ſi firmiſſime conſtitutam valetudinem & robur, nullo unquam labore victum, ſi aetatem, nondum ſexageſimum attingentis annum, nec ullum antea morbum paſſi, ſi ſpem expectationemque, quae de illo apud omnes ſumma erat, reputes, inique ab ipſo jam limine ſupremae dignitatis repulſus, ac praeceleri ſuo ſuorumque fato ſublatus videri poteſt. Hoc loco non eſt, frater, quod expectes, ut non enarrabilem dolorem meum ex necopinato caſu ejus exponam tibi: tum quia difficillimum eſt tantae acerbitati paria verba invenire, tum quia ex his, quae de illius patrio in me animo, meaque in eum ſumma pietate memoravi, facile intelligi poteſt: & tu ſatis meminiſti, quae afflictatio noſtra, quae deſperatio fuerit; qui ſaepe non tuas modo, ſed ſummorum quoque virorum, nos conſolari, & ab perpetuo luctu lachrimiſque revocare conantium, voces reſpuentem, nec ullum ſalubre remedium fracto abjectoque animo admittentem, & tantum ex ipſo fletu ac maerore meo aliquid requietis capientem, vidiſti. Sed nos vulnus, quod tam alte in animum deſcendit, & ſponte ſua tam ſaepe, tam facile recrudeſcit, ne memorando refricemus. Satis habeamus, quae tenuitas noſtra praeſtare memoriae ejus potuit, proprio volumine perſolviſſe. Certe, qui antea, agendarum rerum cupiditate flagrantes, ultro officiis, ultro negociis occurrere ſolebamus, jam urbis, jam Aulae, jam honorum atque ambitionis tantum nos taedium caeperat, ut nihil ſecreto ac ſeceſſu optatius haberemus. Multa igitur ſalute his rebus omnibus di-

Commendoni Cardinalis mors.

Quam fluxae humanae res.

Auctoris dolor ex Commendoni morte.

dicta (1), in Sentinates proficiscebar, ut in Abbatia Sanctae Crucis, cujus ipse Antistes, vel, ut nunc loquuntur, Abbas Commendatarius eram, solitudine atque ocio, non quidem inerti ac desidi, sed honesto, &, pro captu ingenii nostri, haud experti litterarum, fruerer; quam nihil fortunae credendum, quam difficile ejus vitare insidias, ejus non capi laqueis esset, jam satis expertus. Id quidem consilium protinus exequentem Sixtus quintus, Pontifex Max. qui Gregorio successerat, interpellavit, abeuntemque retraxit in urbem, & scribendis epistolis adhibuit, adeo non libentem, ut, cum ejus verbis mecum ea de re ageret Hieronymus Rusticucius Cardinalis, tempus ad deliberandum ceperim, mirante Rusticucio, id a me segniter & cunctanter suscipi, quod alii summis studiis appeterent. At meus ad rem omittendam abnuendamque prorsus inclinabat animus. Amici, ad quos retuleram, contra sentiebant omnes, suadebantque, ut offerenti se fortunae ne deessem, & munus honestissimum, ultro delatum mihi, ne detrectarem: in quibus Antonius Saulius Cardinalis, acerrimi vir ingenii, quicum vetus mihi & perfamiliaris usus erat, cunctationem meam castigatione excepit. Non, inquit, *tuum hoc solitudinis atque ocii studium, ab certo judicio susceptum interpretabuntur homines, sed ab infirmo atque imbecillo animo, quo mollius, quam virum decet, Commendoni mortem fers, ortum existimabunt. An luctui tuo, licet justo, nullum terminum pones? An, quod ille mortuus minime vult, opinionem, quam de te boni omnes habent, abjicere paras?* Ita Saulius non auctoritate solum, quae merito maxima apud me erat, sed pene convicio, parere suo amicorumque consilio coegit, iterumque me Aulae fluctibus tempestatibusque objecit.

A Sixto Pont. Max secedens revocatur.

Antonius Saulius Card.

Sixtus V.

Sixtus, ut id quoque obiter attingamus, in Piceno, apud oppidum Asculani agri, cui nomen Montalto, est natus, parentibus adeo humilibus, ut ipse gloriaretur saepe, se pecora suesque paterni heri pastum deduxisse. Pater Peretus vocitabatur, qui, apud Firmum cum honestae matronae hortum foderet coleretque, ancillulam ejus, amore illectam, consentiente domina, matrimonio sibi junxit, ex quo ortus Sixtus;

1 Verba ipsa, quibus Romae Romanisque rebus valedixit Gratianus, illa sunt, quae MS Commendoni apud me Vitae sua ipse adscripsit manu:

„ Tandem parta quies. Valeant
„ fors spesque metusque:
„ Tuque horum nutrix, ludicra
„ Roma, vale. „

tus; quem parentes *Felicem*, auspicato sane omine, appellarunt. Adolescens in Franciscanorum disciplinam, eorum, qui *Conventuales* dicuntur, concessit. Inter hos institutus tantos in litteris progressus habuit, ut disserendi de divinis rebus, dicendique facultate excellere praedicaretur. Hinc, per omnes prope gradus succrescens, tandem ad summum familiae magistratum [*Generalem* ipsi appellant] est provectus. Et Pius quintus, approbata magnopere viri industria, primo Episcopum, deinde etiam Cardinalem creavit: &, mortuo demum Gregorio XIII. adnitente maxime Aloysio Estensi Cardinali, cujus paulo ante meminimus (qui, post excessum Commendoni, hunc ante omnes proferendum susceperat) Pontifex Max. est renunciatus. Dum Cardinalem ageret, Mariam, Camillae sororis filiam, Fabio Damasceno, Romae quidem, perhonesto loco, nato, sed ab Tifernatibus oriundo, collocavit. Ex ea Fabius quatuor liberos suscepit, faeminas duas ac totidem mares. Magnum inde dissidium ortum inter Fabium & Camillam socrum, quod, sponte sua in muliebri animo accensum, insecuta mors Mariae inflammavit efferavitque ad implacabiles iras, quibus, haud minus infenso animo, Sixtus quoque accessit. Nam morosius a Fabio asperiusque habitam Mariam querebantur. Quocirca Sixtus, creatus Pontifex, abductos antea ab eo filios in familiam suam adoptavit, abdicatoque Damasceni, cognomentum Pereti, quod ipse a patris nomine sumpserat, tradidit, ac Fabio domo sua penitus interdixit. Sic ille conspexit magis in magna atque ampla fortuna suos, quam ejus particeps fuit. Puellas Sixtus longe nobilissimis adolescentibus, Romanae juventutis principibus, nuptui tradidit. Flaviam quidem, natu majorem, Virginio Vrsino, Pauli Jordani filio, de quo supra (1) mentionem fecimus, Cosmi, Magni Ducis Etruriae, nepoti; minorem, cui Vrsinae erat nomen, M. Antonio Columnae, Neapolitani regni equitum Magistro, sive, ut nunc, Gallico vocabulo, appellant, *Conestabili*. Vtraque excelluit forma: & Flavia matronali venustati admirabilem gravitatem, cum pari modestia & suavitate morum conjunctam, adjecit. Demum, singulari gloria castitatis ac faecunditatis, decem enixa partus, in undecimo, quem immaturum edidit, juvenis decessit, septem virilis stirpis filiis, tribus faeminis (2), & ingenti non fratribus solum & viro, sed omnibus, desiderio sui re-

Fabius Damascenus.

Damasceni filii a Sixto in familiam asciti.

A Sixto collocatae Damasceni filiae.

1 Pag. 120. Vol. I.

2 Subaudiendum *relictis*.

Alexander Card. Montaltus.

relicto. Filiorum Fabii Sixtus Alexandrum, admodum adolescentem, vixdum quartumdecimum explentem annum, sed non dubiae spei, initio Pontificatus, in summum ordinem cooptavit, Cardinalemque creavit, ipsis certatim petentibus & rogantibus Patribus, praevalido jam more assentandi Pontificis propinquis, & ejus voluntatem, in iis ornandis amplificandisque, praevertendi. Montaltus cognominatus est [hoc enim Sixtus ipse, dum Cardinalis fuit, a patria indiderat sibi cognomen]. Fulgentem inde senatorio honore Sixtus opulentissimis sacerdotiis auxit usque adeo effuse, ut in eo nimius plerisque sit visus; etsi, magno temperamento, multa aliis quoque liberaliter sit impartitus. Sed (1) non probandarum rerum exempla vel eo maxime nocent, quod semper latius valent, semper in deterius trahunt. Caeterum Montaltus Cardinalis, quanquam ex primae aetatis fervore, subjicientibus 2) quibusdam, avidius haurire voluptates sit visus, celeriter tamen se ad ingenium suum, natura probum & honesti aequique amans & maxime religionis colens, recepit. Hunc certe juvenem, tenui atque humili fortunae innutritum, opes & potentia & secundarum rerum proventus, quibus difficilius homines, quam adversis, moderantur, non solum non corrupere, aut de statu bonae mentis deduxere, sed, ad promerendam eximiam Christianae liberalitatis laudem, aditum ei aperuerunt. Et, quod in nova fortuna magnaque perrarum est, invidiam superavit, superavit dico? etiam in gratiam vertit: licet initio, quia parcus sermonis, adducto fere vultu, inanium atque ambitiosorum officiorum negligens, nec plane facilis aditu videretur, elati atque tumidi animi suspitionem praebuerit. Nam propius tractantibus adeo expers omnis superbiae atque tristitiae compertus est, ut, nihil eo humanius, nihil familiarius, nihil facilius esse, omnes praedicarent. Patuere & solidiores virtutes: petentibus opem suam plus praestare quam polliceri; firma atque immota promissorum fide esse; multos, sola doctrinae aut probitatis fama commendatos sibi, et auctoritate & gratia, qua pollebat apud Pontifices Max. proferre; navatam ab se operam non solum, quod fere fit, non venditare, sed ne verbo quidem indicare iis, quos studiose juverat: & plerique, adjutos se provectosque commendatione ejus, de aliis resciverunt. Scilicet officiosus & munificus esse, quam haberi, malebat. Per haec

Exempla semper latius valent.

Montalti humanitas atque facilitas.

Liberalitas, constantia, doctorum proborumque patrocinium.

1 Rerum deinceps in his libris narratarum summa capita, marginibus inscripta ab ipso Auctore hactenus fuerunt: hinc ad operis calcem, ab illo omissa, supplebuntur a nobis.

2 Subaudiendam puto *voluptates*.

haec tantum gratiae auctoritatisque, cum apud vulgus tum apud Principes Romanamque Nobilitatem, collegit, ut moribus ipsius fideque, quam majoris avunculi imperio, plus in urbe polleret, opesque familiae ab eo multo firmius fundatae constitutaeque fuerint. At in exercitatione Christianae benignitatis, egentibusque sublevandis, non in eos solum largus & beneficus, qui ostiatim mendicant, aut a praetereuntibus, cava manu praebita, stipem exposcunt, sed in eos maxime, qui a profitenda paupertate ingenuo pudore deterrentur, suaque in occulto miseria anguntur: quibus omnibus per idoneos homines subveniebat, magnamque in id pecuniam impendebat. Nec in regione urbis, circa domum ejus satis patente, erat quisquam, domesticis pressus angustiis, quem liberalitas ejus non sublevaret. In magna frumentariae rei inopia, magnaque annonae gravitate, cum ultima prope fame civitas urgeretur, ipse egestate suprema laborantium trecentos, in unam coactos domum, singulis vestimentis donatos, aluit. Proxime uni opificum tres nubiles filiae erant [a], liberali omnes forma. Harum pater fortis ejusdem homini grandiorem natu locaverat, pollicitus pro dote ducentos aureos nummos. Ad hanc illi summam pars quarta, quinquaginta nummi, deerant. Atque ille, diligentissime rebus suis circumspectis pensitatisque, ubi promissam dotem praestari ab se conficique nulla ratione posse intellexit, ad Montaltum Cardinalem confugit. Per Deum, per pietatem, per liberalitatem suam obtestatur, ut sibi quinquaginta aureos, ad supplendam filiae dotem, erogaret. Cardinalis nihil ultra, quam quantum pollicitus genero esset, percunctatus, accepto, quem ille obtulerat, libello, vultu modo, ut mos illi fuit, annuens, hominem dimisit. Postridie, tradito chirographo, adire mensarium, & pecuniam accipere jubetur. Exhibito chirographo, mensarius, ut imperatum erat, ducentos ei aureos numerat. Negat ille, tantum deberi sibi, qui non plus quinquaginta petiisset, & erratum credens receptum chirographum ad Cardinalem retulit, & rem actam exposuit: *Satis magno se liberalitatis suae munere affectum, satis subventum eo tempore sibi*, praedicans, *si, quantum petiisset, acciperet, & ipsum ita de se meritum esse, ut nihil sibi per errorem cumulatum vellet*. Cardinalis, admiratus fidem & modestiam hominis, quaerit ab eo, quot filios [a] habeat, & cognito, tres illi filias, maturas nuptiis omnes, esse, subridens chirographum suum recipit, & red-

Auctoritas in Vrbe.

Beneficentia.

Rara in opifice fides & moderatio.

[a] Miror, Gratianum non potius *liberos* scripsisse.

ire ad se post triduum jussit (1). Interea explorat, an vera narrasset sibi, &, comperto, virum bonum esse, & nihil mentitum, sexcentos aureos nummos ei numerari, ad omnes collocandas filias, mandavit. Ad visendum Neapolim profectus, cum, dissimulata persona, rheda per urbem vectaretur, carnevalibus diebus, in turba lascivientis populi, medici mali conjectu petitus ac in vultu percussus est. Agasones ejus & servi a pedibus, qui currum circumstabant, eductis gladiis, impetum in percussorem illum fecerunt, & multis vulneribus concisum pro mortuo reliquerunt. Tulit id factum aegerrime Montaltus, &, ut saucius ille diligentissime a principibus Medicis curaretur, in magno negocio habuit, & convaluisse adeo laetanter accepit, ut ei, dextera manu & altero crure ex vulneribus debilitato, ducenos aureos nummos in victum, quotannis e suo fisco solvendos, constituerit.

Injuriarum perpessio in Montalto.

Sed minuta haec & vix advertenda prae immani illa pecunia, quam in Dei Divorumque templa, & in templa colentes sacerdotes, profusissime erogabat; quae quadraginta millia aureorum, annis singulis, excessisse, sunt, qui pro comperto affirment. Nuperrime, qui aedem (2) Divo Andreae ad Val-

Ejusdem in Dei cultu munificentia.

1 Mallem *jubet*.

2 In hac aede Sacris religiosissime operantur Clerici Regulares, quos vulgo Theatinos vocant. Huic ego sanctissimae clarissimaeque familiae quum vehementer faveam simque, merito ejus eximio ac singulari, addictissimus, dolebam jampridem, nullum mihi in toto hoc Gratiani Opero testificandi judicii mei declarandaeque voluntatis locum ac commodatum dari. Quo magis, tandem aliquando oblatum, mirifice gaudeo; praestantiamque hominum, & ingentes ab iis Christi Ecclesiae adlatas utilitates, non unius Cardinalis Montalti de illis judicio, sed etiam gravissimo duorum summorum, item Cardinalium, testimonio atque sententia, in hisce Commendoni ad Carolum Borromeum, ineunte mense Majo anni 1570 Roma datis, litteris, quas primus edo, intelligi ab omnibus volo. „ Havendo V. S. Illustrissima, per maggior servitio de la sua Chiesa, constituito in Milano un collegio de' Theatini, il Capitolo di quella Congregatione ha determinato, che da Venetia vengano, a servire, il Padre Don Gio. Pavolo, & il Padre Don Hieremia. Da la quale deliberatione molti gentilhuomini et gentildonne di quella città, persone pie et date al servitio di Dio, si sono messe a tentare di ritenere li detti Padri in Venetia, con tutti quei prieghi, che possono. Sopra che a me sono state scritte molte lettere da gentilhuomini principalissimi: i quali non solo per loro spirituale commodo desiderano la presentia di quei Padri, ma per servitio commune di quella città, la quale veggono haverne troppo bisogno, tal che da la partita loro sia per patire un notabil danno: come la S. V. Illustrissima potria facilmente intendere ancora da Monsignor nostro di Torcello . . . . .

. . . . Il che ho „ vo-

Vallem magnifice, ac majori, quam quanto suffecturae vires videbantur, sumptu aedificabant, ipsum adierunt, ac magnis precibus egerunt, ut, qui tam multa sacris & locis & hominibus largiretur, tam multos annuis salariis prosequeretur, aliquid de unoquoque detraheret (quod facturus nullo pene, aut permodico, eorum damno esset) atque, quod ex singulis decerpsisset, id universum Apostolo Andreae contribueret: ita fore, ut & sibi nihil, & illis parum decederet, & novo templo non sane parum ad perficiendum opus adjiceretur. Ad haec juvenis haud minus pie respondit, quam liberaliter fecit: Non, inquit, *tam arcte rationes mecum contulit Deus, neque in me augendo tam exiliter calculos exegit, ut ego datum & acceptum quasi scrupulose exaequari velim, &, quod ad pium opus conferre juvat, id, non nisi aliis, aeque piis, operibus detractum, conferam. Quod dederim vobis, mihi, non aliis, demptum volo*. Atque ita iis sena millia aureorum, in annos singulos, menstruis pensionibus solvendorum, ad usque perfectionem templi, attribuit, & spem atque opinionem eorum eximia pietate ac largitate longe superavit. Nimirum, quod perpauci norunt, juvenis ad officia pietatis natus, intelligebat, divitiarum non dominos esse nos, sed procuratores ac dispensatores, nec traditas eas nobis, sed commodatas esse, & nihil tam esse nostrum, quam quod merentibus, & maxime, quod Deo, idest, divino cultui, erogamus. Nam beneficium, bene locatum, nunquam non eo, unde profectum est, revertitur; aut certe fructum (1) dantis vel maximum existimari debet, dedisse. Et egregia in hanc sententiam & celebrata scriptoribus est Alphonsi, re-

„ voluto far sapere a V. S. Illustrissima, „ solo, perchè essa, la quale con la singular carità sua, et con il grado, „ che meritamente tiene ne la Chiesa universale, abbraccia molto più „ di quello, che si contiene ne la „ principale sua Chiesa, consideri „ il presente pericolo, anzi la certa „ perdita, che sarà de l' anime di „ Venetia, et lo compensi col novo „ acquisto, che ne farà di quelle di „ Milano la Chiesa sua, le quali „ hanno da V. S. Illustrissima on' „ assiduo et un sì gagliardo aiuto, „ et si contenti di concedere a tanto „ evidente necessità questi due Padri, „ o al manco Don Hieremia, che „ pur hora cominciava a rivolger molti al buon fine de la nostra vita. „ Io veramente sono astretto di dirle, che il mandar altrove Don „ Hieremia, è un levar il medico „ da un Spedale, molto ben pieno „ di infermi et di infermità, poco „ conosciute da altri, ché di novo „ vi si adoperasse. Con tutto ciò „ mi conviene rimettermi a la carità et al zelo di V. S. Illustrissima „ verso la salute commune. Con che „ pregando il Signor Dio, che di „ continuo le accresca la sua santa „ gratia, humilmente le bacio le „ mani. „

1 Aut subaudiendum est *esse*, quod quidem duriusculum est, aut *fructus* . . . *maximus* corrigendum.

regis Neapolis, vox, qui assentatori cuidam, quaerenti ab eo, *ecquid sibi reliquum faceret, qui quotidie tam multa tam multis largiretur;* respondit, *ea ipsa, quae largitus sum.* Et Martialis, nihil intactum versiculis suis relinquens, hoc idem brevi epigrammate perbelle est complexus:

Praeclara Alphonsi, regis Neapolitani vox.

Callidus effracta nummos fur auferet arca:
Prosternet patrios impia flamma lares:
Debitor usuram pariter sortemque negabit:
Non reddet sterilis semina jacta seges:
Dispensatorem fallax spoliabit amica:
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est quicquid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Montalti sanctitas & continentia.

Atque haec pietatis & beneficentiae pauca exempla egregii hujus juvenis recensere non piguit. Quid? illud sanctitatis & continentiae, cum quovis Antiquorum facto comparandum, si narratorem, ingenio parem, inveniat, omiserim? Cuidam Romae, gente haud obscura genito, cujus praestat reticere nomen, filia fuit, corpore & pulchritudine excellens, atque eo flore aetatis, ut vix decimumoctavum annum attingeret, educata liberaliter & ingenue, verecundas per artes. Pater, ad supremam delapsus inopiam, ne quo aleret quidem filiam, nedum, quo collocaret, habebat; &, vitandi imminens pudicitiae periculum, in tam conspicua forma, in urbe, corruptorum plena, ubi, novis semper aggestis muneribus, dites quoque, ac pudore septae domus, saepe expugnantur, spes nulla erat. Itaque, quod futurum providebat, antevertere statuit, ad vitam sibi quoque sustentandam fructui fore quaestum ex filiae corpore sperans, si non vulgaretur, ac si amatorem ipse delegisset. Circumspectis multorum conditionibus, vertit ad Montaltum animum. Hunc, juventa facilem, magnis pollentem opibus, si ad cupidinem virginis, haud humillimo loco natae, & insigniter formosae, illexisset, satis & suis & filiae necessitatibus prospectum credebat. Idoneum nactus interpretem, quo ultimae egestatis vi adigeretur, ostendit, & eum deferre rem ad Montaltum, & venturam, quoties vellet, puellam polliceri, nec praemium aliud, quam quod sponte dedisset, pacisci jubet. Virginitatem incorruptam, eximiam formam, adolescentulam rudem omnis meretricii moris, praedicantem internuncium irrisit ultro Montaltus: *Scilicet formosam, offerentem sese,* ul-

ultro viros sollicitantem, *virginem*, inquit, *credis*. Illo eadem, quoties locus daretur, repetente, obtundenteque eum, & probam & integram nec ulli tactam & virginali modestia affirmante, fatigatus Montaltus, & consilii sui jam certus, adduci eam imperat. Qua visa, etsi perculsus primo nonnihil sit splendore formae, quam exortus statim rubor, haud dubius intimi pudoris index, auxit, tamen non tam ad libidinem [quippe adversus hanc obfirmaverat animum] quam ad misericordiam est commotus. Placato ac benigno vultu acceptam percunctatur, *Ecquid ad se venisset, & an virginem id aetatis in viri alieni potestatem se committere puderet* (1)? Ad haec illa, demisso ad terram vultu, obortis lachrimis, *Non sponte sua, sed imperio coactam patris venisse*, respondit. Tum sciscitari pergit Montaltus: *Quid ita pater eam alicui in matrimonium, aut, si id minus posset, in virginum sacratarum convictum disciplinamque non traderet?* Neutrius rei facultatem suppetere patri, ob domesticam difficultatem, causante puella, exequitur Montaltus: *An ipsa, si pater in septa Monialium dederet, conditionem subitura, ternisque se votis Deo, ut disciplinae ratio postulat, obligatura esset?* Illa, *obligaturam vero, nec in vita optatius quicquam evenire posse sibi* asseverat: et, *An*, inquit, *mala paupertatis, & solitudinem* (2) *afflictae domus vitare, meque ab improba alienorum libidine, in quam praeceps pellor, vindicare atque in arcem pudicitiae ac religionis recipi, non unicum Dei munus, non summum vitae columen* (3) *ducam?* Montaltus, nihil jam ultra quaerens, deduci puellam ad fratris sui uxorem, & ab ea diligenti cura haberi jubet, donec ab obstetricibus, quas peritissimas acciri mandarat, exploraretur inspiceretur que, violata ne, an virgo esset. Quod ubi constitit, protinus libentem laetantemque in monasterium Monialium tradit, ac in ejus dotem mille aureos nummos numerari jubet, & puellae ipsi aureos quinquaginta in annos singulos assignat. Quod veterum exemplorum huic specimini anteponas, si rem aequis ponderibus expendere, ac si non antiqua tantum mirari, nostra fastidire, quod fere fit, velimus? Majori Africano in Hispania oblatam e captivis nobilem virginem, insigni forma, sponso, cui pactam com-

Montalti cum Africano majore comparatio.

1 Omnino legendum contra autographum nutu *non puderet*. est autem totum hoc de Montalti continentia ipsius Gratiani manu perscriptum.

2 In autographo *solitudine*.

3 Ib. *culumen*. Sed rescripsi *columen*: quam vocem de familiae subsidio Terentius, de seip. p. aeudio Cicero usurpavit.

comperit, inviolatam reddidiſſe, tantae gloriae fuit, ut hodie quoque memoria ejus facinoris celebretur. Quid ita? quia laudatorem T. Livium, Romanorum Scriptorum diſertiſſimum, habuit. Noſtrorum benefacta in obſcuro jacent, quia luculenta ingenia deſunt (1), quorum ſtudio copiaque illuſtrentur. Sed haec hactenus: quae nos non auribus ejus, non benevolentiae atque obſervantiae, qua illum coluimus, ſed veritati dediſse, facile, quibus cognita vita moreſque ejus ſunt, fatebuntur.

Michael Peretus.

Fratrem habuit natu minorem, cui Michaeli fuit nomen. Huic, admodum adoleſcenti, deſponderat Sixtus Pontifex Margaritam Somnaliam Mediolanenſem, Alphonſi, unius e civitatis principibus, filiam, quae, paulo ante amiſſo patre, haereditatem, longe opulentiſſimam, ad quinquies centena aureorum nummum millia, creverat. Hiſpana matre erat genita, cujus frater, Cinconii Comes, intima Philippi regis gratia magnaque potentia florebat. Ad has peragendas nuptias, verbiſque praeſens tempus definientibus (2) jungendas, & puellam ad ſponſum Romam adducendam, ego Mediolanum miſſus ſum (3). Atque in urbe ampliſſima, & ce-

Mediolanum nuptiarum Margaritae Somnaliae cum Michaele Peretto cauſa Gratianus mittitur.

1 Sed Montalti certe benefacto luculentiſſimum ingenium in Gratiano noſtro, cujus ſtudio copiaque illuſtraretur, non defuit.

2 Verba ipſa, quibus peragi ea ſponſalia debebant, habeo Gratiani ipſius manu deſcripta, ac profero: „ Dimando a voi, Signor Abbate „ Gratiani, ſe il Signor Don Mi „ chele Peretti, Marcheſe d' Inci- „ ſa, voſtro Principale, vuole et ac- „ cetta, et voi, ſuo Procuratore, a „ nome ſuo volete et accettate per „ vera et legitima ſpoſa et moglie „ d' eſſo Signor Don Michele per „ verba de praeſenti, ſecondo l' uſo „ de la ſanta Romana Chieſa, la Si- „ gnora &c.

„ Il Signor Don Michele Peretti, „ Marcheſe d' Inciſa, mio Principa- „ le, vuole et accetta, et io, come „ ſuo Procuratore, in nome ſuo et „ per eſſo, voglio et accetto &c. „ Tum ſubditur ab eodem Gratiano: „ Far che le ſopradette interrogationi „ et riſpoſte ſiano de verbo ad ver- „ bum ſcritte nel libro ſolito, nel „ quale ſi notano i matrimonii. „

3 Menſe Martio an. 1589. de quo itinere exſtat haec apud me autographa ad Aloyſium fratrem epiſtola: „ Cariſſimo fratello. Ordinai a „ Gio. Batiſta, che vi ſcriveſſe, che „ voi attendeſte a metter denari in- „ ſieme, quanto più potere. Ve lo „ replico, perchè ne doverò haver bi- „ ſogno, et converria, che foſſero „ pronti. Io partirò di quì fra due „ o tre giorni, mandato da N. Si- „ gnore al Granduca, al Duca di „ Mantova, et di là poi a Milano „ a ſpoſare la Signora Conteſſa de la „ Sommaglia, a nome del Marcheſe „ noſtro. Io mi trovo, Dio gratia, „ aſſai bene ſano del corpo, per far „ queſto viaggio. et non mi s' im- „ pone neceſſità di correre le poſte, „ nè di molta fretta. Anderò a gior- „ nate, et a commodo mio. Et non „ poſſo dire, ſe non che queſti Si- „ gnori tutti m' habbino molto fa- „ vorito a ſervirſi della perſona mia in „ coſa, ne la quale per l' ordinario ſo- „ gliono i Principi adoperare i più intimi „ et i più accetti ſervitori. Io vado vo- „ lentieri, et ſpero di ſervire a lor ſatiſ- „ fattione. Piaccia al Signor Dio, s' è „ ſuo ſervitio, conſervarmi la ſanità. „ Di Roma a li 18. di Marzo 1589.

celebritate populi maxime insigni, hinc Pontifici Max. hinc Cinconii Comiti, in regis Aula homini in primis gratioso, assentantibus certatim cunctis, tantis adveniens honoribus acceptus sum, ut non solum, qui novam nuptam necessitudine aliqua & propinquitate attingebant, in quibus civitatis principes erant, sed universa prope Nobilitas, frequentissima obviamitione, mihi, portis appropinquanti, occurrerit. Die inde nuptiarum ipse adfuit in sponsae domo Mediolanensium Archiepiscopus, & religiosis amictus vestibus, argenteo insignis paludamento (1), pontificali infula caput redimitus, edito in solio, superpendente tentoriolo, sedens, solemnia verba, quibus matrimonii faedus Sacrumque sancitur, peregit; praesentibus, ad cohonestandam rem celebrandamque, non civitatis modo proceribus, sed ipso, cum magna Senatus parte, regio praetore, qui tum erat Dux Terraenovae, homo Siculus; & amplissimae vir dignitatis. Dum inde ego, ad arcana quaedam Ferdinando (2), Etruriae Ma-

1 In autographo *paladamento*.

2 Habeo autographis aliquot epistolas, de hisce Gratiani legationibus agentes, sed vulgaria officia potius, quam quicquam arcani consilii, continentes. Eas tamen, temporum, queis scripta quaeque est, ordine servato, edendas censui.

I. „ All' Illustrissimo & Eccellentissimo Signor mio Osservandissimo „ il Signor Don Pietro di Medici &c.

„ Illustrissimo & Eccellentiss Signor mio Osservandiss. Bacerà le „ mani di V. Eccellenza in mio nome „ il Sig. Abbate Gratiani, havendogli io ordinato, che faccia questo „ officio di riverenza con lei per parte mia, & le significhi la buona „ & continua dispositione, in ch' io „ vivo di servirla sempre. Degnisi „ V. Eccellenza di ricevere con l' humanità sua il testimonio, che le „ farà del buon' animo mio, et di „ mantenermi nella sua buona gratia, „ nella quale mi raccomando, quanto „ posso, rimettendomi al predetto, „ con baciarle di nuovo le mani. „ Di Roma li 15 di Marzo 1589. „ Di V. Eccellenza.

„ Affetionatissima Serva
„ Flavia Peretti Orsina. „

II. „ Alla Serenissima Signora mia „ Osservandiss. la Signora Duchessa „ di Mantua &c. „

„ Serenissima Signora mia Osservandiss. Venendo a Mantua l' Abbate „ Gratiani, per satisfar co 'l Serenissimo Sig. Duca al debito dell' osservanza & servitù mia, m' è parso di valermi della medesima occasione in far riverenza all' Altezza „ V. come fò, et co 'l mezzo di „ questa, et con la viva voce del „ predetto gentilhuomo, il quale hà „ ordine da me di baciar le mani di „ V. Altezza in mio nome, et di „ farle nota la prontezza dell' animo „ mio, et il debito, in ch' io vivo, di „ servirla sempre. La supplico, che „ si degni di gradir il presente officio, „ riconoscendolo da vero affetto di „ riverenza d' un servitor obligatissimo et deditissimo al suo servitio; come pienamente le referirà „ il predetto gentilhuomo, al quale „ rimettendomi bacio all' Altezza V. „ le mani, raccommandandomele in „ gratia. Di Roma li 13. di Marzo „ 1589.

„ Di V. Altezza.

„ Affetionatissimo Servitore
„ Michele Peretti Marchese. „

gno Duci, enuncianda, Sixti missu, Florentiam excurro, atque reversus Mediolanum, Vincentium quoque, Mantuae Ducem, qui tum Monferatum ac Subalpinos populos ditionis suae obibat, convenire, non parvis de rebus, jussus sum; atque item, dum puellae profectio instruitur, multaque, itineri tam illustrium faeminarum ornando, necessaria comparantur, Sixti Pontificis morbus, & mox excessus affertur.

III ,, All' Illustrissimo & Eccel-
,, lentiss. Signore il Signor Don Pie-
,, tro de' Medici.
,, Illustrissimo et Eccellentiss Si-
,, gnore. Hò commesso a l' Abbate
,, Gratiani, ch' io mando a Fiorenza
,, a dar gratie a S A de' continui
,, favori, che ci fà ogni giorno, che
,, venga a baciar le mani de l' Ec-
,, celenza V. in mio nome, le dia
,, conto de le cose nostre, et le di-
,, mostri in quanto pregio io tenga
,, l' amore et voluntà, che le piace
,, portarmi, et quanto me ne senta
,, obligato a l' humanità sua. La
,, prego a gradir quest' officio, & a
,, prestare intera fede a quanto le di-
,, rà il detto Abbate, al quale ri-
,, mettendomi, prego il Signor Dio,
,, che guardi et prosperi l' Eccel-
,, lenza Vostra lungamente. Di Ro-
,, ma a li 18. di Marzo 1589.
,, Di V. Eccellenza.

,, Servitore
,, A. Card. Montalto. ,,

IV. ,, Al Serenissimo Signor mio
,, Zio Osservandiss. il Gran Duca
,, di Toscana &c.
,, Serenissimo Signor mio Zio Os-
,, servandiss Io hò veduto & ascolta-
,, to volentieri l' Abbate Gratiani,
,, sì per venirmi da N S dalla so-
,, rella & Pronepoti della Santità S.
,, sì anco per il testimonio, che mi fà
,, V. A. delle buone sue qualità, &
,, altri rispetti, che concorrono nella
,, persona di esso lui, ma particolar-
,, mente per essere Vassallo, & cosa
,, dell' A V. alla quale desidero di
,, mostrare in ogni occasione, quanto
,, mi sia d' infinito gusto il fare tutto
,, ciò, che conosco essere di sodisfat-
,, tione di V. A alla quale bacio le
,, mani, con augurarle felice corso di
,, longa vita Di Mantova a' 10. di
,, Aprile 1589
,, Di V. Altezza.

,, Nipote & Servitore di cuore
,, Il Duca di Mantova. ,,

V. ,, Al Serenissimo Duca di Man-
,, tova Signore & Nipote mio Os-
,, servandiss &c.
,, Serenissimo Signor mio Nipote
,, Osservandiss L' Abbate Gratiano,
,, che sen' andava a Roma, se ne torna
,, a dietro per ordine havuto di venir in
,, Piemonte, per la liquidatione del ne-
,, gotio. E' homo di buona condi-
,, tione, & io ho voluto raccoman-
,, dare a V A. non solo il negotio,
,, ma la persona di lui, pregandola
,, di usar, come sò, che farà per se
,, stessa, ogni buon termine con esso
,, & nel negotio & in ogn' altra cosa,
,, sì che habbia cagione di lodarsi
,, della volontà di V. A. nell' un' &
,, nell' altro; che n' harò piacere an-
,, cor io. Et le bacio la mano Di
,, Fiorenza li XIII. di Giugno M. D.
,, LXXXVIIII.
,, Di V. Altezza.

,, Zio et servitore affetionatiss.
,, Il gran Duca di Toscana. ,,

VI. ,, All' Illustre & Reverendo
,, Signor Monsignor Abbate Gratiani
,, &c Milano.
,, Illustre et Reverendo Signor..
,, Per risposta della lettera, scrittami
,, da V. S. a' 21. del passato, bastami
,, a dirle, ch' io hò havuto & havrò
,, be-

tur. Quo ego accepto nuncio, Romam, dispositos per equos, statim recurri. Post Sixtum creatus Pontifex est Jo. Baptista Castaneus, Cardinalis S. Marcelli, qui se nomine Vrbanum septimum nuncupavit, vir habitus magnae probitatis, & qui, inito Pontificatu, magnam quoque spem sui moverat: sed vel ex eo felix, quod intra duodecimum diem raptus opinionem de se bonam reliquit, experimentum nullum dedit. Non enim semper in imperio summaque potestate retinemus, quam privati laudem gratiamque meruimus. Vrbanus VII.

Ego autem, frater, post Sixti exitum, Montalto Cardinali, invitatu quidem ejus, sed & mea sponte, adhaesi, non tam fortunae amplitudinem, quam naturae bonitatem seminaque haud dubia virtutis, quae in adolescente elucebant, & nonnullum etiam in me studium secutus. Et statim incidit tempus fidem illi meam operamque approbandi. Pontifices Maximos uno anno quinque, quod rarum in omni antiquitate, vidimus. Nam Vrbanus, qui Sixto successit, intra duodecimum diem, ut memoravimus, obiit. Secutus Gregorius nonum mensem vix explevit. Huic proximus Innocentius ad sexagesimum Pontificatus diem vitam non produxit: in ejusque locum Clemens est suffectus. His creandis, veteri instituto, Cardinales in Vaticanum coeunt, certisque palatii conclavibus includuntur, singulisque eorum ministri, haud plures duobus, quos ipsi elegerint, e familiarium suorum numero, assignantur: & quisque, quorum animis industriaeque plurimum fidit, eos sibi assumit. Montaltus, quia multi, a Sixto cooptati, Cardinales auctoritatem ejus sequebantur, ejusque beneficio in eum ordinem pervenerant, magnis aliorum, alios commendantium, studiis obtundebatur. Sed ille me, vel ob id, ut reor, quod hujus omnis ambitus expertem intellexit, omnibus praetulit, secumque conclavia intrare jussit. Honorificum id mihi, in tanta familiarium turba, in quibus excellentes ingenio doctrinaque viri permulti erant, caeteris anteponi. Sed ipsa res specie, quam usu, optabilior. Me certe multorum invidiae odiisque objecit. Nam, unum in suffragiis plurimum posse, tanta Cardinalium parte beneficio ejus obnoxia, palam erat, & quocunque vertisset ipse stu-

Card. Montalto post Sixti mortem adhaeret Auctor.

Quinque eodem anno deinceps Pontifices Max.

Conclave Vaticanum cum Card. Montalto Auctor ingreditur.

„ benissimo consideratione sopra i particolari, contenuti in essa sua, „ sicome ne potrà far larga fede il „ Sig. Conte Alberto Scotti, co 'l „ quale n' hò discorso lungamente. „ Intanto, pregando Dio, che conservi „ V. S. me l' offero, & raccomando di cuore. Di Brescia a' 7. „ d' Ottobre 1589.

„ Alli commodi di V. S.
„ Il Duca di Mantova. „

studia, eo res inclinatura credebatur. Ea autem aetas ipsius erat, quae vix tanto suffectura oneri videretur. Itaque me rectorem adolescentiae ascitum homines opinabantur. Quod certe secus erat. Nam & ipse, natura tectus occultusque, sua semper vi stetit, suoque ingenio consilia direxit; & ego, adjutor & administer voluntatis ejus, quam auctor, esse & haberi malebam. At (1), quorum animos edax ambitio dies noctesque urebat, ii nihil praetermissum sibi, nihil neglectum, nihil intentatum patiebantur. Non Montaltum solum, omni genere officiorum assentantes, percolebant, verum & ad me spes suas deferebant; mihi promissis, obtestationibus, prensationibus blandiebantur, tam cupide quidam, ut me ad indecoras se preces demittentium puderet interdum, magnopereque taederet. Usu mihi intellectum est, vere olim dictum, *Omnia serviliter pro dominatione*. Conabar quidem ego modestia & magno verborum honore omnibus satisfacere, sed uni tandem impendendum erat, quod multis expetebatur, quod omnium intererat. Arduum sane negocium atque operosum! & cui nullum ab contenta cura vacuum tempus concedebatur. Quippe modo occulte & callide se insinuantium caeptis erat occurrendum, modo palam irrumpentibus magna vi obsistendum. Quidam, languore (2) desides, excitandi; quorundam efferens se plus aequo ardor retundendus; aliorum alendae spes; aliorum ducendae atque arte eludendae. Per haec vitari multorum, & quidem summorum virorum, offensiones nullo modo poterant, quas Montaltus dignitate ac magnitudine opum facile sustinebat contemnebatque: in me gravius incubuerunt, & inde diutius, quam vellem, exercuerunt. Sed ego, quod unum initio spectavi, assecutus sum, ut fidem mihi esse antiquissimam, & vel potentissimorum hominum gratia potiorem, testatum omnibus facerem, &, ante omnes, ipsi, cui me obstrinxeram, ado-

Petitorum supremae dignitatis contentio.

Offensa multorum voluntas.

1 Horum comitiorum, quibus Clemens VIII. Pontifex Max. renunciatus est, rationem hinc describere Gratianus, qui et *vidit*, quae agebantur, et eorum *pars magna fuit*, instituit. Confer, quae de iisdem comitiis in opere, quod anno 1667. sine loci mentione prodiit, hoc titulo: „ Conclavi de' Pontefici „ Romani, quali si sono potuti „ trovare, fin' a questo giorno. „ quorum quidem series a Clemente V. hoc est, ab an. 1305. ad Alexandrum VII. hoc est, ad an. 1655. deducitur. Alia consilia, alia acta, alios sententiarum auctores, aliam denique prope rem, non sine admiratione, deprehendes. Atqui liber ille, ridiculis plerumque commentis, imperiturumque aut etiam male olorum hominum sermonibus constans, pro legitima arcanaque quadam historia atque in deliciis a nonnullis habetur

2 In autographo *langore*: quod vetustis bonorum Latinorum manuscriptis codicibus tueri tamen se posset.

adolescenti. Ea tempestate in magno motu res Galliae erant, regnumque, totius Christiani orbis vetustissimum atque opulentissimum, civili rabie, cujus causa atque origo in turbatis religionibus residebat, dilacerabatur. Hispani, qui, si concidisset Gallia, suisque accessisset opibus, rerum imperio spe atque cupidine imminebant, nec ultra fore, quod iis caeptum ad summam potentiam cursum moraretur, intelligebant, Gallorum furori ac tanto intestini dissidii incendio faces materiamque subjiciebant, eoque rem adduxerant, ut nihil propius esset, quam ut optatis suis potirentur, nisi pot.tos se jam ipsi credidissent, usque adeo, ut, cum, sublato per insidias rege, de novo asciscendo Principe Galli Luthetiam Parisiorum convenissent, Hispanorum legati in concilio gentis postularint, ut regnum ad Isabellam, Philippi, Hispaniae regis, filiam, quae sorore occisi regis orta erat, deferretur, ipsique eum demum acciperent regem, cui illa nupsisset. Ab hujus postulati insolentia prima spei lux sanandae Galliae affulsit. Tanta enim indignatio gentis, natura elatae ac superbae, incessit animos, eo recidisse jam se, ut mulierculae dos fierent, stomachantes, ut, repudiatis Hispanorum consiliis, de reconcilianda cum Henrico Borbonio gratia, ac, si ipse pravam Calvinianorum sectam abjecisset, seque avitae atque Catholicae religioni reddidisset, de regno, illi tradendo, cogitationem susceperint: eo quidem propensius, quod illi, vetustis Galliae legibus, successio in regnum debebatur, nisi, defectione a priscorum Sacrorum fide, ac novae atque pestiferae haeresis noxa, eo jure decidisset. Quod postea utrunque, magno Galliae bono, est factum. At Romae interea, in creatione tot Pontificum, nullum Gallorum nomen, nulla auctoritas intercesserat, quae alias esse non parva consueverat. Agitati scilicet tantis domi seditionum procellis ad externa minus vacarunt: nec ulli in urbe Gallici sanguinis Cardinales eo tempore fuerunt, praeter unum Pellevejum, qui Hispanos ipsos studio in Philippum regem anteibat; ac ne legatus quidem gentis, cujus vox audiretur, ullus fuit. Ab Hispanis eo munere fungebatur Olivarii Comes, haud parvo vir ingenio, sed plus aequo regi suo tribui postulans, plus, quam ferri posset, arrogans sibi: qui usque adeo factionis studio efferebatur, ut non solum, si qui cupere Gallis, & juvare eorum res dicerentur, hostili odio insectaretur, sed in eos quoque infesto esset animo, qui, partium expertes, uni Reip. operam studiumque impenderent. Is igitur, tempus nactus, omnia audenti oppor-

Galliae motus ac bellum domesticum.

Hispania oculos Galliae adjicit.

Hispanorum postulata a Gallis rejecta.

Olivarii Comes Hispanorum Romae legatus.

portunum, cum & interregnum esset Romae, & abessent suis fracti distentique dissidiis Galli, & nulli patrum tantum aut animorum aut auctoritatis fore videretur, qui objicere se tanti regis nomen vimque praeferenti auderet, postquam singulos domi convenisset, & aliis spe illectis, aliis metu deterritis, cunctos pene obsequio atque adeo servitio paratos sensit, ad id arrogantiae confidentiaeque processit, ut, editis novem Cardinalium nominibus, quos regi suo maxime probari, maximeque tanto fastigio pares censeri ajebat, uni eorum, nec alteri extra eum numerum ulli, Pontificatum Maximum mandari petierit, & quasi praescripserit, manusque injecerit amplissimo ordini. Nemo tam subacti ingenii, nemo tam patiens jugi fuit, quin indignitate tam impudentis ausi gravissime offenderetur, nemo, ne eorum quidem, qui nominatim designabantur, qui in privatis congressibus, novi, nec ulli ante usurpati, exempli rem non execraretur. Nemo tamen palam adversari atque obtrectare conatui, praeter Montaltum Cardinalem, est ausus. Is, etsi novem illos non aspernaretur, &, honore aetatis, & virtutis opinione, praestare intelligebat, tamen & aversabatur Olivarii facinus, &, multos paribus laudibus praeteritos esse, iniquum putabat, & diu, ne quis eorum renunciaretur, contendit pugnavitque. Verum sensere mox Hispani, quanta Romae in invidia, cum apud Patres tum apud vulgus atque apud omnes, Olivarii temerarium consilium fuisset, & rex, de eo multorum litteris admonitus, incaeptum penitus omitti imperaverat: & Olivarius ob id, inter suos quoque, diu adverso rumore fuit maleque audivit. Commutata igitur ratione, quem nuper ut adversarium aspiciebant, adjungere regi Montaltum, & omni ope adniti, ut sibi cum eo conveniret, statuerunt. Et juvenis, aequi bonique cultor, dum de Pontificum Maximorum jure atque majestate nihil derogaretur, suaque Senatui libertas inviolata sartaque ac tecta maneret, promptam suam in regem maximum, & Catholicae pietatis maxime colentem, observantiam, fidem, obsequium fore praeseferebat. Et jam abierat Vrbe Olivarius, in quem odia hominum incubuerant, successeratque ei ad legati munus Antonius Corduba, Dux Suessanorum, temperatior suopte ingenio vir, &, quantum offensae sua Olivario insolentia conflasset, satis gnarus. Igitur, mortuo Innocentio, cum nova instare certamina viderentur, tam dexter se Montalto junxerat, ut, data inter se acceptaque fide, in id consenserint, ut, quos quisque eorum non probaret, ii ab utroque rejicerentur. Pollice-

Ejus arrogans postulatum.

Montaltus obsistit.

Antonius Corduba, Olivarii successor.

ce-

cebatur Montaltus, se Julio Santoro Cardinali, qui a Sancta Severina cognominabatur, quem Hispani maxime commendabant, omni studio fautorem adfuturum. Suessanus contra, si summo, ut par erat, adhibito conatu, Julius tamen renunciatus non foret, se Montalto gesturum morem, studioque ejus obsecuturum, recipiebat. Montalto igitur haec erat consiliorum summa, si crearetur Pontifex Julius, suum praecipuum beneficium, suam praecipuam gratiam, suam perfectae rei gloriam fore; & devinctos in posterum habiturus Hispanos videbatur: si evadere, quo nitebatur, Julius nequisset, tum se, adjutantibus Hispanis, unum e suis, quod maxime optabat, ad summum honorem perducturum. Inter suos autem ab eo, praeter caeteros, diligebatur colebaturque Hippolytus Aldobrandinus Cardinalis, cujus & modestiam & singulare in se obsequium & fidem cognitam spectatamque habebat, unique plurimum fidebat, uni plurimum tribuebat. Et sane excellebat magnis animi atque ingenii ornamentis. Cum hoc viro mihi etiam multo ante, quam Cardinalis fieret, omnia familiaritatis jura intercesserant, &, postquam est in amplissimum ordinem cooptatus, unus mihi maxime cultus semper observatusque est, & non pauca nec obscura ejus erga me benevolentiae pignora habebam. Itaque Montaltum ad hunc suscipiendum, atque omnibus studiis amplectendum provehendumque, assidue adhortabar, & sponte sua flagranti currentique calcar identidem admovebam. Ergo in occasionem bene gerendae rei & ipse excubabat, & ego studium ejus, pari cura animoque intentus, subsequebar. Atque ille nostris utriusque tam congruentibus sensibus impense gaudebat, nec mecum ulla de re hilarius libentiusque loquebatur: &, quia adducta eo res erat, ut non vanam fovere spem videremur, interdum, cum jocari familiarius liberet, *Si felicem illum diem viderimus*, *tu vero caveto*, inquiebat, *ne ita efferaris*, *ut insanisse prae gaudio videri possis*. At his, quae Suessano pollicitus fuerat, quod suae fidei esse ducebat, stetit Montaltus, promissaque egregia constantia persolvit. Nam, postridie, quam ingressi septa conclavium Cardinales fuerant, nondum orta luce, singulos ambiens appellansque Patres, auctoritate sua studioque effecerat, ut quinque & triginta eorum in Pauli sacellum, ubi suffragia feruntur, delaturi Julio summum honorem, convenirent. Qua in re plus negocii sustinendum nobis, plus laboris exsudandum fuit, quam facile existimari potest. Mos & lex postulat, ut e tribus Cardinalium partibus duae ad

Julius Santorus Card. S. Severinae.

Card. Hippolytus Aldobrandinus.

De eo creando Pontifice Max agi coeptum.

De Santoro quinque et triginta Cardinales consentiunt.

Pon-

Pontificem Max. creandum consentiant: & conclavibus inclusi Cardinales unus & quinquaginta erant. Itaque, quos Montaltus adduxerat, numerum abunde implebant. Sed erant inter eos quidam, quorum in magnam suspitionem fides vocabatur, parumque sincero animo assensisse Montalto credebantur; in quibus erat Ascanius Columna & Alphonsus Gesualdus, quorum, minoribus saepe rebus, inconstantia levitasque perspecta erat, & Scipio Lancellottus, quem metum magis, quam studium, attraxisse satis constabat. Sed maxime timebatur Ludovicus Madrucius, cui credita ab Suessano, ex auctoritate regis, cura rerum iis comitiis erat, cujusque ob id eminebat ipsos inter Patres auctoritas. Is, quia Hispani Julium proferebant, palam ei suffragari ac studere videri volebat, in occulto hominem oderat, minimeque fieri Pontificem cupiebat, &, eo dejecto, non desperabat, locum se nancisci posse spes suas (1) ad eum, quem optabat, exitum pertrudendi. Adversabantur autem Julio, atque ad ejus impediendum honorem conspiraverant sexdecim Cardinales, primarii homines & magnae dignitatis. Hi secesserant audaciter ab aliis, & in Sixti aedem coiverant, sed studio Montalti, & numero eorum permoti, qui auctoritatem ejus secuti fuerant, ita in suscepto consilio perstabant, ut haud dubie labare jam animi & metu torpere viderentur, cum repente ad eos ab Julio transfugit Ascanius, iisque haud mediocriter vim atque pertinaciam addidit: &, quod multo magis spem de Julio debilitavit, Madrucius cupientes rem exequi Patres, &, omissa tabella, voce palam suffragia inire (nam etiam post Ascanii fugam justus constabat numerus) rem consensu agendam ferens, morabatur trahebatque; donec subjecere quidam, ut ipse & Gesualdus ad discrepantes in concordiam reducendos irent. Id consilium Julio Pontificatum, quem haud dubie adeptus videbatur, ademit. Nam Madrucius & Gesualdus, quanquam conspiratos ad conveniendum cum caeteris apta oratione palam fuerant adhortati, tamen, separatim cum multis collocuti, confirmasse eos atque animos ad obsistendum Julio addidisse credebantur. Certe ad renuncianda, quae cum adversariis egerant, neuter eorum in sacellum rediit, nisi post acceptam conditionem, in quam diffidentes quoque consenserunt, ut, non voce aut acclamatione aut discessione, in quam cuique libuisset partem (ut Montaltus & Julii fautores volebant), sed obsignatis tabellis suffragia ferrentur: sic enim

Ascanius Columna, Alphonsus Gesualdus.

Scipio Lancellottus.

Ludovicus Madrucius.

Julii Santorii adversarii.

Julius de spe Pontificatus dejectus.

1 In autographo *sua*.

enim numerum suffragiorum facile iniri, & ferentium nomina, in quo sita omnis eligendi libertas sit, non prodi. Sed usu compertum est, hac ratione, propter fictas ac simulationum involucris tectas hominum voluntates, raro aut nunquam accidisse, ut quisquam creatus Pontifex sit. Quid enim sinceri, quid constantis expectes in tam soluta facultate de unoquoque aliud pollicendi, aliud ferendi? Vox, discessio, acclamatio, gratulatio, & quovis modo palam edita voluntatis significatio, quae fallendi locum excludat, non expeditior solum, sed prope necessaria ad rem perficiendam videtur; & mos fere tenet, ut ita fiat. Caeterum hoc maxime modo excussus Pontificatu Julius est; cum a prima luce ad inclinatum in vesperam diem ea contentio tenuisset.

Voce ac palam commodior, quam per tabellas, suffragatio.

Offendi tu, frater, aut certe demirari, videris, ad Pontificem Max. deligendum, qui humani generis caput & arbiter & divinae potestatis inter homines vicarius creditur, tantum humanae ambitionis moveri, ac tantis saepe studiis certari de re, quam, priscis temporibus, totam coelestis instinctu Spiritus, atque adeo delapsae e coelo columbae indicio, solitam decerni memoriae proditum est; & quosdam interdum malis quoque artibus conniti. Mirari desines, si homines cogites, & ab hominibus nihil, nisi humanitus, fieri posse reputes. Nam eorum, quae quondam divinitus gesta feruntur, nobis exquirenda ratio non est: et Deus patitur, nos nostris agitari affectibus, nostris provehi studiis, nostris jactari, perturbari, incitari cupiditatibus, quibus tamen non, quo ipsi volumus, ducimur, nec, quo intendimus, pervenimus, sed, quo ex occulto moderans cuncta ac providens Deus conatus nostros direxerit; qui ad id, quod decretum illi est, nostro sive odio, sive amore, sive spe, sive metu, seu quovis alio concitati animi impetu utitur. Si optimum elegit, consultum populis, si malum, irrogatam paenam voluit. Legisse memini me, unum ex sanctissimis illis viris, qui olim, ne qua cupiditatum illecebra labefactari mens posset, procul humanarum rerum aspectu in solitudines se recipiebant, in contemplatione divinae providentiae magno maerore affectum, quod permisisset Deus, regnum Persarum ad saevissimum ac nequissimum mortalium, & Christiani nominis hostem acerrimum, deferri: atque in hac cogitatione defixum suspexisse coelum, quasi quaerentem tacite a Deo, *Ecquid causae esset, cur cultores numinis sui tam immani belluae subjecisset?* tum redditam illi hanc ex horrida nube vocem: *Non inveni deteriorem*. Vnde intelligimus, etiam malos Prin-

Ambitionem in hisce comitiis ac dissensiones versari, non mirum.

Malus Princeps populorum paena.

cipes Dei nutu ad expetendam a populis scelerum ultionem imponi nobis.

Montaltus Julio favere pergit.

Sed Montaltus, ut ad propositum revertamur, tametsi illa repulsae specie, quam tulerat Julius, confirmatam magnopere refragantium conspirationem esse, & frustra fore, quicunque novus pro eo conatus susciperetur, intelligebat, tamen & statim ire me, Juliumque solari atque erigere, si animum abjecisset, & ad resumendam spem adhortari jussit; & ipse, ad continendos cura metuque adversarios, causam ejus se nunquam deserturum, & majori, quam antea, ut virum, omnibus doctrinae ac religionis laudibus cumulatum, adjuturum provecturumque, testabatur. Julius, cum se ad cubiculum suum recepisset, nullum invenit. Sustulerant diripuerantque, quod mos patitur, conclavium ministri. Adeo non dubius Pontifex fuerat habitus! (& sunt cubicula Cardinalium ad tempus aedificata, levi ac parabili materia, ut & figi facile & revelli, castrensium tabernaculorum more, possint): coactusque est in proximum Castrucii Cardinalis lectulum, ut erat mole corporis & senio gravis, sese injicere. Casum tam adversi eventus magno sane ac praesenti animo toleravit, nec se de pristina constantia depelli est passus. Sed, Montalti in se beneficium extollens verbis, mansuram apud se aeternam ejus memoriam praedicabat. At Montaltus, dum spem de Julio ostentat aliquae, suum intimum consilium sensim producebat, cujus patrandi maturescens sponte sua tempus opperiendum nobis erat. Madrucius, quemadmodum repulsa Julii in arcano fuerat laetatus, ita palam simulabat, se rem aegerrime tulisse. Non enim solum Julius illi, sed maxime Hispani, qui rem ejus commiserant fidei, fallendi erant. Hi neque statim spem de Julio deposuerant, &, ut e conjuratis carperent, auctoritate regis, & pertraherent aliquos, nequicquam admitebantur. Nam eo obstinatius incaepto haerebant, quod violati ab se repulsique iram merito, si summam potestatem adeptus esset, metuebant; & per Madrucium, aliter animo affectum, nihil pro eo, nisi frigide segniterque, agebatur. Turbulentam Julianae contentionis tempestatem, qua concussi magnopere omnium animi erant, secuta mira tranquillitas est, magnumque, aliquot diebus, otium fuit, neutris movere quicquam audentibus. Conspirati, ne iterum exardesceret certamen, verebantur, in quo nihil satis tutum sibi cernebant. Montalto prodere se, & in apertum proferre consilia, immaturum (1) videbatur. Proinde, in

Julii cubiculum direptum.

Animi aequitas in repulsa.

Montaltus consilia de Aldobrandino coquit.

Comitiorum quies.

1 In autographo *immaturam*.

in tuenda Julii causa, perseveraturum se, palam ferebat. Mandaverat Philippus rex suis, darent operam, ut Pontificis creatio maturaretur, & nihil ipsi magnopere contenderent, & in longum extrahi rem, quoad possent, ne paterentur. Imminebat enim tum maxime Gallicis rebus, ad quas, e sententia constituendas, Pontifice auctore opus erat. Id regis jussum etsi Hispani studiose occuluerant (1), nos tamen non latebat, odoratusque sagacissime Montaltus erat; eaque res magno inde nobis usui fuit. Erat cum Madrucio in conclavibus Carolus Grotta, homo senex, vegetus, acutus, callidus, & in eo negocio magnopere versatus exercitatusque. Per hunc, quia Madrucius, captus pedibus, ullum obire officium, nisi sella vectus, nequibat, cuncta agebantur; eique pene plus, quam ipsi Madrucio, fidei auctoritatisque erat. Is me, spatiantem forte in Leonis porticu, nactus, remotam in partem seduxit, & multa de nostra amicitia, multa de Madrucii in Montaltum studio praefatus; *Nimium diu,* inquit, *hac septi inclusique custodia, nihil agentes, sedemus. Quin, quando Cardinales segnes ac lenti & suis plus aequo involuti cupiditatibus videntur, aliquam ipsi viam rei expediendae, & nos ab hoc molestissimo negocio eximendi vendicandique, inimus? Quod Montaltus & Madrucius, consentientibus animis, decreverint, ad id non difficulter pertrahi & caeteri poterunt; quod nos suo 2) quisque consilii attulerimus, id facile, ut sequantur, impetrabimus. Deligamus, quos neuter repudiare jure possit; ede tu, quos maxime probes; edam & ipse: in quo convenerimus, de eo ad nostros referemus: & ego recipio tibi, Madrucium utique assensurum nobis esse.* Non me fefellit, astuti senis orationem eo scilicet spectare, ut ab Julio nos deduceret, &, si quid de Hippolyto moliremur, exploraret. Igitur subridens, *Quid*, inquam, *Carole, an intelligis, amplissimi ordinis auctoritatem omnem in nos transferri, duobusque manipularibus, quod reges, quod Imperatores non audeant, mandandi summi honoris potestatem attrectari occuparique? Sed, ne ludere in re tam seria videar, concedo equidem tibi, Madrucium, quod ipse suaseris, facile approbaturum; mihi idem juris apud Montaltum esse, prorsus nego. Sed, quaeso te, quid opus est, nova consilia, novas rationes exquirere? Suessanus, regis verbis, magnopere a Montalto contendit, ut Julium susciperet, eique omni studio suffragaretur. Qua cura, qua diligentia, quo ardore animi gesserit*

De maturanda Pontificis creatione Philippi regis cura.

Carolus Grotta.

Agit de creatione maturanda cum Auctore.

Auctoris responsum.

1 In autographo *occulerant*.
2 Nempe, Cardinali patrono quisque suo, ego Madrucio, tu Montalto.

rit regi morem, satis, ut arbitror, perspexisti. Si in eo perstare, si renovare conatum, & pari cum illo vi incumbere negocio vultis, haud dubius est Pontifex Julius. Montalto certe stat, ab eo, quod semel pollicitus est regi, nihil discedere, ac, praeter hunc, ne admittere quidem auribus quenquam. Tum, *Idem*, inquit senex, *& nos cupimus; sed & nimis multi sunt, qui ei adversantur, & rex afferri vim renuentibus vetat. Quid autem*, inquit, *si huic spei aliquot adhuc dies demus, & res perduci ad exitum non possit, an senescendum nobis hisce in carceribus erit? Quantum ad Montaltum attinet*, inquam, *senescendum. Nam, mihi crede, certum fixumque juveni est, nisi Julio declarato Pontifice, hinc non abire, & tam multi cum eo consentiunt, ut nec ipse cogi ullo modo possit, nec alius quisquam, illo invito, obrepere.* Ab hoc sermone, quanquam dissimularet, subtristis digressus est senex, credo, laqueis se suis captum sentiens. Verum, si forte habitum cum privato colloquium accurate nimis recensere videor tibi (1), scito, parvam hanc dictu rem maximum momentum ad optimum Pontificem creandum attulisse. Nam Madrucius, quae ego cum Carolo locutus eram, perinde accepit, ac si ex ipsius ore Montalti missa forent, vehementerque est iis commotus: quippe & a Julio, supra quam dici potest, abhorrebat, & ducere rem morarique, quam rex crebris litteris accelerari praeciperet, non poterat, & constantia Montalti, tamque obfirmato ad Julium proferendum animo, magnopere terrebatur. Igitur, damnatis aliis consiliis, occultas ad Suessanum litteras misit, quibus ostendebat, neque Julium, tot insignibus viris pertinacissime contra nitentibus, fieri Pontificem, neque maturari nogocium, ut jubebat rex, adversante Montalto, & pro Julio haud minus pertinaciter contendente, posse, nec aliter finem rei imponi, quam si suffragia a Julio in Hippolytum Aldobrandinum transferrentur, quem solum credi poterat, Montaltum etiam Julio praelaturum. Ita, admirabili felicitate, sua Montalto consilia processere; &, quod ferendo primum ostentandoque Julio, deinde cunctando moramque injiciendo petierat, assecutus est, ut Madrucius atque Hispani Pontificatus Hippolyti auctores fierent, cui & ante impedimentum obtulerant, & verendum erat, ne denuo offerrent, si Montaltus, deserto Julio, per se Hippolytum provehere conatus esset. Quae mecum Carolus egerat, quaeque ego retuleram ei, statim Montalto, deinde Hippolyto ipsi

Quid contra Grotta.

Quid Auctor reposuit.

Magnum in re parva ad creandum Pontificem momentum.

Madrucius eligendi Aldobrandini auctor.

1 Ad fratrem convertit Auctor orationem.

ipsi renunciavi: quanquam is quidem, per modestiam, imparem se summo rerum fastigio destinari abnuebat, & omnem ea de re sermonem praecidebat. Sed ego, etsi hunc ejus seu pudorem seu pudoris simulationem molestissime ferrem, & saepe conquestus de eo sum, tamen vel repugnantem cogebam audire, & nihil nescire eum, quod ageretur, patiebar. Montaltus vaferrimi senis fallaciam, belle retusam, magno risu accepit. Tertio post die, secretis aditibus (1) illatae, a Suessano litterae Madrucio redduntur, quibus significabat, *Nihil eo tempore Reip. ac regis rationibus tam adversum, quam protrahi Pontificis Max. creationem. Itaque daret senioribus breve spatium experiundi, si quid vellent, & septimo ad summum die Hippolyto concederet* (2), *& Montalto, qui, singulari fide atque constantia, regis postulatis in Julio satisfecisset, parem in Hippolyto ac meritam gratiam referret, quando & is vir Hippolytus esset, cujus non posset Remp. paenitere*. Has Madrucius litteras uni Henrico Caetano Cardinali, necessario suo, quem participem omnium rerum habebat, ostendit, qui, etsi Julii erat cupidissimus, tamen ne ab Hippolyto quidem abhorrebat, &, a Sixto in Senatum lectus, plurimum Montalto debebat. Apud hunc Henricum intimus consiliorum minister, & omnium secretorum conscius, erat Caesar Ricardus, quocum mihi vetus amicitia & plurimus usus intercedebat, & mei in Hippolytum studii haud ignarus erat. Is, eadem nocte, qua allatae a Suessano sunt litterae, ad me adiit, acceptaque fide, tecturum silentio, quae mihi enunciasset, litterarum sententiam, totidem pene verbis, mihi aperuit. Ingenti gaudio perfusus rogavi, ut ea me pateretur Montalto Hippolytoque indicare. Hippolyto utique permisit, Montalto plane negavit, quod ipsum diceret, brevi de ipso Henrico sciturum. Ego, cum me lecto ejecissem (nam intempesta nox erat, & omnes per conclavia somnus habebat) eadem hora ad Hippolytum veni; arctissime dormientem excitavi; quae mihi Ricardus patefecisset, exposui; adjeci, quod me idem Ricardus docuerat, venturum post biduum ad eum, missu Madrucii, Carolum Grottam, monuique, ut se illi aptum commodumque praeberet. Nam, dum abnuit, dum modestiae laudem affectat, &, vires sibi ferendae tantae moli rerum pares esse, pernegat, gravis molestusque studia offerentibus & operam navantibus erat. Quippe suo quisque sen-

Suessani ad Madrucium litterae.

Henricus Caetanus Card.

Caesar Ricardus.

Aldobrandinus de inito sui Pontificatus consilio edoctus.

1 Autographum *aditis* praefert.
2 Haec est autographi lectio, mihi illa quidem suspecta, quam libenter in *accederet* commutarem.

sensu alios metitur; & sermo aspernantium, quae aliis summe appetuntur, plus dignitatis, quam fidei, habet. Elapso biduo, & Madrucius ad Hippolytum misit, & Henricus rem ad Montaltum detulit. Nihil nos accuratius rogavimus, quam ut res summo silentio premeretur, ne ante emanaret, quam patrandae dies advenisset. Etsi enim nihil erat, quod magnopere metuendum videretur, tamen, in tali negocio, nihil est, quod non timendum magnopere sit, nec taciturnitate tutius quicquam. Quinta praeterierat dies ab die allatarum ab Suessano litterarum, cum ex sermone, quem forte habuerant mecum Ascanius Columna & Hieronymus Mattheus, Cardinales, magna mihi incussa suspicio est, ne quid illi novissimi consilii nostri odorati essent, eo quidem magis, quod Julius quoque a me magnopere petierat, ut, si quid de Hippolyto moveretur, eum certiorem facerem; quod vehementer cuperet, inter primos ad suffragandum ei adesse: & idem me Franciscus Maria a Monte Cardinalis rogaverat. His commoto anxioque & verenti, ne, quod maxime occultum habebamus, patescere inciperet, & ex eo majus aliquod negocium nobis existeret, Hippolytus, ad cubiculum se suum recipiens, mihi forte occurrit, &, post dictam salutem, *Quid est*, inquit, *quod suspenso ac sollicito animo esse videris?* Rem narro, quae ne ipsum quidem non commovit: sed, apprehensa dextra, duxit me in cubiculum, ut secum, quod factitare eram solitus, pranderem. Discubuimus: & ego, nondum manu cibo admota, poculum poposci, avideque exhausi, siti, ut arbitror, ex ipsa animi commotione exorta. Sed omnis jam morae impatiens, statim exurrexi, &, *Non est*, inquam, *ultra cunctandum nobis. Ego Montaltum adeo, ut eum ad rem exequendam repraesentandamque incitem.* Conantem me retinere, &, ut ante aliquid cibi caperem, hortantem deserui. Montalto, quae mihi Cardinales dixerant, quaeque ipse suspicarer, & quam cavendum, ne quid majoris periculi nobis ex supervacua mora crearetur, ostendi, magnopereque suasi, ut, abrupta omni cunctatione, rem aggrederetur, suumque opus absolveret, nec spatium coeundi consiliaque miscendi, rem interpellare cupientibus daret. Montaltus, approbato consilio, Henricum accersit, &, demonstrato periculo, protinus una ad Madrucium adeunt, eoque in sententiam pertracto, ad convocandos amicos diversi abeunt, meque & Carolum & Ricardum idem facere jubent. Re jam palam facta, non amici celerius, quam universi Patres adfuerunt, arreptumque Hippolytum uno agmine in Pauli

Nihil taciturnitate in conjuratiorum ratione tutius.

Timor, ne arcanum vulgetur.

Ne res interpelletur, nihil cessatur.

Ad Pontificem renunciandum convenitur.

li aedem gratantes intulerunt: tantaque feſtinatio aliorum, alios praevertere in officio cupientium, fuit, ut ſtrepitus diſcurrentium prandentem adhuc Hippolytum deprehenderit. Ingreſſis ſacellum Cardinalibus, clauſae fores ſunt, aliique omnes limine prohibiti; atque ita, ſumma cum quiete concordiaque, ſuffragia, non tabellis, ſed voce palam, ex ſuo quiſque loco tulerunt: locatumque inde in ſolio, pontificalique veſte indutum, & pontificali infula tempora revinctum, accessere [1] ſinguli Patres, ac, de more, novum Pontificem, cui Clementi octavo eſt inditum nomen, venerati ſunt: & ipſe, ſingulos amplexu excipiens, perhumaniter eſt oſculatus. Interea, refractis undique conclavium clauſtris, proceres urbis, qui cuſtodias excubiaſque agebant, & cum his omnis generis ingens multitudo, irrupere, ac, vixdum diductis ſacelli poſtibus, dum quiſque primus ſpectare novum Principem, & haurire oculis gaudium avet, tanto impetu, tamque conferti ſeſe intulerunt, ut me quoque & alios, qui ante valvas obſervabamus, intro abripuerint. In illa irruentium ſeque magis atque magis contrudentium turba, aſpexit me e ſella ſua Pontifex (& aderant jam, qui ſublatum in humeros deportaturi in templum erant), & nomine appellans, manu quoque, ut ad ſe adirem, innuit. Quanquam, veluti undantis freti fluctibus, illa multitudo agitaretur, tamen audita Pontificis vox, & conſpecta accerſentis manus, ut ſponte ſua ſe quiſque ſummoveret, aditumque mihi viamque aperiret, effecit. Accidenti ad pedes, *An ego te non amplectar*, inquit, *antequam hinc auferar?* arctiſſimeque conſtrictum, atque utrinque exoſculatus, *Abi jam*, inquit, *& Toleto noſtro a me oſculum ferto*. Is erat Toletus, homo Hiſpanus, e Societate Jeſu, clarus doctrinae atque ſapientiae laudibus, qui aliquot jam Pontificibus Max. in concionibus, de divinis rebus habendis, operam impenderat, eratque, ob inſignem virtutem, in magno apud omnes honore. Et Clemens quidem eum tanti fecit, ut non multo poſt, magna bonorum approbatione, Cardinalem creaverit [2]. Huic ego diuturna multorum annorum amicitia arctiſſime junctus eram; idque haud ignorabat Pontifex, qui pari illius amicitia ac familiaritate utebatur. Ingens Aulae ac populi Romani laetitia ex creatione Pontificis, Romae educati altique, fuit. Sed Montalti gloria gratiaque cuncta ſupereminere videbatur: & Clemens, in eum mire effuſus, palam ferebat, ſe uni omnia debere, unius

Hippolyti Aldobrandini in Pontificem Max. renunciatio.

Ad ſe Pontifex accedere Auctorem jubet.

Toletus e Soc. Jeſu Theologus, atque Apoſtolicus Concionator, deinique Cardinalis.

Card. Montalti gloria atque gratia.

1 Autographi lectionem retinui.   2 An. 1596.

unius causa omnia velle. Contra juvenis, quod proprium ingenii ejus fuit, tanta, tam omnibus testata, in se Principis benevolentia, & tam laxe permissa omnium prope rerum auctoritate, aut nihil aut certe non nisi summa moderatione modestiaque est usus. Paucis post renunciationem diebus, universa prope deducente civitate Aulaque, onustus supplicibus libellis aliorum alia petentium, Pontificem adiit, pluresque cum eo horas consumpsit, & nihil, quod vellet, aut certe, quod paulum modo contenderet, non impetravit ab eo abstulitque. Cum domum rediisset, vixdum deposita veste, vocari me jussit, &, cum multa mihi de sermone, cum Pontifice habito, libere, ut solebat, enarrasset, *At crebra*, inquit, *de te quoque mentio fuit*, *& Pontificis in te voluntate nihil mihi videtur esse commodius*, *nihil pro'ixius*; *de te ornando*, *deque tua ad res gravissimas opera adhibenda cogitat*. At ego gratiis, ut fit, actis, *Isthaec*, inquam, *quaeso te*, *tacita omnia clausaque apud te habeto*, *nec iis magnopere fidito*. *Nam*, *quae nunc est Pontificis mens*, *atque haec ipsa*, *quam praedicas*, *propensa prolixaque voluntas paucis diebus mutabitur*, *aut certe hebescet sensimque effluet*, *non vitio ipsius*, *quem virum optimum gratumque esse scimus*, *sed natura potentiae*, *priores amicitias brevi oblivi scentis*, *aut adeo etiam fastidientis*, *novasque ac praesenti fortunae aptas asciscentis appetentisque*, *tuam quoque gratiam*, *quae nunc flagrantissima*, *florentissimaque est contra quam tu fortasse opinaris*, *restingui in singulos dies ac senescere flaccescereque senties*; *quanquam & ante Cardinalatus & nunc Pontificatus ipse tuum unius munus*, *tuum beneficium sit*. *Nemo libenter totam fortunam suam alteri debet*, *&*, *ut non invitus ille tuorum in se meritorum memoriam retineat*, *propinqui eius*, *ubi potiri rerum caeperint*, *neminem*, *ne te quidem*, *potentiae socium ferent*: *nec illis fere invisior aut suspectior quisquam*, *quam cui maxime patere Pontificem intelligunt* (1); *licet illi nunc ad te concurrant*, *tibi blandiantur*, *atque in tua auctoritate locatas esse spes suas velle videantur*. *Fruere tu gloria*, *quam tibi nulla auferet aetas*, *dati per te humano generi ejus rectoris*, *qui maximarum virtutum laudibus praestet*; *Imperii*, *opum & mandati honoris fructum penes eos esse finito*, *quibus fortuna alienae virtutis praemia destinavit*. Audivit haec attente Montaltus, atque animo ejus magnopere haesisse sunt visa. Quin & paruit iis: sed

Pontificis erga Auctorem propensa voluntas.

Potentium studia facile mutantur.

1 Edi jussissem *intelligent*, si autographum suppeteret.

ſed tamen evitare offenſionem propinquorum Pontificis, poſtquam ſimul ejus, ſimul aliarum rerum potentes eſſe caeperunt, ut mox oſtendam, non valuit.

Sed, ne quid, quando ita vis, reticeam tibi, quod me ipſum attingat, qua die renunciatus eſt Pontifex, nondum Divi Petri fano egreſſum adiit Dominicus Grimaldus, Archiepiſcopus Avenionenſis, nunciavitque, mortuum in ſua provincia eſſe Epiſcopum Cavalionenſem, eaque de re certum ad ſe tabellarium, diſpoſitos per equos, veniſſe magnopereque Reip. intereſſe oſtendit, ut Italici ſanguinis vir, fide atque induſtria ſpectatus, ei muneri praeficeretur. Pontifex, collaudato Archiepiſcopi ſtudio, ſubjicere ipſum ſibi, ſi quem idoneum haberet, juſſit. Ille, benevolentia, ut credi par eſt, adductus, me nominavit, quem tum forte animo ſuo occurriſſe ajebat. *At iſtum*, inquit Pontifex, *probamus nos quidem, ſed retinere apud nos in Italia, non amandare in Galliam, volumus*. Grimaldus, pro noſtra amicitia, eodem momento, quo digreſſus a Pontifice eſt, domum ad me venit, & rem mihi expoſuit. Quaerenti, poſt redditas grates, *Unde ſciret, me Epiſcopatum, etiam ſi ultro Pontifex obtuliſſet, non repudiaturum? Equidem*, reſpondit, *neque id ſcire, & illud multo minus divinare potui, Pontificem mandaturum mihi, ut ei quem ſuggererem. Tuum autem nomen propterea eſt a me editum, quia, in re ſubita & necopinata, ſolus mihi in mentem veniſti; & item quia multus jam de egregia Pontificis erga te voluntate, deque navata illi ab te ad Pontificatum opera, rumor diſperſus erat*. At ego, pluribus exactis diebus, viſere tamen Pontificem differebam, partim quia quotidiano Patrum, legatorum, procerumque aliorum, & totius Aulae concurſu fatigari aſſidueque opprimi eum cernebam, partim ne quid ipſe ſpei praeferre aut praeripere velle viderer: donec ipſe ab Antonio Saulio Cardinali, qui eum forte adierat, cuique perfamiliarem me eſſe ſciebat, quaeſivit, *Quid agerem? & deſertum ſe a me tali ſuo tempore eſſe* [hoc enim verbo eſt uſus], humaniter queſtus, ſignificari mihi ſuis verbis juſſit, ut ad ſe adirem. Et Saulius, ut erat ingenio vehemens, & mei peramans, moram meam increpans, &, *An expectarem, ut precario accerſerer?* quaerens, etiam objurgatione me extruſit. Vanus vel tibi videar, frater, ſi, quam familiariter, quam comiter, quam jucunde acceptus ab eo ſim, referam. Omiſſis jocis blandimentiſque, quae ingenio ejus inerant, multa de ſuis conſiliis, de ratione adminiſtrandae Reip. quam inſtituere cogita-

Dominicus Grimaldus Avenionenſium Archiepiſcopus.

De Cavalienſi Epiſcopatu actum, at non perfectum.

Acceſſit ultro Auctorem Pontifex.

Pontificis benigna oratio.

tabat, mecum disseruit. Postremo, *Tibi*, inquit, *hoc etiam atque etiam mando, ut saepe mecum sis, & penitus nihil de pristina familiaritate nostra detrahi remittique patiaris. Nam ego idem sum, neque mihi animum Pontificatus, sed personam mutavit*. Haec etsi cum Montalti oratione congruebant, nec erat, cur ficte loqui eum suspicarer [quis enim ego eram, quem Pontifex Max. tam blandis verbis permulcere, adulari, aut adeo fallere vellet ?], tamen ne ipse quidem me fallebam, neque his illecebris hominis, profusi quidem ad omnem comitatem, sed intimos animi sensus mira arte tegere soliti, deliniri ac sollicitari cupiditatem meam, aut omnino me ad majorem ullam spem inescari sinebam, satis multis exemplis, satis longo usu edoctus, vera esse, quae cum Montalto disserueram: nec me hujus aut judicii aut consilii paeniret. At Clemens in senatu, quem primum, post initum summae potestatis fastigium, habuit, honorata me oratione prosecutus, Episcopum Amerinorum designavit. Unde & postea praedicare solebat, primum me Pontificatus sui partum esse. Cum eum, postera die, adiissem, ut, de more, inditam ipsius manu linteam vestem, quam Romani *Rochetum* vocant, sumerem, incredibile dictu est, quam intimo animo laetari videretur, primum pontificale opus suum meum ornamentum fuisse. Excusavit, Episcopatum minime opulentum datum ab se mihi, quia vacuus eo tempore alius nullus fuisset, praeter Cavalionensem. *Sed ego te*, inquit, *in civitate, haud amplius unius diei iter ab Roma distante, collocare ad manumque habere, quam longe hinc relegare in Galliam malui*. Deinde consilium de me suum mihi aperuit: *Quia*, inquit, *te in Belgas mittere, ut meus ibi Nuncius sis, cogito. Ornandus nobis hujus bonore muneris fuisti, quo tua conspectior apud exteras nationes dignitas esset*. Verum hoc consilium, mittendi me in Belgas, primo distulit, post penitus omisit. Nec facile conjectare fuerit mutati consilii caussam. Quidam instinctu potentium quorundam, quos nominare ad rem non pertinet, abductum ab ea mente Pontificem suspicati sunt: aut forte distraxere Cardinales duo, Radgivillus Polonus & Morosinus Venetus, qui magnopere ab eo contenderunt, alter, ut in Poloniam, alter, ut Venetias mitterer. Sed qui tum illis legationibus fungebantur, facile amoveri mandatis muneribus non poterant. Motum interea a Turcis Ungaricum bellum fuerat, & Rodulphus Caesar aegre hostem finibus suis arcebat, gravissimique belli sumptibus impar, ad omnium opem confugiebat. Clemens non

Amerinorum Episcopus Auctor designatur.

De legando in Belgas Auctore Pontifex cogitat.

so-

solum ipse eum pecunia liberaliter juvit, sed Italiae Principes ad idem faciendum est cohortatus; quique ea de re suis verbis cum singulis agerem, ac praesenti oratione incitarem, me, Ameria evocatum, quo jam ante concesseram, misit: obeundaque mihi, in ea legatione, maxima Italiae pars fuit. Et adjecerat mandata Pontifex de reducendis in concordiam Ducibus Sabaudiae atque Mantuae, qui de finibus ita disceptabant, ut spectare ea contentio ad vim atque arma videretur. Sedata tamen non nihil in praesentia est, auctoritate Pontificis, & postea certius stabilita, Sabaudi filia, Mantuano in matrimonium tradita. Quartus abierat Pontificatus annus, cum me Clemens acciri ad se jussit, &, *Diutius*, inquit, *in ocio fuisti, quam aut putabam, aut adeo volebam. Quocirca tempus est, ut accingaris ad operam nobis ac Reip. navandam. Venetias ire te, atque ibi legatum nostrum agere volumus. Quod quidem nunc demum indicavimus tibi, sed non nunc deliberavimus: pridem enim id nobis stetit consilium. Verum, & quod initio statueramus de tua in Belgas profectione, justis de causis, mutavimus, & hanc ipsam Venetam legationem necessario ad hoc tempus distulimus. Versatum te diu in ea urbe, mores civitatis, ingenia civium, instituta illius Reip. nemini, quam tibi, notiora esse scimus. Si alium eo missurus essem, abs te, ut de singulis rebus edoceretur, optarem: adeo supervacaneum duco te instruere.* Mandata deinde occultiora quaedam cum dedisset, crebro admonitum, ut bono atque alacri animo munus subirem, &, quae ad me pertinerent, curae suae relinquerem, suaeque benevolentiae penitus fiderem, dimisit.

Ad Italiae Principes de armis contra Turcas conjungendis legatur.

De reconciliandis Ducum Sabaudiae ac Mantuae animis mandata.

Venetias Apostolicus Nuncius Auctor destinatur.

ANTONII MARIAE GRATIANI

A BVRGO SANCTI SEPVLCRI

DE SCRIPTIS INVITA MINERVA

AD ALOYSIVM FRATREM

LIBER XX.

TRiennium in ea legatione detentus sum, in quod tempus multa inciderunt, quae munus, sponte sua grave, molestis operosisque negociis exercuerunt: bellum Vngaricum, & copiarum, quas Pontifex auxilio Caesari, annis singulis, misit, per Venetos fines transitus, qui gravate ab iis morosequè concedebatur, & alia praeterea, aeque molesta. Sed nihil tam spissum & pluribus scatens nodis, quam Ferrariae motus, fuit. Hanc urbem, ab Ateste, Patavini agri oppido, cognomen adepta gens Estensis, beneficio Romanorum Pontificum, plura per secula obtinuit. Eorum, ad quos id beneficium perveniebat, postremus fuit, Alphonsus, Herculis filius. Is ex tribus uxoribus, quas amplissimis familiis duxerat, nihil liberorum tulit: & Caesar, gentilis ejus, quem haeredem instituerat, quia altero Alphonso, non justo matrimonio suscepto, ortus erat, legibus ab Ferrariae dominatu excludebatur; nec, ut iis solveretur, impetrari a Pontificibus Max. potuerat, vetante lege a quinto Pio lata, de bonis Reip. non alienandis. Quam legem & Car-

Ferrariae urbis motus.

Alphonsus, Herculis filius.

Pii V. lex de Ecclesiae bonis non alienandis.

di-

dinales cum in senatum leguntur, & ipsi, cum summum honorem accipiunt (1), Pontifices Max. ita sciscunt, ut, & ejus se jure teneri profiteantur, & sanctam habituros, nec unquam ulla causa violaturos, sanctissimo sese jurejurando obstringant. Quanquam Alphonsus, quod aliquid spei ab Gregorio XIIII. ostentatum erat, Romam, ut postulatis suis praesens vim adderet, venerat, & Pontifex, ab infirmitate atque imbecillitate ingenii, ad omnia facilis, parvo negocio perductus, quo Alphonsus cupiebat, foret, nisi incredibili constantia consensuque Cardinales indulgentiae ejus se opposuissent, acerrimasque in senatu sententias pro lege, adversus Alphonsi postulationem, dixissent. Discessit igitur ab Vrbe domum, irato atque infenso animo, nec vi atque ultione temperasset, si irae ejus pares suppetissent vires. Verum odio tumens, atque ignominia repulsae agitatus, ut, quo poterat modo, dolorem suum ulcisceretur, Virginium Vrsinum, Latini filium, qui a Nomento, oppido Romani agri, cognominabatur, subornavit, ut, per speciem Gallici belli, ad quod profecturum se simulabat, coacta circa Padum exulum ac facinorosorum manu, caedibus ac latrociniis Romanae Ecclesiae fines infestaret, &, ut se res darent, ita progrederetur. Hic Virginius, etsi ferox erat juvenis & parum consultus, &, quia alieno aere & malis domi rebus premebatur, novandarum rerum percupidus, tamen id ausurus non videbatur, nisi Alphonsi spe fultus; qui & pecunia eum juvit, & tutum, si pelleretur, in suae ditionis oppida receptum pollicebatur. Horum consiliorum, etsi studiose celabantur, Gallicaque iis profectio obtendebatur, tamen ad me, haud dubio auctore, delatum indicium est. Erat Venetiis Pierconte Gabutius a Montalboto, agri Piceni oppido, qui saepe capitalia ausus, publicatis bonis, exilio multatus fuerat, & tum Reip. militabat, &, ob audaciam & fortitudinem, ad honestos ordines pervenerat. Is frequens apud me erat, agebatque mecum de suo in patriam reditu. Et ego, quia ab aetate, jam in senium devexa, & ab militari honore, quo fungebatur, deferbuisse in eo turbida consilia videbantur, susceperam ejus causam, ratus, haud inutile hominis factiosi, & magnae apud Picenos omnes auctoritatis, spem alere, & detrahere hunc exulibus, & avidis grassandi caedibus, quorum magnus semper in ea gente est numerus, ducem. Quae cum ipsi quoque Pontifici, impendente tum maxime Ferrarien-

Alphonsi postulato Cardinales intercedunt.

Virginius Vrsinus ab Alphonso sollicitatus.

Alphonsi consilia Auctori innotescunt.

1 *Accipiunt* exhibet autographum.

riensi bello, probata causa esset, etiam restitutus ab exilio est. Haec res dum peragitur, Virginius crebris eum litteris nunciisque, ut secum iret, multa pollicendo, sollicitaverat. Postremo, quantum in eo momenti ad omnia esset, intelligens, ipse Venetias venit, nec tamen tum maxime in non dubia spe recuperandae patriae versantem permovere aut de sententia deducere potuit. Is ergo, cum saepe mecum de suis rebus loqueretur, demum, ut fidem faceret, ad quieta consilia vertisse animum, quid agitaret Virginius, &, quanto studio, quantis promissis trahere se in societatem tam seditiosi incaepti conatus esset, mihi aperuit. Ego, cum hominem pro merito conlaudassem (1), & sapienter consuluisse eum rebus suis, & bono eam rem illi futuram, ostendissem, celerrimum tabellarium, dedita opera, eadem nocte, Romam ad Pontificem misi, omniaque ordine perscripsi. Itaque Virginius, navigiis, secundo primum Pado, deinde per superum mare, devectus, in Piceno, cum, haud longe Asculo, in terram exscendisset, ita exceptus est a quingentis militibus, quos Pontifex e Corsica insula mercede conduxerat, ut ipse inter primos audacissime pugnans Virginius, sclopeti glande trajectus, caderet, & caeteri, amisso duce, in fugam versi, caesi ad unum aut capti sint. Virginii caput, delatum ad urbem, in aditu Aelii pontis, ignominiae causa, affixum cuspidi, diem unum tetro spectaculo civitati fuit. Et non multo post ipse quoque Alphonsus, Ferrariae Dux, morbo absumptus, interiit: cujus morte Ferraria ad Imperium Romanae Ecclesiae redibat, a qua Estenses Principes beneficiario jure acceperant. Quo spreto jure, Caesar, quem haeredem Alphonsus instituerat, audacter se Principem ac Ducem Ferrariae appellarat, sumptisque principatus insignibus, urbem circumierat, ignara plebe, suetis cum clamoribus, prosequente. Nulli fere Italiae Principum placebat, novi Imperii accessione augeri Pontificis Max. opes, quae caeteris inde formidini fore videbantur. Nemo tamen adversum ire, aut eum in tam bono ac minime ambiguo jure impedire audebat. Itaque Philippus, Hispaniae rex, qui caeteros potentia atque auctoritate anteibat, in neutram partem se interposuit. Rex Galliae nihil se Italicis rebus miscebat, sed, si Hispanus vim afferre Pontifici, & suo eum jure prohibere conatus esset, defuturus Clementi, cujus se beneficio devinctum praeferebat, non videbatur. Quae cau-

Virginius Venetias venit Gabutium in partes tracturus.

Prope Asculum deprehenditur atque occiditur.

Alphonsi, Ferrariae postremi Ducis, obitus.

Caesar Atestinus Ferrariae principatum occupat.

Philippus rex in neutram partem se interponit.

1 Haec est antographi lectio. Moneo: ne forte quis putet, novam nunc a me in hoc opus orthographiam induci.

causa fuisse creditur, cur toto illo negocio se Hispani abstinuerint. Ferdinandus Magnus, Etruriae Dux, cujus soror in Caesaris matrimonio erat, palam nihil se commovere ausus, in occulto Caesari addere animos credebatur. At Veneti, in quibus multo plus momenti erat, qui minime omnium Ferraria potiri Pontificem volebant, ne haerentem lateri praevalidum Principem, cum quo nunquam defuturae contentionum causae videbantur, haberent, maxime Caesarem incitabant (1), & ne se abstrahi dominatu pernobilis, & tot per annos majoribus suis possessae, civitatis, quod magnam nomini suo notam allaturum esset, sineret, hortabantur, certumque hominem, a quo coram, Senatus verbis, assidue confirmaretur, Ferrariam miserant. Ad haec eum omnibus rebus, quibus occulte poterant, juvabant. Arma omnis generis e Brixia asportandi, & e subjectis Reip. populis milites pretio conducendi copiam illi fecerant: & mihi, ea de re in senatu saepe expostulanti, nec pro amicitia facere eos querenti, *Nihil publica voluntate fieri, nec facile, quin privatim pauci militiae finitimi atque amici Principis ascriberentur, prohiberi ab se posse*, respondebant: & nobis voranda dissimulandaque multa erant, ne illi apertius, quam ratio temporis postulabat, in causam descenderent. Nam usque adeo in eam partem propensi inclinatique erant animi, ut verendum magnopere esset, ne plus cupiditas avertendi a Ferraria Pontificem, quam honesti aequique verecundia apud omnia suis commodis metientes valeret. Non cessabant interea ipsum quoque sollicitare Pontificem, miscendo consilia precibus, *Ut vi atque bello tantisper supersederet, dum, quod cuique juris esset, cognosceretur:* Caesaremque pollicebantur *Ferraria sponte cessurum* (2), *si legibus excluderetur. Satius esse rem, quae semper integra illi futura esset, sustineri, quam nimia celeritate eo praecipitari, quo diuturna Italiae pax turbaretur, idque excitaretur bellum, cujus incendium, proxima quaeque corripiendo, latius inde, quam ipse vellet, fundi posset*. Haec scilicet eo spectabat oratio, ut, re ad disquisitionem juris revocata, Ferraria interim Caesari confirmaretur. Id Clementem non fugiebat, qui, cum peritissimus legum esset, stultum esse ajebat, de re perspicua ac mi-

Ferdinandus M. Dux Etr. favere Caesari creditus.

Veneti in Caesaris causam propendent.

Clementis Pontifici sententia.

1 Si haec, quae ab Auctore commemorantur, quae certe alicui suspecta esse, atque ab animo hominis non satis aequi profecta videri possunt, Veneti fecerunt, non dubium est, quin probabili ratione justisque causis, etsi vulgo ignoratis, homines sapientissimi fecerint.

2 In autographo *cessurum*.

minime dubia ambigere. Itaque, rejecta omni concordiae mentione, quae Ferrariam Romanae Ecclesiae non redderet, diem Caesari praestituit, intra quam, nisi Ferraria excessisset, solemni ritu, Sacris eum ac piorum caetu arcebat, diraque execratione, ut nunc loquuntur, excommunicabat, & populos fidei sacramento, quo Principi suo obligantur, exsolvebat, ipsumque, quique sectam ejus sequebantur, hostes judicabat. Et, ne verbis tantum ferox videretur, evocatis veteribus tribunis militaribusque viris, quorum bello claruisset nomen, depromptaque pecunia, & large distributa, egregium exercitum comparavit, adeo impigre delectu habito, ut concusserit hominum animos tantarum admiratione opum. Quippe paucioribus, quam quisquam existimare posset, diebus, quinque & viginti millia peditum, duo equitum ex proprio ac voluntario milite confecit; atque omnes in Flamminiam, circa Bononiam, destinatum ad locum convenire jussit. His copiis cum summa potestate imperator datus Petrus Aldobrandinus Cardinalis, Pontificis fratris filius, adolescens egregiae ad omnia indolis, magnis negociis intentus nec impar, bellandi artium rudis, sed qui peritorum consiliis facile levaretur. Militibus plerisque arma, & maxime sclopi, deerant, quos petere e Brixia, ubi frequentissimae armorum officinae sunt, cupientibus, appellati a me Veneti, quod Caesari large concesserant, nobis negabant, *In tanto rerum motu armandos suos, & instruendas necessario armorum apparatu urbes*, causantes (1): ut mihi clam carius, ab ipsarum urbium praefectis coempta, ad quatuor sclopporum millia furto exportare, ipsis quoque nautis, quorum utebar navigiis, corruptis, necesse fuerit. Pontifici consilium erat oppugnatione Ferrariae abstinere, & quia firmitate maenium & situ ipso longe munitissima

Exercitum comparat.

Petrus Aldobrandinus, exercitus imperator.

Armorum paenuria.

Pontificis consilium.

1 Atqui satis legitima maximeque justa haec cuivis non iniquo rerum aestimatori causa videri debuit. Quae alteri concessi, tum concessi, quum abundarem; nunc, quum ego indigeam, negare me tibi necesse est. Non indigerem autem, tibique concederem, nisi alteri ante concessissem. Itaque vides, quod tu mihi, ut tibi concedam, adfers, in eo ipso, cur tibi negare debeam, causam exsistere. Quod si Gratiani narrationem ipsam attente, immo et negligenter, consideraverimus, concessum illi etiam, quod sibi negatum queritur, repetienus. Fatetur enim, ab se ad quattuor sclopourum millia, de urbium praefectis empta, furtim fuisse exportata. Quid? urbium praefecti illi, Veneti nonne erant? tot millium autem scloporum emtio atque exportatio potuit ne Venetae ipsius civitatis vigilantissimos magistratus latere? Atqui emi atque exportari siverunt. Manifestum igitur est, quidquid ab Pontificio Nuncio Veneti rogabantur, fuisse ab iis illi prolixe concessum.

erat, & quia urbi, suae mox futurae, parci volebat. Itaque mandaverat suis, ut Mutinam & Regium Lepidi, propria Caesaris oppida, transferrent bellum; iis expugnatis, facili negocio ipsam quoque Ferrariam in potestatem venturam; & interim belli clades, incendia villarum [1], populationem agrorum, praedas hominum pecudumque, & caetera militaris licentiae mala hostilem terram sentiuram. At Caesar, ubi, & sua & omnium opinione celerius validiusque, se oppugnatum iri, &, id quod res erat, de Pontificis consilio conjectura judicans, in sua terra sedem belli deligi, & de suo Imperio, de suis fortunis, non de alienis, certandum sibi esse videt, vehementer ea re conterritus, legatos Venetias misit, petitum a Senatu, ut in Reip. fidem reciperetur, &, ut se ope atque auxiliis palam, non amplius ex occulto, juvarent: neque enim se, si solus destitueretur, parem tantis armorum terroribus, qui sibi intentarentur, fore. Ante omnia, ut pecuniam [2], ad impensas belli sustinendas, Ferrariam mitterent, quando ipse in summa ejus inopia versaretur, postulavit. Inde ab initio excessus Alphonsi, falsa incesserat omnes

Caesar opem Venetorum implorat.

1 Autographum exhibet *vellarum*, quod ego non respuissem, nisi urbaniorem Gratianum esse cognovissem, quam ut rusticorum Latinorum vocabulis uteretur. Varro Lib. I. cap. 2. sect. 14. de re Rust. „ Vilicus, *inquit*, agri colendi causa constitutus, atque appellatus a villa, quod ab eo in eam convehuntur fructus & evehuntur, cum veneunt. a quo rustici etiam nunc quoque viam *veam* appellant, propter vecturas, & *vellam*, non *villam*, quo vehunt et unde vehunt. „ In quem locum Jo. Matthias ille Gesnerus, qui novissimam Auctorum rei rusticae editionem Lipsiae an. 1735. curavit, vir egregie de litteris meritus, in Varietatibus lectionum, quas adfert, testator, *in editionibus ante Victorium pro veam legi* veham. Quod de quibusdam, ot de Aldina an 1514. verum sane est, de omnibus non item. Nam certe Bononiensis an. 1504. cum Philippi Beroaldi adnotationibus, non *veham* sed *veheam* exhibet. Utinam vero unum hoc, aut, si plura, saltem hujus generis peccata editionis illius essent! Nunc dolendum est, & saepissime & gravissime in ea esse peccatum: ut omnino appareat, ingeniosum, doctum diligentemque editorem non tantum, quantum potuerit, ingenio, doctrina, diligentia in sua illa editione contendere voluisse. Sed brevi futurum est, ut, sublatis omnibus priorum editionum mendis, cum magnaque variarum lectionum, ex vetustissimis optimisque MSS codicibus, Politianeo praesertim, qui idem Victorianus est, depromtarum, eruditissimarumque animadversionum accessione, auctores hi rustici prodeant. Hoc tantum munus tibi, Juli Pontedera, vir omnibus ingenii, doctrinae, fortunaeque ornamentis praestans, studiosi bonarum litterarum quotquot sumus, maxime libentibus animis singularique cum gratia, uni acceptum referemus: quod quidem ego, a te mihi tam saepe ostensum atque promissum, ut ne diutius magnopere exspectantibus summeque cupientibus debeas, pro nostra amicitia rogo quaesoque.

2 In autographo perstat *pecunia*.

mnes opinio, penitusque occupaverat animos, magnam vim auri ac signatae pecuniae, multos per annos ab eo congestae conditaeque, relictam Caesari esse. Nam Alphonsus, tributis & portoriis acerbissime semper exactis, gravis populis fuerat, & multis, indecoris Principi, quaestibus rem auxerat. Sed corradere & rapere de alieno, quod inde per regalem opulentiam luxuriamque prodigeret, laetabatur; &, sicuti fortasse aliquid in privatos usus seposuerat, ita nihil, quod immanibus belli sumptibus sufficeret, repertum in fiscis illius erat. Veneti, communi errore, ingentes pecuniae acervos esse Caesari, opinantes, postulatum ejus irrisere, parcere cum nummis suis, & bellum alieno aere propulsare ab se velle, arbitrati. Respondere igitur legatis, *Senatui in animo esse Caesaris res non negligere, sed & ad nudanda consilia nondum maturum tempus videri, & ipsum aequum esse, quibus rebus abundaret, earum onus in amicos non rejicere*. Legati, antequam Venetiis discederent, ut praeceptum eis fuerat, me quoque adierunt, summamque Caesaris erga Pontificem Max. observantiam praedicantes, non aliud cupere eum, quam, ut, si quid aequi juris afferret, periti legum cognoscerent statuerentque, atque interim vi atque armis absisteretur: idemque ajebant optare Ferrariensem populum, qui nunquam suam in Romanam Ecclesiam & Pontifices Max. fidem constantiamque passurus esset desiderari. Ad haec ego, *Sapientius rebus suis consulturum Caesarem*, respondi, *si, quam verbis praeferret erga Pontificem Max. venerationem, re praestaret, ipsumque unicum arbitrum ac dominum rei, de qua disceptaretur, agnosceret; qui idem & vir summa integritate summaque religione praeditus, & communis juris unus omnium consultissimus esset, neque eos audiret, qui, quia rebus suis ita conduceret, eum ad praecipitia consilia impellerent. Videret, ne, dum alienis pertinacius incubaret, de suis ancipiti eventu periclitaretur*. Ipsos vero monui Ferrarienses, *Cogitarent, quam grave iis vulnus inflictum esset, adempto Sacrorum jure, & devotis dira execratione animis; unde eos divini numinis ira premeret, quam solere infestiorem calamitosioremque spernentibus incidere, gravioraque ab his piacula exigere, facile petitis ex omni memoria exemplis, doceri posse. Viderent, ne pravis Principum cupiditatibus ipsi se veluti materiam certaminis praeberent. Nam inter victum victoremque in medio positos, & miseriis, quas bellum habet, afflictos, nihil aliud, quam praemium ejus, qui plus posset, futuros. Revocarent ad animum, quae, dum Principes de sua potentia contendunt, perpetienda sibi essent;*

Venetorum ad Caesaris legatos responsum.

Legati Auctorem conveniunt.

Quae iis Auctor responderit.

sent: visuros, res suas ferri agique, suos diripi agros, suae igne ac ferro vastari rura; neque haec damna, seu vincat, pro quo steterint, seu vincatur, sarciturum eis quenquam esse.

Legatorum discessus.

Illi hoc, ut videbantur, icti sermone, per silentium tristes, magis nutu, quam verbis, assentientes, discesserunt. Caeterum Caesar, cum Ferrariam legati rediissent, Senatusque (1) responsum renunciassent, hinc in Venetis & Ferdinando nihil opis esse sibi, & tantum verbis se ac vanis irritamentis ab iis assidue incitari, hinc Pontificis viribus, suisque pensitatis, quam dispar sibi cum eo dimicatio futura esset, cernens, & populum etiam religione commoveri, vocesque nutantium animorum, & verentium divinam ultionem, saepe audiri intelligens, Leonoram, Alphonsi sororem, quae & ipsa Pontificis causae impense studebat, ire protinus Faventiam ad Aldobrandinum Cardinalem, & pacem cum eo componere jussit.

Caesar Ferrariam Pontifici tradit.

Ita Caesar, tradita Ferraria, Mutinam abiit, & a Pontifice postea impetravit, ut Alexander frater in Cardinalium collegium cooptaretur. Aldobrandinus, recepta Ferraria, cum, solemni pompa ingressus, urbem valido praesidio firmasset, exercitum dimisit. Nec multo post Venetias venit, studio visendi urbem, insignem situ, & magnitudine opum conspiciendam, atque etiam, ut labefactam non nihil Ferrariensi motu Venetorum amicitiam reconciliaret, atque in pristinam gratiam restitueret, quando utrique Principi utilis animorum redintegratio conjunctioque esse videretur.

Aldobrandinus Card. Venetiis honorifice exceptus.

Venetiis diversatus apud me est; visitque eum Marinus Grimanus, Reip. Princeps, cum agmine senatorum, purpura sua fulgentium. Inde, aditis templis, navalibus, portubus, armamentariis caeterisque, quae urbs, mediis ex undis emergens, visenda mirandaque habet, decimo, postquam venerat, die, ab omnibus, publice privatimque, benigne atque hospitaliter cultus, Ferrariam rediit.

Clemens Pont. Ferrariam se confert.

Atque eadem aestate Clemens ipse Ferrariam venit, simul ut Ferrariensem rem per se coram ordinaret, simul ut civitas, magna cum gloria sub ditionem (2) Rom. Ecclesiae ab se redacta, novum imperium, ipsius Pontificis Maximi aspectu affatuque allecta, & non nihil oneribus levata, hilarius libentiusque subiret. Magnus in ea civitate concursus fuit non ipsius modo Romanae Aulae & Pontificiae cohortis, sed multorum praeterea, cum privatorum, quos studium

1 In autographo *sanatusque*, sive *sanctusque*. quod librarii negligentia factum putavi.

2 Autographum exhibet *ditione*,

dium spectandi tam celebrem tot illustrium virorum conventum traxerat, tum Principum legatorumque, qui ad officium cultumque (1) in Pontificem Max. confluxere. Veneti, qui nuper omni conatu, ne Ferrariam reciperet Clemens, obstiterant, receptam qui ei gratularentur [adeo ludunt officiis inter se Principes!] quatuor oratores, aetate ac gestis honoribus Senatus longe primos, Ferrariam misere. Ego quoque, accitu Pontificis, eodem veni. Cupiebat enim ille Christiani nominis reges certis inter se amicitiae faederibus jungere, & ad bellum in Turcas, qui tum maxime Vngariae reliquias persequebantur, summa ope suscipiendum, impellere. Consilium specie pium, & magna laude ferendum, sed conatu arduum, spe inane, effectu irritum. Hujus consilii bellique socios habere, ante omnes, Venetos expetebat, quod hi navalis rei scientia, opportunitate insularum, quas obtinent, & maritimis opibus, qua parte virium maxime oppugnandus hostis erat, longe alios praestare crederentur. Multus hac de re mecum Pontificis sermo fuit, in quo cum a me, quid spei de Venetis haberem quaesivisset, ego, *Et natura sua laetari pace Venetos, & ab omni mentione belli cum hoste, longe potentissimo violentissimoque, cujus ipsi faucibus maxime objecti expositique, & maxime ad invadendum opportuni essent, mirum in modum abhorrere, nec, nisi summa necessitate coactos, abduci se a colendae pacis studio passuros, omnesque ad nihilum recasuras Pontificis adhortationes*, respondi. *Ante explorandos regum animos; ac, si Gallus, si Hispanus, si Polonus (nam de Caesare, qui tum maxime Turcarum bello premeretur, dubitandum non videri) Pontificis Max. auctoritati precibusque concederent, certisque inter se faederum legibus consentirent, & hostem communibus viribus animisque terra marique aggrederentur, tum Venetos consensum Christianorum regum, transmissasque in Graeciam classes haud minus, quam Turcarum vim, formidaturos, eodemque metu cum caeteris ad arma ituros, quo, ne arma caperent, continerentur. Sin reges cunctabundi, quod alias fecerant, ab prava inter se aemulatione Pontificis studium hortamentaque eluderent, quicquid apud Venetos conaretur, leve atque inane futurum: quippe ad id bellum sequi eos, non anteire, velle.* Clemens, quanquam ita esse intelligeret, tamen, ut aliquid spei ab ipsis eliceret, quod inde caeteris regibus praeferret, hanc caussam agere me in senatu suis verbis jussit. Ego, Ferrariae quindecim admodum moratus dies, ac sueta comitate acceptus a Pontifice dimissusque, Venetias redii; &, paulo post, ut

Belli Turcis inferendi consilia agitat.

Quae de hoc bello Auctoris sententia.

Agere de bello cum Veneto Senatu jubetur.

1 Videtur desiderari *testandum*, *declarandum*, aut tale aliquid.

ut praeceptum mihi erat, apud Senatum de Turcico bello disserui. In senatum, ex Venetorum more, nemo externus admittitur. Legati, & quicunque agere aliquid cum Rep. volunt, Principem adeunt. Principi in consilio adsunt primarii senatorum, numero ad quinque & viginti, omnes, praeter paucos adolescentes, quibus disciplinae causa id juris tribuitur, aetate ac rerum usu adeo spectati, ut ab re *Sapientes* vocitentur. Apud hos quae dicuntur aguntur que, scripto accurate excepta, ad Senatum referunt scribae, atque ex ejus auctoritate inde responsa dantur. Ita, qui Principem consiliumque adeunt, Senatum adire dicuntur. Cum his igitur de Pontificis postulatis egi, orsus a Pontificis ipsius eximio in rem Christianam studio, & pari in Venetos animo, quorum Remp. quamamplissimam, opibusque & imperio florentissimam, esse cuperet: *Totum in eo Pontificem esse* ostendi, *ut discrimen metumque, qui a Turcis impenderet Christiano nomini, averteret, & Barbarorum vim aliquando retunderet & a nostris cervicibus repelleret. Id haud difficile futurum, si Christiani reges arma animosque consociarent, & communibus consiliis bellum aggrederentur. Factum hujus rei periculum, proximis annis, ad Echinadas insulas, ubi, collatis ex aequo viribus, supra triginta millibus hostium occisis, universam eorum classem, magna Venetae virtutis gloria, aut cepimus aut demersimus, atque imperio maris, quo diu potiti Barbari fuerant, unius pugnae successu, exegimus: atque adeo ad unum ictum navales opes eorum concidisse, ut nuper, totius Imperii conatu, quinquaginta longarum navium classem aegre conficere potuerint: & Ferdinandus, Magnus Etruriae Dux singulis prope annis, ingenti Turcici nominis ludibrio contumeliaque, ex intimo saepe eorum Imperio, cum paucis, licet celeribus & egregie armatis navibus, praedas agat, nec onerarias solum, aliaque omnis generis navigia, ad varios usus commeantia, variisque onusta mercibus, intercipiat, sed urbibus quoque, mare attingentibus, non in Graecia solum sed in ipsa quoque Asia Ciliciaque ac Syria, identidem vim afferat, expugnatasque diripiat, reducemque inde, ac pretiosis divitem rebus, classem ad Liburni portum recipiat, frendentibus quidem, sed ad ultionem torpentibus, Turcis. Tentatos Clementi regum animos, pronos in tam salubre consilium omnes repertos, nec quenquam credi fore, qui Pontificis Max singulari studio rem Christianam amplectentis vindicantisque auctoritatem detrectare ausit, aut moram tam glorioso, tam omnibus non utili solum, sed prope jam necessario, incaeptas-*

Senatus habendi apud Venetos ratio.

Oratio in senatu.

Christianorum de Turcis navalis victoria

Turcarum vires debilitatae.

Parati ad Turcicum bellum Reges.

afferre. Nec tempus unquam tam opportunum incidiſſe, cum rex hoſtibus imbellis (1), *& luxuria & voluptatibus merſus, & ſegni ocio torpens, eſſet, cum turbata convulſaque, diſcordiis procerum, Regia, cum omnes, exemplo regis corrupti, ita degenerarint ab dura priſcorum diſciplina, ita ab diuturna fortunae indulgentia collapſi ad mollitiem mores ſint, ut omnes belli artes apud eos obſoleviſſe videantur. Non amplius ad bellicas procurationes, per ſingulos militiae gradus, ut cuiuſque virtus enituerit, aſcendi, ſed ante imperatores pleroſque, quam milites, fieri; nec merentibus, & per fortia facta nitentibus, militares honores partiri, ſed cuncta gratiae tribui; non denique, quos induſtria aut bellicus vigor & robur & magnitudo animi commendarit, ſed adoleſcentes, flore aetatis conciliatos regi, produci, ut ſaepe aut ſpadones & ſemiviros, ab cuſtodia atque excubiis faeminarum abductos, aut regis ipſius exoletos, turpi favore provectos, magnis exercitibus praepoſitos viderimus: unde oblitteratis veteribus parendi inſtitutis, libidine ac licentia militum plura, quam arbitrio atque imperio ducum, in caſtris eorum adminiſtrari; militeſque ipſos, non ex veteri inſtituto* (2) *a prima adoleſcentia laboribus & militaribus exercitationibus duratos, aſciſci, ſed, ſine delectu ullo, paſſim ex omni genere collectos, omnis militaris moris expertes, uno praedandi ac latrocinandi ſtudio militiam ſequi. At magna Imperia, fundamentis ſubtractis earum artium, quibus parta conſtitutaque ſunt, facile corruere. Extinctam vero indolem illam, qua ſuperiores reges, bellicoſi ipſi viri & acres, ſtrenuos & arcta diſciplina roboratos milites ducentes, tot regna provinciaſque ſubegerunt, & cum inertibus regibus ſucceſſiſſe deſides ac ſolutos milites; idque adeo non dubium eſſe, ut Rodulphus Caeſar, qui, domi clauſus, hoſtem aut caſtra nunquam viderit, nullis externis auxiliis fultus, nulla ope aliena innixus, ipſe per ſe non ſuſtinuerit modo, aliquot jam annis, Turcicum bellum, ſed & validas aliquot in Vngaria urbes, loco atque opere permunitas, vi atque armis ademerit hoſti, & cum eo juſtis pene praeliis ex occaſione ſaepe congreſſus, victor ſemper apparuerit. Quod ſi ab terra Caeſar, validis aliorum auxiliis ſubnixus, acri impreſſione in Pannoniam irrumperet, Poloni, ferox bello gens, & equitatu pollens, adjunctis Moldavis, Tranſilvanis & Va-*

Militaris diſciplina apud Turcas obſoleta.

Turcarum reges ducere per ſe ipſi exercitus deſtiterunt.

Turcas terra marique ſimul adoriri utile.

1 Subaudiendum, ſive potius huc revocandum, infra poſitum, verbum *eſſet*, hac quidem ſententia: *quum hoſtes*, nempe Turcae, *imbellem regem haberent*.

2 Qua de inſtitutione vide Vol. I. pag. 530.

Valachis, qui jam sponte sua in armis essent, Thraciae latera ad Euxinum Pontum incursarent, & a mari junctae Venetorum atque Hispanorum classes Graeciam invaderent, ipsisque Imperii claustris instarent, quibus tandem viribus ocio atque desidia enervatus rex ternis uno tempore bellis occursurus esset? aut quae victoriae dubitatio restare vobis posset? Ita ne de eo quidem dubitandum, quin, summotis Graecia atque Europa Turcis, Veneti Imperii sui fines, quod maxime cuperet Clemens, latissime propagaturi essent. Haec atque alia hujus generis permulta, quae magis pulchre atque magnifice, ad testandum Pontificis Max. & commune omnium votum, quam vere, ad spem perficiendi quicquam, dicuntur, cum disseruissem, attente quidem ab illis auditus sum, sed, re in senatu agitata, aeque speciosis verbis responsum mihi est datum. Collaudata enim Pontificis in rem Christianam pietate, se, si consociata caeterorum regum arma conspexissent, communibus studiis non defuturos dixerunt. Atque ita, ut praedictum a me fuerat, omissa penitusque rejecta res est. Et Pontifex, regibus nequicquam appellatis, ubi omnes publicae rei incuriosos, suae tenaces, inter se invidia atque aemulatione infensos, & tantum verbis sibi spem ostentare sensit, incaepto destitit.

Belli Turcis inferendi consilium omissum.

Sub exitum autumni Clemens iter ad Vrbem caepit. Tenuerat eum Ferrariae paulo diutius illustrium hospitum expectatio adventusque. Nam Catharina (1) Austria, Caroli Archiducis filia, Philippo, Hispaniae regi, Isabella, regis ipsius soror, Alberto Austrio, item Archiduci, qui ex eo Belgis cum summo imperio praeficiebatur, nupserant. Horum sponsalia, ipso Pontifice Max. honoris causa regum (2) verba praeeunte, peragenda erant; diverteruntque ob id ex itinere Ferrariam Catharina & Albertus, cum magno principum virorum comitatu, in quibus Catharinae

Regales nuptiae.

1 Et hic semel, & infra iterum ac tertio *Catharinam* Gratianus appellat, quam *Margaritam* fuisse reliqui scriptores testificantur. Exstat Veronae in sacello aedis principis, in honorem S Zenonis dedicato, hoc in marmorea tabula insculptum monumentum, quo Scriptorum testificatio confirmatur: „ Dum Margarita „ Austria, Philippo III. Hispaniarum „ regi desponsata, ad Clementem „ VIII. Pontif. Max. Ferrariae tunc „ commorantem, contenderet, ut ab „ eo per Albertum, Archiducem Au„ striae, procuratorem, matrimonio „ jungeretur, idem Augustinus Va„ lerius S R. E. Card. in insula „ scalarum adstante Margarita regi„ na, cum Maria matre, Alberto, „ Rodulphi Imp fratre, maximaque „ principum virorum frequentia, Sacra „ fecit V. Id. Novembr. 1598. „

2 Haud alia est autographi interpunctio.

nae mater, erat faemina clarissimo Bavariae regum genere orta. Hos Clemens summis honoribus & accepit advenientes, & prosecutus est (1). Veneti contra duriores (2) rusti-

1 Fortasse desideratur *discedentes* aut *abeuntes*. Ego ab autographo non discessi.

2 Immo tu mihi, Gratiane, durius rusticiusque, quam tua aut natura aut consuetudo fert, Venetos, hominum humanissimos, *duriores rusticioresque* adpellare videris. Quid? Verum, nullam Gratii in Stiriaque pestilentiae suspicionem, quum inde *tanti fastigii hospites* in Italiam proficiscerentur, fuisse dicas? an Venetos de sua, immo vero de totius Italiae salute atque incolumitate sollicitos esse non debuisse? Jam de pestilentia tuas ipsius litteras, per eadem tempora Venetiis datas, profero: die quidem VIII. Sextilis an 1508. ad Cardinalem S. Georgii: ,, Circa la pe-
,, ste, vederà V S Illustriss. oltre
,, l' incluso baodn, fatto qui da l' Os-
,, fitio de la sanità, un capitolo d' una
,, lettera scritta da Udene (*sic*) ad
,, un mio di casa di (*sic*) V. per
,, la quale si vede, che il male ca-
,, mina ioanzi, & è, per quel, che
,, pare, di molto cattiva natura.
,, Quì si dice, che a Milano si sia
,, levato il comertio anco di Turino e
,, del Piemonte. ,, Die vero XV. ejusdem mensis ad eundem ,, Fui a po-
,, sta in Collegio hieri mattina a far
,, l' offitio, impostomi da V. S. Il-
,, lustriss. intorno alla peste, & dissi,
,, che Nostro Signore, avvisato di
,, questo periculo, che s' era non so-
,, lo accostato a i confini d' Italia,
,, ma intrato già nel Friuli, tenendo-
,, ne quel conto, che l' importanza de
,, la cosa meritava (massime, che
,, il medesimo si sentiva anco da la
,, parte di Piemonte) oltre che l' ha-
,, veva messo strettissime guardie per
,, tutti i lochi suoi, haveva anco
,, deputato una Congregatione, che
,, habbia particular cura di tutto
,, questo negotio, & vi faccia tutte
,, le provisioni . . . Et ancora che
,, sia avvisata la Santità sua de la
,, molta vigilanza di sua Serenità in
,, questa materia . . . nondimeno,
,, che essendo questo un pensiero di
,, tanto momento a la salute di tut-
,, ti, m' haveva commesso ch' io . . .
,, essortassi in suo nome la Serenità
,, sua a non rimetter punto di que'
,, buoni & efficaci ordini, ch' è solita
,, di dare in questi casi. . . . . . & che
,, non sia permesso, che per qual si
,, voglia causa passino robbe nè per-
,, sone, de le quali possa haversi al-
,, cun sospetto . . . . Mi risposero
,, quei Signori, che ringratiavano
,, tanto più nostro Signore di questa
,, communicatione & di questa dili-
,, genza, che faceva usare in negotio
,, tanto periculoso, quanto questo pe-
,, riculo premeva più a la Republi-
,, ca, a la quale più soprastava: che
,, havevano dato bonissimi ordini,
,, perchè il male non passi più oltre,
,, & che il Locotenente del Friuli,
,, huomo diligentissimo, non fidan-
,, dosi de l' operà d' altri, era stato
,, in persona a essequirli (*sic*): che
,, il male era intrato in un villaggio
,, di 30. o 40. case, le quali s' era-
,, no fatte tutte abruciare, insieme
,, con le robe, che v' erano dentro,
,, le quali s' erano fatte pagare a quei
,, poveretti, ch' erano rimasti, & pro-
,, veduto al vitto & bisogno loro . . .
,, Non s' è parlato cosa alcuna del
,, passaggio de la Sposa di Spagna.
,, Ma io sò però, che questo dà
,, molto fastidio a questi Signori, i
,, quali vorrebbono, che questo pas-
,, saggio si facesse per la via del Ti-
,, rolo, & da Trento si calasse nel
,, Milanese, con toccare manco che
,, fosse possibile questo Stato. Ma il
,, desiderio loro sarà in questo caso
,, regolato con gran rispetto. Venen-
,, do la sposa per il Friuli, attrà-
,, versarà necessariamente, per anda-
,, re a Milano, tutta la Terraferma:
,, & una compagnia grossa, quanto
,, convien credere, che seguitarà al

stricioresque in tanti fastigii hospites visi sunt. Copientibus enim iis a Gratio Stiriaque recta per Carinthiam & Forum [illegible] Ju-
-lii

,, gran principessa, si può non po-
,, co temere, che lasci qualche ma-
,, le nel camino. ,, Et die XXV-
III. ejusdem mensis ad eundem: ,,
,, Questa mattina essendo ritornato
,, in Collegio il sudetto Amba-
,, sciator di Spagna per la risposta
,, di quanto espose a nome de l' Ar-
,, ciduca, quelli Signori, dopo ha-
,, vergliela data con parole molto
,, cortesi, li fecero lungo ragiona-
,, mento intorno a lo stato de la
,, presente peste & del passaggio de
,, la principessa, mostrandosi, con
,, quanto periculo di questo dominio
,, passarebbe una compagnia così
,, grande, che viene da lochi in-
,, fetti, & quanto questo periculo sia
,, commune anco con tutti gli Stati
,, d' Italia; et han proposto parti-
,, to, che la principessa passasse con
,, pochi et con quel numero sola-
,, mente, che fosse necessario per
,, il suo servitio, et agli altri si
,, ordinasse, che pigliassero altro vi-
,, aggio; che essi procurerebbono,
,, che la principessa havesse nel do-
,, minio loro tutte le commodità,
,, et tutto l' honore, che se le de-
,, ve. etc. ,, Sunt ne haec *durio-
rum* officia ac *rusticiorum?* an non
potius facillimorum urbanissimorum-
que? Sed de pestilentia, quae sunt
reliqua videamus. Die V. Sept. ad
eundem S. Georgii Cardinalem haec,
Gratiane, scripsisti. ,, La terra di
,, Cividale con tutto il territorio suo
,, fù qui publicamente bandita l'
,, altro hieri, per causa de la peste.
,, Si dice, che vi sono molte case
,, serrate, et che un macellaro ape-
,, stato, havendo aperta per forza
,, la casa, dov' era chiuso, era sal-
,, tato fuora, et con grand' impeto
,, s' era studiosamente avventato ad-
,, dosso a tutti quelli, che haveva
,, incontrato, per apestarli, & n' ha-
,, veva tocco et offeso molti, et
,, n' harrebbe offeso molti altri, se
,, d' ordine del Proveditore non
,, fosse stato ammazzato con archi-
,, busate. Sono stati sequestrati et
,, rinchiusi tutti i tocchi da costui,
,, et alcuni d' essi s' intende, che
,, erano ammalati .... Nel serrar di
,, questa hò inteso, che il Rettor
,, destinato al governo di Civida-
,, le, non havendo voluto intrar ne
,, la Terra così apestata, se n' è ri-
,, tornato indietro; et che per haver
,, un servitor suo praticato in una
,, villa suspetta, gionto a Venetia
,, è stato insieme con tutta la sua
,, famiglia sequestrato in casa. ,,
Die VIIII ejusdem mensis ad eun-
dem: ,, Del passaggio de la princi-
,, pessa il Principe mi disse, che ne
,, stavano in gran travaglio, non po-
,, tendo da l' un canto mancare di
,, ogni dimostration di honore & di
,, osservanza verso il rè Catholico,
,, & da l' altro premendogli, quan-
,, to conviene, & il periculo propio
,, & il terrore di questi populi....
,, Si dice, che l' Ambasciator di
,, Spagna habbia fatto offitio per il
,, passo, & dato una nota del viag-
,, gio, nel quale non si toccherà
,, loco alcuno infetto. Ma par, che
,, questo non basti; perchè una com-
,, pagnia così grossa non anderà tut-
,, ta dentro la linea prescritta. ,,
Eodemque ejusdem mensis die ad e-
,, undem; ,, Han creato alla Sani-
,, tà due Sopraproveditori, che insie-
,, me col magistrato ordinario han-
,, no suprema potestà di tutte le co-
,, se, pertinenti a questo negotio,
,, *cum potestate vitae et necis* so-
,, pra tutti quelli, che non obedis-
,, sero a gli ordini loro. S' è trat-
,, tato molto strettamente di bandi-
,, re tutto il Friuli dal Tagliamen-
,, to in là, et prohibire affatto il
,, comertio oltre quel fiume, con
,, far tirar le barche in terra, et
,, metter le guardie sù la ripa di
,, quà, et con gli archibusi tener a
,, dietro chiunque tentasse passare...
,, Massime, che le piazze affermano,
,, che

Julii Patavium atque inde Ferrariam petere, quia rumoris aliquid emanarat, pestilentiam esse Gratii, transitum per
Oo 2 fi-

„ che in Gratz sia la peste molto „ grande.... Veramente pare, che „ volendo pur venir hora, sarebbe „ miglior consiglio, che quei Prin„ cipi pigliassero il camino verso „ Tirolo: che se ben sarebbe al„ quanto più longo et più aspro per „ un pezzo, sarebbe però più si„ curo per loro, et manco suspetto „ ai populi d' Italia, non solo a „ quelli, per i quali doverao passa„ re, ma agli altri ancora &c. „. Die denique ejusdem mensis tricesima ad eundem: „ Scrissi quel che „ havevo inteso da sicuro autore de „ le cose di Gratz, dove mi sono „ anco chiarito meglio, che la pe„ ste fà tanto progresso, che non si „ può più nascondere da i medesimi „ Austriaci, nè più negarsi: et al „ medesimo Ambasciator di Spagna, „ che questa mattina è stato a ve„ dermi, et hà ragionato un pezzo „ meco di questo negotio, pare, che „ si mettano ad un gran rischio le „ cose d' Italia con questi passaggi... „ et mostrò di stimar tanto questo „ periculo, che hà fin scusato que„ sti Signori de le difficultà, che han „ posto ne la concessione del pas„ so &c. „ In tanto igitur Italiae periculo, quod vel ipse Hispani regis legatus videbat et fatebatur, propterea que sapienter facere Venetos confirmabat, qui Hispaniensi reginae ejusque comitibus transitum per suos fines negarent, quid tibi in mentem, Gratiane, venit, sapientissimos homines providentissimosque *duriores in tanti fastigii hospites rusticioresque* adpellare? Sed, ne Gratianum meum videar, quem toto hoc Opere, ubi res tulit, acriter defendi vereque laudavi, in extremo denique accusare atque reprehendere, ejus hoc loco etiam brevis, attamen probabilis, nobis suscipiatur defensio. Non ipse *duriores rusticioresque* sententia sua Venetos dixit, sed tales *visos* adfirmavit. Quibus? Ignaris rerum atque imperitis hominibus, qui saepe propter stultitiam consilia Principum iniquissime interpretantur. Stultorum autem, quam late patuit semper, patebitque natio, tam nihilì faciendum judicium est. Caeterum Venetos Gratianus semper et dilexit et coluit, multis eorum in se ac magnis meritis. Id in extremis, quaoi in senatu habuit, oratione testatus est, cujus orationis summa capita in hisce ad Cardinalem S. Georgii Venetiis Romam die 24. an. 1598. datis litteris percensuit: „ Finalmente ar„ rivò Monsignor mio di Malfetta „ a li 20 S' è trattenuto due gior„ ni a S. Spirito, per dar ordine a „ la sua casa; nel qual tempo io „ sono stato a lungo con sua Signo„ ria Reverendissima ragionando a „ pieno di quanto è stato bisogno. „ Hieri andammo in Collegio, con„ dotti et ricevuti con le solite ce„ rimonie. Io, secondo il costume, „ fui il primo a parlare, sì per toc„ care alcuna cosa de la persona del „ nuovo Nuntio, et sì per licentiar„ mi da sua Serenità, et dissi, che „ essendo stato astretto da molte et „ urgenti necessità de le cose mie a „ supplicar nostro Signore, che mi „ facesse gratia di liberarmi dal ca„ rico di questa Nuntiatura, Sua „ Beatitudine, secondo il solito de „ l' infinita sua carità, se n' era be„ nignamente contentata, et mi ha„ veva mandato successore Monsi„ gnore Reverendissimo Vescovo di „ Malfetta, Prelato per le molte „ qualità sue accettissimo a sua Bea„ titudine, et che lo cavichi finsi„ li et in negotii gravissimi haveva già „ più volte dato con sua gran laude „ larghissimi saggi del valore, de la „ prudenza & de la destrezza sua. „ Che io, per la mia singular devotio„ ne verso sua Serenità et verso que„ sto Serenissimo Dominio, sentivo „ in questa mia partenza molta con„ solatione di vedermi succedere in „ que-

fines suos negaverunt. Omisso igitur Foro Julii, per Tridentinas Alpes Italiam ingressi, Ferrariam descenderunt;

At-

„ questo loco un personaggio tale, „ che con la molta sua virtù fosse per emendare le imperfettioni mie, et per supplire a tutto quello, in che io per il mio poco sapere havessi mancato nel servitio de la Serenità sua; la quale però io ero certo, che havendo maggior consideratione a l'animo et al desiderio mio, che al mancamento de l'altre conditioni, accettaria da me per servitio la volontà perpetua, che havevo havuto di servirla. Che io potevo affermare a sua Serenità, che siccome il ridurmi a la cura de la Chiesa et de le cose mie, m'era di non poco contento, per il gran bisogno, che n'havevano, così il dipartirmi da la Serenità sua non sarebbe stato senza gran sentimento di dispiacere. Che mi sarei nondimeno consolato con la memoria, che harrei portato meco de' continui favori, che havevo ricevuto da sua Serenità et da quei Signori Eccellentissimi, la qual memoria sì come sarebbe restata ne l'animo mio sempre viva et sempre verde, così nel medesimo animo sarebbe stato sempre più acceso il desiderio di servire in tutto quello, a che le mie deboli forze si estendessero, non solo a sua Serenità et a la Republica, ma a ciascheduno, che in qualunche modo & in qualunche loco havesse dependenza da lei; et che se a l'humile et tenue fortuna mia fosse mancato il modo et l'occasione di farlo, l' harrei ben certo fatto con una affettuosa devotione in pregare cotidianamente il Signore Dio, che per gloria del suo santissimo nome, et per ornamento et presidio d'Italia, conservasse, accrescesse et prosperasse sempre con la sua santa gratia questo religiosissimo et sapientissimo Governo. Dopo queste poche parole, le quali parve, che fossero sentire con piacere et con assenso da tutti quei Signori, Monsignor di Malfetta presentò il suo Breve &c. „ Inter merita autem Venetae erga Gratianum Reip. illud minime praetereundum, silentio est, quod ipse hisce ad eundem Cardinalem S. Georgii die 31. Jan. an. 1598 Venetiis Romam datis literis commemorat. „ Non debbo lasciar di dire a V. S. Illustrissima, che io questa misera occasione de la morte di mio fratello, il Principe et questi Signori non solo hanno mandato a far meco tutti gli officii d'humanità, che in simili accidenti sogliono farsi per consolar gli afflitti, ma hanno anco messo partito in Pregadi di farlo sepelire con solenne pompa a spese del Publico; et, essendosi vinto il detto partito in Pregadi, per quanto intendo, con quasi tutte le balle, mandorno subito un Secretario a far meco officio consolatorio, a nome del detto Pregadi, et a significarmi il decreto fatto circa la sepoltura. Io tingratiai ben grandemente la Republica di questa carità et benignità, che dimostrava verso di me, et accettai l'obligo, in che ne dovevo restar con sua Serenità, ma ricusai però d'usar la gratia, che mi facevano, mostrando, che io volevo, che il corpo di mio fratello fosse portato a S. Giorgio Maggiore, dove s'haveva a depositare, con molta simplicità, senza alcuna pompa, conforme a quello, ch'esso medesimo haveva ordinato ne la morte. Et così s'è fatto. &c „ Libenter feci, ut Venetam nationem non modo ab omni *inhumanitatis rusticitatisque* suspicione purgarem, quam legentibus injicere Gratiani verba potuissent, sed etiam humanissimam officiosissimamque

Atque hinc , faſtis ſponſalibus, Mediolanum profecti ſunt. Mediolano Genuam (1), Genua, conſcenſis navibus, Galliae oram legentes , in Hiſpaniam trajecerunt.

que erga Gratianum ipſum oſtenderem Animadverſa ſaepe mihi in aliis Venetorum ea laus eſt, et io me ipſo aliquando perſpecta Nam , quum vehementer mihi, ante aliquot annos, Aldi Manutii Senioris Tullianorum operum edirione opus eſſet, qua in emendando Cicerone novae editionis abuterer, nec, ulla aut mea aut amicorum diligeotia , neceſsarium illud meorum ſtudiorum inſtrumentum poſsem comparare, factum, neſcio quo caſu, eſt, ut de iodigentia mea, de euraque, In qua verſabar, Marcus Foſcarenus, Reip. Venetae tum apud Pontificem Max legatus, forte cognoſceret. Quid dicam , amplisſimum virum mihi , petenti ab eo aliquid, non denegaſſe, qui me, ignotum hominem, ultro liberalitate ſua et ſplendidiſsimo munere oppreſserit? Aldinam nitidiſſimam rariſſimamque editionem illam, e ſua locupletiſſima Bibliotheca detractam, ad me, per Cl. V. Franciſcum Ant. Zaccariam S J Venetum et ipſum, hoc eſt, humaniſſimum hominem, continuo mittendam , ſinguluri cum ſuae erga me voluntatis ſignificatione , curavit Hanc ego tantam ac tam prope incredibilem , iouſitatam certe ac plane ſingularem, praeſtantiſſimi Viri, nobiliſſimis legationibus ad Pontifices Maximos Regesque potentiſſimos perfuncti, aedis S. Marci Procuratoris, Bibliothecae Praeſidis, Reip. Hiſtorici , omnibus ingenii , doctrinae virtutiſque ornamentis praediri, humanitatem expertus , poterone umquam tanta illum, quanta a me debetur , obſervantia colere , paribus ſtudiis atque officiis proſequi , merita benevolentia complecti? poruine aequo animo , aut etiam tacitus ferre, a quoquam Venetam , ex qua ille eſt , Gentem *duriorem ruſticioremque* adpellari?

1 Commodum ad hunc Gratiani de Genua locum deveneram, quum ex eadem urbe adlata ad me ſunt Jo. Jacobi Cavalli, praeſtantiſſimi Genuenſis poetae , vernacula lingua elegantiſſime ſcripta , poemata , eximium mihique gratiſſimum nobiliſſimi eruditiſſimique adoleſcentis Jacobi Philippi Duratii , Marcelli filil, munus. Editionem nitidiſſimam emendatiſſimamque vir doctiſſimus mihique amiciſsimus Joſephus Maria Prianus, e Matris Dei ioclyta Sodalitate , curavit: idemque egregium plane ac pernobile Italicum Carmen, Sereniſſimo Genuenſis Reip Duci Laurentio Mario nuncupatum, praemiſit! Felix, cui tantus vir laudandus , tantarumque laudum ſeges atque materies obtigerit! Sed etiam bene ac feliciter cum Mario actum, qui ſummae virtutis ſuae parem in Priano praecooem invenit.

F I N I S.

Pagina hujus Voluminis 54. polliciti sumus, exhibituros nos, in calce Operis, Pii V. Pontificis Max. de Philippi, Hispaniarum regis, profectione in Belgium, sententiam, Apostolico Nuncio, interprete Commendono, significatam. Eam igitur hoc loco, nusquam antea editam, ex Gratiani MSS. Collectaneis diligenter descriptam, subjicimus.

Instruttione mandata in Spagna per consigliare la venuta di quel Rè in Fiandra, del Cardinal Commendone. 1567.

Nostro Signore, benchè habbia sempre tenuto & tenga per certo, che la prudenza humana intanto solamente sia prudenza, in quanto è subordinata alla Sapienza Divina, & da questa indrizzata al servitio di Dio; nondimeno ricevute le vostre lettere di . . . . hà voluto maturamente considerar con le medesime ragioni & rispetti humani, che voi scrivete, i partiti & i mezzi, che si prendono costì, per riparare alli tumulti di Fiandra. Appunto vede le cose della Christianità, così spirituali come temporali, ridotte a termine, che s' hà da temere, che in questa attione si tratti della salute di tutti; & m' hà commesso, che ne scriva a V.S. il mio parere, acciò che lo communichi al Rè con quella sincerità & carità, che Sua Beatitudine usa in servitio publico, & particolarmente di S. Maestà Catholica.

Il fine, propostosi costì, pare, che fin' hora sia di ridurre quei paesi di Fiandra alla obedienza politica; & li mezzi son' armi & negotio, con la presenza del Rè, o vero con l' opera di qualche Signore d' autorità; & la risolutione presa fin quì, che venga innanti il Sig. Duca d' Alva, a metter in ordine uno esercito, & a scoprire quello, che si possa fare, & il Rè segua di poi; & in ogni modo si dissimuli la causa della Religione; la quale dissimulatione però non si dichiara espressa nelle vostre lettere, come s' intende costì, cioè, se si habbia riguardo a facilitarsi la via di soggiogare i ribelli, a fine di levar poi subito loro i Predicatori & le conventicole, & restituire & stabilire in quelle parti la Religione Catholica: o pure se si hà la mira solamente a pacificar lo Stato, & a ridurlo alla obedienza politica, con dissegno di tollerare nel resto la perversità & la licentia de' sudditi nella Religione, fin' a tempo più opportuno. Nel primo caso, benchè nella causa di Dio non convenga dissimulare, ma far' arditamente & con fede tutto quel, che si può, & ricorrere a S. D. Maestà, ut exurgat [1], & judicet causam suam, memor improperiorum suorum, quae ab insipiente sunt tota die: *nondimeno fino a tanto, che il Rè arrivi armato in Fiandra, si potrebbono forsi comportare simili dis-*

1 Psalm 73 vers 22 Quod hic fecimus, etiam interius faciemus, ut sanctae Scripturae loci, quos adfert frequenter Commendonus, unde desumti sint, indicemus; illud semel monentes, saepe ab eo non tam ipsa sacrorum librorum verba, quam sententias proferri.

dissimulationi. Ma nel secondo caso di permettere o tollerare a' sudditi licentia nella Religione, non vede S. Santità, qual ragione, non pure Divina, ma humana, possa horamai persuadere i Principi a sperare di rendere quieti & pacifici gli Stati loro, senza havere prima restituita & stabilita la Religione: & volentieri vorrebbe, che in tal proposito non fosse stato allegato a V. S. l' esempio delle vie, tenute dall' Imperatore Carlo V. nella guerra de' Protestanti. Ma poichè l' hanno allegato, giova almeno, per ridurre in memoria a S. Maestà Catholica, che parte havesse l' Imperatore, suo padre, in Germania, doppo sì gran vittoria, che pace restasse in quella provincia, qual contagio in pochi anni ne sia passato nelle altre, & in qual pericolo habbia hora condotto gli Stati suoi stessi di Fiandra, solo perchè fù consigliato ad attendere alle cose politiche, & dissimulare quelle della Religione, & non si valse della vittoria, concessali da Dio, per estinguer quel veleno, che hà poi infettato gli Stati suoi di Fiandra, ut cognoscatur (1) Dominus, judicia faciens. *Et se in tempo, che la Republica Christiana era manco inferma, il partito, preso dal sudetto Imperatore, gli nocque tanto, quanto peggior esito ne dovemo temere al presente? Hanno potuto i Principi Christiani ne i primi anni di quelle Sette havere qualche apparente scusa, non dirò del poco loro zelo nel servitio di Dio, ma del non havere anteveduto, dove queste Sette fossero per capitare, sotto pretesto di Religione. Hora, doppo tante seditioni & revolutioni de Principi, non pure è tolto loro ogni scusa del non essersi da principio risoluti d' opporsi all' heresie, ma, se non vi prendono spedito & gagliardo riparo, sarà loro in breve dagli Heretici tolta ogni difesa; perciò che questo movimento, per causa di Religione, è una sorte di seditione & di congiura, che hà cagione commune a tutti, & nella quale ciascuno pretende eguale interesse, & è la più atta a radunare, & ad unire molte genti insieme, & a mantenerle lungamente unite, & la più facile ad eccitare subiti & gravi tumulti, anco con intelligentie & pratiche di Nationi, non pur diverse, ma per altro inimiche; & appresso è la più potente, per torre l' autorità alli Principi, sotto pretesto*, quod oporteat (2) magis obedire Deo, quam hominibus: *di che costoro si fanno tuttavia scudo*, non ut conservi Dei, sed ut amicam habentes (3) malitiae libertatem. *Con tutto ciò voi scrivete, che per trè ragioni costì si giudica, essere necessario dissimulare la causa della Religione: per acquetare i popoli; per non irritare i vicini; per potersi valere di genti Tedesche in questa impresa. L' acquetare i popoli, con lasciare loro libere le radunanze & conventicole, & le prediche di quei loro seduttori*, faces populorum, *non è altro, che un notrire il foco, & radunare tuttavia materia, per accendere maggior fiamma. Et li Savii antichi videro, che ne' governi, dove fos-*

1 Psal. 9. vers. 17.
2 Act. Apost. cap. 5. num. 29.
3 I Petr. c. 2. num. 16. „ Quasi liberi, & „ non quasi velamen habentes malitiae li„ bertatem. „

fosse a ciascheduno lecito di ragionare al popolo, & di proporre partiti & leggi ad arbitrio suo, di necessità conveniva, che seguissero di continuo turbolentie & mutationi di Stato: & però s'ingegnavano diligentemente di impedire & di torre con le loro leggi & ordini di governo questa pestilente licentia di seditiosi oratori. Il che molto più ci è hora necessario di fare, perchè le seditioni per causa di Religione, essendo, come si è detto, di sua natura le più gravi d'ogni altra, hanno portato sempre gran revolutione negli Stati, prima ancora, che il Signore Iddio ci havesse fatto tanta parte della gratia & gloria sua, quando gli huomini peccavano manco nel culto Divino, & gli peccati, che in ciò commettevano all' hora, non provocavano tanto l'ira di Dio. Ma al presente sono senza comparatione più pericolosi, & ricercano molto maggiori & più presti rimedii: &, se non vi si pigliano, tosto converrà alli Rè & altri Principi Christiani abbandonar ogni speranza di mantenere gli Stati loro, perchè nella nostra Religione, che sola è vera, come la fermezza della fede & l'amor di Dio & del Prossimo è cagione di una vera obedienza verso li Superiori con pace & tranquillità degli Stati, così all'incontro lo spirito della heresia, rinchiuso dentro delle conscientie d'ogn'uno, porta grandissimi movimenti, convellens [1] fundamenta orbis: *& ben danno troppo spessi segni gli fermenti delle rebellioni, che per tale cagione a' nostri tempi si sentono in più provincie.*

Quanto al secondo rispetto di non irritare per hora i vicini, più tosto pare, che si harebbe a render gratie a Dio, che con il presente bisogno habbia congiunto tanta opportunità di condurre hora questa impresa: primo, perchè la Corona di Francia per suo interesse non doverà aiutare, nè fomentare li ribelli del Rè Catholico: il che in ogni altro tempo, & per qualunque altra cagione, che hà portato & porta alla Francia il medesimo pericolo, sarebbe stato difficile a sperar; & li Principi di Germania si trovano esausti di denari per la presente guerra col Turco; & la guerra mossa in Sassonia contra il Duca di Vinaria doverà tenere impediti alcuni di loro, & principalmente l'Elettore Palatino, suocero del detto Duca di Vinaria, & capo de' Calvinisti in Germania. La Regina d'Inghilterra, oltre li rispetti, che le conviene havere per quiete del suo Regno, si ritrova havere gettato molti denari indarno per gli Ugonotti di Francia, & se ne mostra satia & stanca. Il Rè di Dania fà guerra col Rè di Svetia, & è ridotto a tale povertà, che hà poco il modo di mantenere il suo paese, non che di offendere il Rè Catholico. Et se quelli Principi stanno adietro, poco si hà da temere di movimenti o di aiuto de' popoli vicini: anzi il vero & sicuro rimedio, di tenere in freno così li popoli come li Principi, è arrivare in Fiandra con tali forze, & con tale prestezza, che levi il tempo & l'ardire ad ogn'uno

1 Isaiae cap. 24. num. 18.

no di moverſi. Sà il Rè le pretenſioni di alcuni ſopra li ſuoi dominii de' Paeſi Baſſi, & la mala contentezza, che ne hanno dimoſtrato più volte, & che non gli hà ritenuti ſe non il timore, & il poco modo, che hanno, d'effettuare i loro diſegni; & però, non havendo S. Maeſtà à confidare, che queſti, potendo, non vogliano, deve sforzarſi di fare, che, volendo, non poſſano; &, per ragione di governo, prendere volentieri queſta giuſta occaſione, che gli è data, d'entrare armato in Fiandra, & ſtabilirſi meglio il dominio ſuo in quei paeſi.

La terza ragione è, per poterſi ſervire in queſta impreſa de' ſoldati Tedeſchi. Circa che primamente ſi potrebbe forſe dire, che ſaria bene valerſi di altri; ma, poſto che ſia neceſſario di valerſene, ſia ſolo per una giornata, la quale per ſorte conveniſſe di fare, per ſoggiogare i ribelli, & levare loro le armi, & per pigliare piede di eſeguire il reſto: perchè, havendoſi una gagliarda banda di Spagnoli, non è dubio, che ſi potrà poi, ſenza l'opera de' Tedeſchi, ſtabilire quanto di più ſarà ſervitio di Dio & di S. Maeſtà: nè di ſoldati Tedeſchi ſono molti Calviniſti, nè Anabattiſti [le quali due Sette regnano in Fiandra], nè ſogliono eſſi dimoſtrarſi tanto zeloſi della hereſia, nè ſi poco fedeli a chi li piglia a ſuo ſtipendio, che per conto loro ſia neceſſario diſſimulare la cauſa della Religione, o di temere, che eſſi non ſiano per venire contra Sette, così nemiche della loro Luterana, maſſime ſapendoſi i Capi ſervire prudentemente & a tempo delle genti Tedeſche.

Ma, poſto ancora, che le ſudette ragioni haveſſero forza di perſuadere al Rè queſta diſſimulatione di Religione, pare a S. Santità aſſai difficile di vedere, come lo poſſa fare: perchè, non havendo i ribelli altro velo da coprire la loro rebellione, nè altra fortezza da ritirarſi & difenderſi, ſe non queſta della Religione, nella quale non pure ſi tengono ſicuri, ma atti a potere muover per queſta via a loro piacere nuovi tumulti, ſenza dubio verranno a trattare ogni coſa con il medeſimo preteſto, & la più parte delle loro dimande, & ogni negotio d'accordo ſarà di Religione. Onde converrà, che ogni accordo, che ſi prenda, o veramente ſegua, rieſca pernitioſo: perchè, ſe non ſi vorrà conſentire alle loro dimande, ſeguiranno toſto le diſſimulationi, & conſentendoſi, ſi vedranno ſtabilire & creſcere le hereſie, & con eſſe la forza & l'audacia di ribellione, la mala reputatione & la impotenza del Rè. Miſero veramente a' noſtri tempi è lo ſtato della Chriſtianità, perchè, pretendendo gli Heretici ogn'hora più arditamente la cauſa della Religione, i Catholici ſtudiano diſſimularla, & ſeguono di caminare per le medeſime vie, che ſi ſono tenute ſin da principio di queſte Sette, & Dio ſegue di mandarci ogni dì peggiori ſucceſſi, perdens (1) prudentiam prudentum, & diſſipans (2) conſilia gentium, ut videntes (3) non videant, & audientes non intelligant:

1 Ad Corint. I. cap. 1. num. 19.
2 Pſalm. 32. v. 10.
3 Luc. cap. 8. num. 10.

gant: *che il dissimulare per hora la causa della Religione non è altro, che un lasciarsi obligare a dissimularla per sempre*. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. (1) & Potentes (2) potenter tormenta patientur. *Non terria il Rè per suo vassallo colui, che non si recasse a vituperio il lasciarsi condurre a dissimulare il vassallaggio & l'obligo suo, non che a fare pregiuditio alle ragioni & honore di S. Maestà; & quello, che il Rè non tollerarebbe in vassallo, non ci è chi esorti pure il Rè medesimo a non fare contro il Signore dell' universo*, qui (3) erubescet erubescentes se coram patre suo in die ultionis justus Judex. *Non è Capitano del Rè, chi, durandogli ancora spirito & vita, & qualche modo di resistere agl' inimici del Rè, tolleràsse mai di accordarsi a tenere gl' inimici armati dentro d' una Fortezza: più tosto, per conservar la fede & l'honor suo, vorrebbe morire. Et in quella sola Fortezza, che ci resta tra l' Inghilterra & Francia & Germania, in quei paesi, i quali per il luogo, dove sono posti, & per la grandezza & ricchezze loro, & per essere d' un Rè sì potente, sì rispettato & sì Catholico, sono stati fin' hora il presidio della Fede Catholica, si vorrà tollerare Vgonotti & Anabattisti? le quali due Sette, mescolate con consigli & interessi humani, sono le più maligne, & agli Stati le più pericolose di tutte le altre, essendo tutte drizzate alla rovina & estintione d' ogni Principato, d' ogni legge, d' ogni ordine, d' ogni costume. Veramente così fatti consigli de' Principi Christiani fanno tal volta venire S. S. in opinione, che il Signore Iddio doppo l' havere fin con l' esempio del zelo degli Heretici, suoi ribelli, dimostrato indarno ad essi Principi il loro debito, s' apparecchi hormai col mezzo de' medesimi Heretici, fatti già ribelli anco de' Principi, a sforzarli di dichiararsi palesemente una volta*, utrum Deo serviant; *& faccia loro giustamente perdere lo Stato per le medesime vie di dissimulationi, per le quali ingiustamente cercano ora di conservarlo senza Dio. Fuggono i Principi di servire a Dio, temono di confidare* in eo, cujus nomen (4) est Omnipotens: *& la Divina giustitia li conduce a servire a i loro sudditi*, ponere (5) firmamentum suum formidinem, & errare (6) in invio, & non in via. *Hanno voluto mettersi sotto i piedi la Religione & la causa di Dio*, qui (7) caput est omnis Principatus, & potestatis, *& per necessità tutte le cose sono rivolte sottosopra, tanto che, turbato horamai ogni ordine, spento ogni dovere, vanno li Principati miseramente riducendosi a Democratia, o per dire meglio ad una horribile Anarchia: & si dissimula, & si spera* (8) in spem contra spem, *non si volendo per una fede sperare in Dio: nè non pure si tol-*

1 Ps 124. v. 5.
2 Sap cap. 6. num. 7.
3 Luc. cap. 9 num 26.
4 Exod. cap. 15. num. 3.
5 Ps 88. v. 41.
6 Ps 106. v. 40.
7 Ad Colos. cap. 2. num. 10.
8 Ad Rom. cap. 4. num. 18.

tollera ne' sudditi di far conventicole & congiure, ma di tenere intelligentie et pratiche con altri popoli; dove che a i Principi non è quasi lecito, non dirò di castigare i disobedienti & ribelli, ma di trattare l'uno come l'altro, o di praticare leghe, anco contra Infedeli. Piacesse a Dio, che quella lega, la pratica della quale scrivete essere dispiaciuta costì, fosse così facile ad effetuarsi, come non nuoce alle cose di Fiandra, ma giova più tosto; sì per dimostrare ad ogn' uno, che i Papi fanno l'offitio loro, & procurano il benefitio universale della Christianità & sì per dimostrare, particolarmente agli Heretici, che S. S. habbia volta la mira contra il Turco: il che doveranno essi tanto più credere, quanto che per mezzo di coloro medesimi, che costì si dicono essere consiglieri di alcuni gran Principi, potranno essere certificati, che non si è tenuto trattato contra altri. Lascio da parte quello, che ciascuno hà potuto vedere in effetto dell' animo di S. S. contra i Turchi, così a Malta, come in Vngheria. Ma in ogni caso l'haver messa questa pratica di lega dovrebbe giovare, almeno per far ravvedere i Principi Christiani della miseria del Christianesimo; poiche in tanto pericolo, che ci soprasta da sì potente tiranno, non è quasi lecito di pensare a praticargli contra una lega: di che però vi si scriverà poi con altre lettere.

Hora venendo alli mezzi proposti costì per le cose di Fiandra, Armi, Negotio, Presenza del Rè, & Opera de' Ministri. Dell' Armi non si dubita, che non siano necessarie: nè meno si dee dubitare, che quanto maggiore sarà la forza, & quanto più presta la espeditione, tanto più facilmente potria fare l'effetto, & senza sangue, sopravenendo, & soprafacendo li ribelli, & tenendo adietro i vicini.

Del Negotio si giudica, che, come accompagnato da molte forze, & superiori a quelle de' ribelli, habbia poca difficultà; altrimente non sia per far frutto alcuno: perchè nelle ribellioni negotiandosi senz' armi, non si danno leggi, ma si ricevono, si serve, non si commanda; massime essendo stati quei popoli di sua natura sempre facili a tumultuare, & innanti, che venissero sotto la Casa d' Austria, & allhora, & doppo; & essendo che li Signori principali, che girano a lor voglia quei popoli, si ritrovano per il più tanto implicati nei debiti, che, non potendo haver riparo alle cose loro nella quiete publica, si sono ridotti a cercarlo nella confusione & revolutione di tutte le cose. Per la qual cosa, oltra il rispetto de' parentadi, & altri interessi con altri Principi, pare poco ragionevole, che si conducano volontariamente a tale accordo, col quale si levi loro l'autorità, che hanno coi popoli, & il modo di sollevarli di nuovo, quando ciò fosse per tornare loro commodo. Et se nell' ultima partita, che il Rè fece di Fiandra, in tempo, che non v'erano a gran pezzo tante forze & congiure di Heretici, nè i popoli si erano scoperti ribelli, non vollero

in

in alcun modo patire, che vi rimanesse presidio alcuno degli Spagnoli, quanto meno è da credere, che lo vogliano admettere & patire hora, se non forzati con l' arme? Adoperare in ciò un ministro di gran virtù & autorità, non si vede, che possa rimediare a bastanza: essendo che, per rimediare a tali ribellioni, si richiedono bene spesso subite & importanti resolutioni, & con autorità & facultà suprema di gratiare & castigare: il che non può mai ben fare un Ministro, & quando potesse ancora, non gli viene prestato in ogni cosa fede, & molti non gli cedono così volentieri, nè gli consentono facilmente, come a la persona del Rè, &, fra tutte le provincie, questi Stati di Fiandra hanno dimostrato di non voler patire magistrati stranieri; & se ne sono altre volte lasciati intendere troppo chiaramente dal Rè.

Il mandare un Ministro innanti, perchè il Rè segua dipoi, hà le difficultà sopradette; & hà di più, che quanto egli sarà personaggio maggiore, tanto più si crederà difficilmente ne' Paesi Bassi, che il Rè sia per seguire appresso: la quale cosa quando riesca poi falsa, nondimeno l' opinione sola, che fratanto si hà, che il Rè non esca di Spagna, non è per portare se non nocumento, & per accrescer molto l' ardire dei ribelli. Diranno forse, non essere volontà, ma necessità questa, che induce il Rè ad adoperare altri in questo negotio, non potendo S. M. partire così presto di Spagna, per dubio, che mentre egli attendesse ad acquetare la Fiandra, non si movessero costì i medesimi rumori; & anco perchè in absentia sua più difficilmente potria cavare di Spagna li denari necessarii per questa guerra: & che, se non si può così presto mettere in ordine l' essercito, necessario per una tanta impresa, questa con minor rischio della reputatione di S. M. si comincerà a condurre per mano d' altri. Quanto al primo conviene esser certi, che, cadendo la Fiandra, il che Dio non voglia, con la rovina sua tirerà a terra & la Francia & la Spagna; talchè è molto megliore partito opporsi al pericolo maggiore, & con ogni sforzo correre ad estinguere quella fiamma, che, lasciandosi ardere, consumerà anco quello, che più si cerca di conservare.

Le cose di Spagna non sono, per Dio gratia, in tali termini, &, quando fossero, non si hanno da tenere per tanto difficili a sostentarle di lontano col nome & con la reputatione sola di quella impresa, quando si deve tenere per fermo, che con la perdita di Fiandra non passeranno quiete nè sicure le cose di Spagna: anzi il vero & forse unico rimedio d' assicurare la Spagna, & anco le altre provincie, è di fare hora lo supremo & ultimo sforzo di sanare la Fiandra, & con vera prudentia accompagnare, & consentire alla carità Christiana la quale ci essorta, quaerere (1) ovem perditam, relictis nonaginta novem in deserto.

Quanto a' denari: l'impresa è tale, che convien fare tutto quello, che si può. Perchè o si hà da vincere con celerità, o con indegnità perdere affatto. Ma, quando anche fusse necessaria in Spagna la presentia del Rè per la provision de' denari, o per qualche altro rispetto, la principale & estrema necessità in questo punto è, che il Rè venga in persona, per acquetare la Fiandra, anzi per ricuperarla, & per mantenere con essa gli altri suoi regni.

Quanto al l'apparecchio dell' essercito: poichè in tanti mesi non si è potuto mettere in ordine, almeno, finchè quello si prepara, S. M. si approssimi, & venga a Milano, & con la vicinanza aiuti l' apparecchio, & lasci appoggio alli ministri, a' quali ne hà dato il carico.

Al rischio della reputatione: conosce S. S. essere ragionevole, che vi si habbia a pensare assai, perchè con essa principalmente si reggono gli Stati. Ma, quando in sì urgente bisogno, il Rè non si movesse a volere per sè stesso soccorrere alla rovina di tanti suoi Stati, il pericolo di perderla sarebbe molto maggiore; perchè nelle imprese pericolose & importanti, quale è questa, è necessario andar più tosto incontro al pericolo lontano, che aspettarlo vicino: &, chi tosto non si risolve in questo, tosto si pente.

Sua Beatitudine adunque per zelo del beneficio universale, & per scarico della conscientia sua vole, che per nome suo essortiate & preghiate di nuovo S. M. non dico a venire in persona, nè con forze gagliarde a quella impresa [poichè, come voi scrivete, hà determinato di farlo] ma ad imitare l' Imperatore suo Padre, di gloriosa memoria, il quale per cagione di minore importanza, che la presente, ardì, per andare espedito in Fiandra, mettersi a rischio di passare per la Francia stessa disarmato. Tanto stimò necessario il riparare tosto al principio delle ribellioni! Et con questa celerità gli venne fatto di opprimere li tumulti d' allhora.

Ma sopra tutto vole S. S., che voi essortiate & preghiate S. M. a torre a i ribelli le vie & i mezzi da poter eccitare fuoco & rumori contra S. M. Il che farà con levare loro incontinente i Predicatori, con prohibire le conventicole & le radunanze loro, secrete & palesi, & con restituire in ogni luogo il regno Catholico, non si lasciando mai in alcun modo indurre a dissimulare la causa della Religione, se non fusse nel modo, che talhora fanno li Chirurgi, i quali, approssimandosi all' infermo, appostano il luogo del taglio, dissimulando quello, che intendono di fare, per benefitio di esso infermo. Tutti gli altri consigli di tollerare, di aspettar tempo & opportunità migliore, & di rimediare a poco a poco, per probabili & per sicuri in vista che si dimostrino, stimi S. M. in effetto perniciosi; perchè contra simili pesti non si fà mai troppo, nè troppo presto: & stimi insieme, nessun tempo essere più accommodato, per riparare a tanti mali, & per sanare quei paesi da sì

gran

gran peste nella prima gionta di S. M. in Fiandra; non solo per quel principale rispetto, che ci conviene havere alla causa di Dio, ma ancora per ragione politica: conciosiacosachè li prudenti del mondo sono sempre stati di parere, che un Principe, o nella vittoria o in simile occasione, quale è questa, di entrare armato in una sua provincia, non habbia espediente migliore, nè più sicuro, per stabilirsi nel dominio, che subito ricercare & purgare, & levare affatto quello, da che possono rinascere & resuscitarsi delle novità & tumulti. Onde nella presente ribellione, la quale è nata & fondata sù l' heresia, per la medesima ragione di Stato, harrebbono i buoni & prudenti consiglieri del Rè ad essortare S. M. per servitio suo & dei suoi sudditi, di tutta la Christianità & di Dio, con tanta giustitia a pigliare quella resolutione, che tante volte a filiis hujus saeculi, qui prudentiores sunt filiis lucis (1), *è stata presa con crudeltà, & contra i commandamenti di Dio & solo per particolari & ingiusti loro interessi. Et se il Rè si risolve a farlo, come N. S. si promette dalla bontà & prudentia di S. M. si può & si deve sperare ogni felice successo; massime, che veggiamo chiaramente, che la reputatione sola del nome & delle forze di S. M. hà potuto sostenere la presente rovina, & fare, che ciascheduno de' Signori principali di quei Paesi non si sia ancora scoperto con i ribelli. Ma, se si tarda, se* ab increpatione tua, Deus, dormitaverint, qui ascenderunt equos (2), *se si seguono questi consigli, i quali, nutrendo il veleno & la malignità della piaga, alleggeriscono per un poco il dolore; se con dissimulare la causa della Religione, si conserva acceso il fuoco di questo incendio, smorzandone solamente la fiamma, non si hà più da dubitare,* quia prope sit dies tenebrarum & caliginis (3); *nella quale piaccia a Dio, che non havendo alcuni voluto rimediare in tempo al pericolo, con salute universale, siano almeno a tempo di potersene pentire per salute della propria anima, & di conoscere, che queste afflittioni della republica Christiana non vengono solo per un giusto giuditio di Dio, di dare horamai a i Principi Christiani quella pena, la qual merita il poco zelo, che essi dal principio di queste sette hanno mostrato tenere dell' honore di Dio; ma che sono un successo necessario & ben conveniente alla forma, presa nel governo, & tenuta con dissimulatione & interessi & falsi consigli, per li quali* conturbatae sunt gentes & inclinata sunt regna (4).

PA-

1 Luc. cap. 16. num. 8.
2 Psalm. 75. v. 7.
3 Sophon. cap. 1. num. 15.
4 Ps. 45. v. 7.

Pagina huius Voluminis 217. agit Auctor de oratione a Commendono in comitiis VVarszaviensibus habitae: quam hoc loco, quemadmodum ibi polliciti sumus, integram, ex Gratiani mss. adversariis descriptam, exhibemus.

Oratio ad Senatum Equitesque Polonos, habita in castris apud VVarszaviam VIII. Aprilis, anno 1573.

Quae Pontifex Max. in vestra regis eligendi deliberatione, gravissima atque maxima, a Deo precatur, ut vestrae mentes atque sententiae, divino instinctae spiritu, salutem vobis, & huic regno incolumitatem & dignitatem praestent, eadem mandatorum & legationis meae summam esse voluit. Nam, quemadmodum Sua Sanctitas, indictis Romae ad omnia templa publicis supplicationibus, & suis & populi precibus Deum placare non destitit, quo regem vobis concedat, qualem & vestra & universae Christianae Reip. tempora postulant, ita vos hortatur, ut in re tanta, quanta major esse vobis nulla potest, non tam, quid in praesentia ipsi possitis, quam quantum momenti in eo sit, quocunque vestra judicia inclinarint, animo reputetis, atque hac potestate sapienter utamini. Est enim res hujusmodi, ut in unius decreti vi summem aut salutis aut exitii discrimen vertatur.

Quod intelligens Pontifex, sicuti ex ejus literis, quae modo recitatae sunt, audivistis, haud minus, quam Christianae Reip. parentem decet, sollicitus de vestra salute, comitiorum consiliorumque vestrorum exitum expectat. Verum ego velim, ut ex eo templo, unde pias ad Deum pro vobis preces mittit, qua pace, qua tranquillitate interregnum hoc, una vos patriae charitate, & legum reverentia continente, fere peregeritis, intueri posset: bonam profecto spem ex vestra virtute praeciperet. Est enim singularis exempli res, in libero regno rege diu caruisse, & silentibus, regis morte, prope omnibus legibus, omnes tamen ex lege vixisse, & suam cuique voluntatem, suum cuique in patriam studium, pro lege fuisse; ut, in tot nobilium, & maxime militarium, hominum millibus, nullus tumultus, nulla vis, nullae seditionum turbae extiterint, nullus omnino armorum sonitus auditus sit. Quod cum vobis ipsis salutare, et praclaro posteris vestris exemplo fuerit, tum certe apud omnes nationes moderati animi admirationem habebit. Quam ego gloriam & vobis ex animo gratulor, & mihi ipsi, meo quodam jure, gaudeo, cui in his, quae de vestris laudibus deque vestra Rep. praedicare consuevi, tam illustre testimonium dedistis. Quod si, qua pietate orbati rege pacem patriamque servastis, eandem hoc loco, in dicendis sententiis, ferendisque suffragiis, retinueritis, si unam animis Remp. complectemini, si nihil, nisi ex veteri more, & ex majorum

institutis, quibus hactenus res Polona stetit ac floruit, agi patiemini, equidem non modo spem, sed laetitiam delecti concordissime optimi regis jam animo praecipio. Et vero Reip. vestrae formam saepe considerans, admirari soleo sapientiam majorum vestrorum, qui regni & libertatis modum ita temperarunt, ut, inter supremam unius potestatem & dissolutam multitudinis licentiam, tam firmam tuendarum legum, & propagandi Imperii rationem excogitarint. Hanc illi innumerabilem equitum multitudinem, amplissimo diffusam regno, paribus utentem legibus, & aequo inter se jure ita viventem, ut una aliqua ingens videatur esse civitas, quae multas et longe distantes provincias sit complexa, haud alio imperio, regi posse, quam regio, intellexerunt. Cum vero hoc, quemadmodum est omnium praestantissimum, ita sit periculosum publicae libertati, iidem utrunque viderunt, et rege Remp. indigere, &, ne rex gravis communi libertati foret, providendum esse. Cumque magistratus institui in Rep. nullus posset, qui regem potestate anteiret, sacerdotalem ordinem assumpserunt, eumque in specula libertatis et praesidio Reip. collocarunt, nullumque sine eo publicum consilium esse voluerunt. Cum enim Episcopi constituti in populis sint, tanquam nuncii et interpretes Dei, ad eorum dignitatem, per se maximam, adjecere humanas opes honoresque in Rep. amplissimos, quibus communiti et regem in officio haberent, parentumque majestatem apud eum obtinerent, atque inde custodes ac vindices publicae libertatis existerent. Quod saepe factum esse rerum vestrarum scriptores memoriae prodiderunt, ut efferentem se regum licentiam saluberrima Episcoporum auctoritas coercuerit. Quamobrem, cum ita Resp. sit constituta, ut fundamenta libertatis in religionis et Ecclesiastici ordinis dignitate collocaverit, nemo, ut arbitror, dubitat, quin necessarium sit, ad statum Reip. conservandum, ut regem, avitae et Catholicae pietatis cultorem, habeatis, ne, si spreta fuerit aut etiam ejecta Ecclesiastica auctoritas, tanquam evulsis iis radicibus, quibus primum fixa et confirmata est, salus et libertas vestra evertatur et concidat. Cujus rei exempla utinam nulla haberetis! quae nimis jam multa ad cavendum vobis horum temporum pravitas praebuit. Sed profecto videmus, in quibus provinciis par ratio tuendae libertatis instituta erat, in iis, sublatis per eorum dominatum, qui a Catholica religione desciverunt, Episcopis, non solum libertatem oppressam, sed etiam Nobilitatem extinctam esse, et omnia sub unius arbitrium voluntatemque redacta. Id ne vobis accidat, vestrae in primis prudentiae, vestrae in patriam pietatis est providere; ut regnum hoc nobilissimum, quod semper propugnaculum habitum est Christianae Reip. iisdem rationibus conservetis, quibus initio stabilitum esse intelligitis. Id enim id, fortissimi equites, est firmamentum vestrae libertatis, quod qui comminutum et labefactatum cupiunt, nae illi non sentiunt, eodem tempore concuti totam ac dissolvi Rempublicam. Multa vos quidem et magna a Deo

beneficia habetis, qui regnum vestrum a Baltico mari ad Euxinum, ab Odera flumine, per immensa regionum spatia, Borysthenem ultra, propagatum, tantis rerum opportunitatibus auxit. Sed pulcherrimum illud est, quod eligendi regis facultatem vobis singulariter tribuit, ut regem habeatis non eum, quem fors ex certa haereditatis lege dederit, sed quem vos ipsi dignum, a quo regamini, judicaveritis. Quo profecto, in rebus humanis, nihil videtur esse praestantius. At non hoc solum munus, dignitatis & amplitudinis plenum, vobis elargitus est Deus, sed munus ipsum suum novo & nobiliore munere cumulavit; cum id, non humanis viribus aut opibus [quanquam ne his quidem vos non abunde instructos esse voluit] sed, bonorum omnium maximo & praestantissimo, Catholica religione fundavit. In qua utinam omnes consentientes essetis! neque haec novitas & varietas opinionum, quibus scinditur Christiana Resp. in Poloniam unquam pervasisset, & in hanc gentem, quae, suis conjuncta & consentiens legibus, praesidio esse Christiano nomini potest, hoc malum invectum esset, quo aegrotare vestram Remp. & ipsi sensitis, qui, proximo VVarszaviensi conventu, ei mederi cupivistis (1). Qua in cupiditate sanandi vestra incommoda, sicut ego nemini concedo, qui id vere & ex animo cupiat, ita, cum saepe hac ipsa de re mecum, pro summo meo in vos studio, cogitaverim, duo, praeter caetera, sunt in hac, vobis inita, curandi ratione, quae satis intelligere mihi non videor: alterum, si dissidium in Rep. ex varietate istarum opinionum de religione ortum habet, quonam modo, confirmandis omnibus sectis, aliisque insuper asciscendis, has sedari posse contentiones putent, qui in hujus consilii sententiam iverunt? alterum, quo item modo is, quicunque suam veram religionem, pravas omnes aliorum, ab se dissidentium, credit [nam plus una vera esse non potest], eam ipsam, cui se uni applicuit, & quam unam pro vera approbat colitque, infici & confundi tanta haeresum (2) & errorum turba, sine piaculo, & sine gravi conscientiae morsu, pati queat? Pax, concordia, foedus, grata sunt & jucunda omnium auribus nomina, ut, iis qui resistat, aut ullam omnino moram afferat, is non patriae cupidus, non Reip. amator esse videatur. Et vere, si nominibus res ipsa subsit, si ei paci, ei foederi consulatur, quo vera pax tranquillitasque creetur Reipublicae, non, quo effracta religionis janua, regnum hoc omnibus, quaecunque in quamvis longinqua & aliena terra excogitantur & quotidie conflantur, pravarum opinionum monstris aperiatur & pateat; quo inveniatis requiem

1 Qui hanc primus Commendoni orationem edendam suscepit, ubi ad hunc locum devenit, continuo epilogum, mediis praeteritis, adtexuit, ita interfatus: „ Hic de „ una religione longum admodum disseruit „ & facunde; quam felix Resp. futura, „ si vera ei contingat religio, quam infirma „ & ad casum properans, si adulterata & „ varia. Longum foret recitare totam Legati orationem, quam prolixius perorabat. Solum subjiciam epilogum „

2 Autographum praefert *haeresium*.

quiem animabus vestris [1] *non, quo in turbine & tempestate, veluti* per fluctus feri maris despumantis suas confusiones [2], circunferamini omni vento doctrinae [3]; *quo dissensionum faces restinguantur, non, quo, omnium permissa licentia religionum, tanquam incendii materia comparetur, & novarum rerum cupidis tum animus & audacia, tum etiam moliendi facultas addatur, iisque instrumenta seditionum, ipsa pene praebente Republica, prompta semper & parata sint. Visu evenisse videmus in aliis Christianae Reip. provinciis, ut haec, expetita multis, licentiae remedia, non secus, quam si ad extinguendum ignem pro aqua oleum infusum sit, ingentes continuo flammas dederint, atque inde omnia funestis bellis discordiisque miscuerint. Duo maxime mala, ut scitis, viri amplissimi, infesta sunt & mortifera Rebuspublicis, tyrannis & licentia. Atque licentia quidem, quanto est singulis jucundior, tanto est periculosior universis; quippe cui plurimorum inest tyrannis. Sed, si etiam religionis & Sacrorum sit, illico legum, illico magistratus, & omnis Imperii jus cadere & conturbari, & confundi omnia, necesse est. Cum enim insit omnium animis erga Deum religio, ejusque causam cuncti ad se pertinere putent, ea attingi & contrectari non potest, quin simul animi omnium commoveantur, atque inde violentissimi & turbulentissimi motus existant, quibus evertuntur ipsae Respublicae, non solum religio solvitur. Cum religionem dico, volo, ut, quae cuique vera videtur, ex aequo dicere me nunc quidem existimetis. Nam novis, & a Catholicae religionis sanctitate alienis, ista maxime nocet licentia. Sunt enim illae ejus generis, quae, ut ait Apostolus* [4] *se* invicem mordent & comedunt, & ab invicem consumuntur; *ut & ad veritatis cultores, & ad novarum opinionum approbatores pertineat, hanc cohiberi & reprimi licentiam, qua reserata, Christiana fides omnium sive cupiditati sive ambitioni sive errori distrahenda & dilanianda praebetur; & inconsutilis illa Jesu Christi tunica, quam ne ipsi quidem ejus interfectores sciderant, scinditur illorum vocibus, qui dicunt,* Date [5] nobis dimidiam partem, & dimidiam partem aliis. *Veniat vobis in mentem nobilis illius judicii Salomonis, clarissimi regis, qui, ambigentibus apud se de filio duabus matribus, eam injuriae & improbitatis damnavit, quae dividi ac dispertiri puerum postulabat; ei restitui jussit, quae, ut integer & incolumis servaretur, regem obtestabatur. Exquirat nunc & excutiat unusquisque animum & conscientiam suam; sit quisque Salomon sibi, & ex illius viri ratione, qui divino testimonio sapientissimus est habitus, de se ipso judicium ferat.* Nisi [6] enim nosmetipsos dijudicaverimus, ecce [7], plusquam Salomon, hic, qui judicat omnes, Deus, de

1 Matth. cap XI. num. 29.
2 Judae num. 13.
3 Ad Ephes. cap. 4. num. 14.
4 Ad Galat. cap. 5. num. 15.
5 Reg. III cap. 3. num 25.
6 I. ad Cor. cap. 11. num. 31.
7 Matth cap. 12. num. 42. & Luc. cap. 11. num. 31.

de cujus (1) manu nemo nos potest eruere. *Eligat quisque; utrius animi imitator esse malit, an, ex falsae & adulterinae matris optato, Christianam fidem discindi & disperdi patiatur, an, verae & piae matris exemplo inviolatam atque integram servari velit.* Nimirum commota (2) sunt super puero viscera ejus. *Atque utinam pari nunc pietate commoveantur viscera vestra super puero*, quem dedit nobis Deus (3), filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, & nos adoptionem filiorum acciperemus: *neque, spe falsa decepti, pacis verae datorem, per quem & Deo reconciliati sumus, dividendum lacerandumque praebeamus!* Omnis Spiritus, *inquit Joannes* (4), qui solvit Jesum, ex Deo non est. *Nunquid* divisus (5) est Christus? Vnus (6) est Deus, una est fides: *ut, qui plures approbet ac sciscat, is omnes contemnere videatur, is Christum dividat, is Jesum solvat. Quae cum ita sint, spero vos salubriora his malis remedia quaesituros, quae certe in eo inventuri non estis, quo Dei maiestas & numen violetur, & quo divinarum rerum jus ad hominum studia rationesque accommodetur.* Neque *enim religio humana res est, ut hominum judiciis subjici debeat.* Sectarum *ista licentia est novarumque disciplinarum, quarum cum principes & architecti sint homines, hominum voluntate mutari & variari possunt. At Catholicae pietatis fides divinitus tradita est, quam, non ut illi, qui suas rationes, quasi filias, ab se procreatas, in potestate habent, ad nostrum arbitrium revocare, sed ut matrem, quae nos alit atque educat,* Deo, *colere & venerari debemus, eamque normam, ad quam vitam omnem actusque nostros dirigamus, habere perpetuam & immutabilem; non eam facere, Lesbiam illam regulam, quam ad omnes cupiditatis nostrae angulos flectamus ac detorqueamus. Ejus nos jussis parere atque obedire convenit, non eam nostris obligare aut laxare decretis.* Non *enim immutata & violata, sed integra atque incorrupta, salutem & pacem animis rebusque affert. Hac vos ut ratione utamini, &, ne quid, quod supra hominem sit, potestatis vestrae faciatis, pro vestra prudentia videte. Sat opinionum, sat perturbationum illatum, sat gravis est Reip. vestrae hic multorum privatim discessus a veteri pietatis ratione. Quod si huic infelicitati publica etiam accesserit illa auctoritas, pro summo irati Dei argumento accipite; a quo, quae populorum peccatis justae constitutae sunt poenae, eas saepe remoratur illius misericordia tandiu, donec aut nemo expers criminum sit, aut communi aliquo facinore ipsa obligetur Resp. Tum enim praesens est sine retardatione animadversio, quae* declinantes (7) in obligationes adducit cum operantibus iniquitatem, ut (8) justificetur Deus in sermonibus suis, & vincat, cum judicatur. *Meum*

ani-

1 Job. cap. 10. num. 7.
2 Reg. III. cap. 3. num. 26.
3 Ad Galat. cap. 4. num. 4.
4 Epist. I. cap. 4. num. 3.
5 I. ad Cor. cap. 1. num. 13.
6 Ad Ephes. cap. 4. num. 5.
7 Psalm. 124. vers. 5.
8 Psalm. 50. vers. 6.

animum erga vos Remque hanc publicam, viri amplissimi, multis vestrum perspectum esse existimo. Sed in re, quae ad cultum honoremque Dei & salutem vestram pertinet, ipsum, qui dicentis animum intuetur, Deum testor, me haec ex summa salutis & incolumitatis vestrae cupiditate dicere, Deum precatus, ut vera locutum me, bonis vestris rebus potius, quam conversis, intelligatis. De Christianae religionis jussis, fideque ea, quam majores vestri, sanctissime cultam, vobis tradiderunt, etiam atque etiam videte, ne quid vos publice jam immutetis. Optate, ut vobis bona, atque eadem omnibus mens sit. Si quos procella horum temporum abripuerit, eorum noxae ad Rempublicam ne pertineant. At vero his consiliis, quibus privatorum studiis Resp. involvitur, per incolumitatem vestram, equites, abstinete. Cavete, ne speciosa vos, & vacua rebus, nomina libertatis & concordiae religionum decipiant. Cogitate, nequicquam conatum suscipi jungendi verbis, quae dissident rebus. Non ego vos moneo, sed Dominus, non mea sunt, sed Jesu Christi verba (1) „ Nemo commissuram a vestimento novo immittit in vestimentum vetus: alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commissura a novo; *sed pejor scissura fit. Video, vos incommodis Reip. commoveri, cupere his dissidiis modum invenire. Sed, nimis provecti studiis, remedia ipso morbo graviora exquiritis, venenum pro medicina paratis. Haud levi morbo affectam Remp. esse & vos praedicare soletis, & res ipsa ostendit. Eum depellere subito morbum sicuti humanae opis non est, ita, de illius curatione desperare vos, minime convenit, ut, quasi destituto ab omni spe aegro, ciborum & rerum omnium licentiam indulgeatis. Nam id quidem esset praecipitem ad mortem impellere. Si aeque jam morbum & medicinam non ferre videtur, eam medendi rationem tenete, ut victu salubri & moderato sustentetur, & contineatur ab iis rebus, quarum maxime novitas depravatum ejus sensum atque appetitum commovet. Si enim nulla intemperantia vis morbi aucta sit, fieri persaepe videmus, ut ipsa se natura, diligens conservatrix sui, suscitet ac recreet, & omnem morbi vim superet; praesertim ubi validum ac bene constitutum corpus nacta fuerit. Quod sperari in hac Rep. posse, ingeniorum & naturae vestrae vis & probitas non obscure significat.*

Nimirum verecundia legum pulsat intus animos vestros, quarum ut vim non timeatis, majestatem certe veremini. Atque hic, equites, honor, quem, nullo subacti metu, vestra voluntate tribuitis legibus, ad hanc diem saluti Reip. vestrae fuit. Quemadmodum enim pater auctoritate, non poena, filiorum juvenilem licentiam coercet, ita vos legum non tam vis, quam majestas, continuit defenditque hactenus, atque obstitit, ne qui motus in republica exorirentur. Eadem vitalem

1 Luc. cap. 5. num. 36.

vim & naturale robur huius Reip. alit fovetque, ut expectare possit, dum implorantibus, quod assidue faciendum est, irae veniam, misericordiam impartiatur Deus. Miserationes [1] enim Domini super omnia opera ejus. *Quod sentiens communis hostis humani generis, & suo furori vestram integritatem & modestiam, tanquam murum objectum, cernens, quo regnum hoc ab intestinis tumultibus, & ab illis seditionum incendiis, quibus multas provincias Christianae Reip. pervastavit, intactum ad hoc tempus stetit, id agit, id molitur, quo, sublato legum respectu, & veluti eo dejecto probitatis & modestiae muro, omnes omnium haeresum sectae intromittantur, exaequentur, & lege etiam sanciantur; atque illa omnis patrii juris reverentia pudorque solvatur, qui, ad hunc diem, impetum incidentis exitii maxime sustinuit, omnisque antiqui moris disciplina, qua partum & constitutum hoc Imperium habetis, immutetur & corruat; ac vos eandem vobismetipsis fraudem struatis, qua Samson* [2] *Philisthaeos hostes magna olim clade affecit,* qui caudas vulpium cum junxisset ad caudas, faces ligavit in medio, & igne succendens dimisit, ut huc illucque discurrerent, *unde concremata est terra Philisthiim. Quid enim est aliud sectarum varietatem, per speciem civilis concordiae, coagmentare & componere velle, quam nectere* [3] *vulpium caudas, quo, aversis capitibus, gravius inter se asperiusque diffideant & confligentur? Quid vero hanc sectis omnibus licentiam audaciamque addere, nisi faces, ad incendendam Remp. discurrentium vulpium agmini alligare? Ratio finiendarum discordiarum, pacemque tum singulorum animis conscientiisque, tum universae Reip. conciliandi, ex ipsis haurienda est sacrarum litterarum documentis. Cum enim, ut est in Deuteronomio* [4] difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris, inter causam & causam, lepram & non lepram, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus. *Quod in novo quoque testamento nos Spiritus Sanctus docuit* [5], *cum,* facta *Antiochiae* seditione non minima, *Paulum & Barnabam,* super ea questione, ascendere *Hierosolymam voluit. Hanc nos legem praescriptionemque Dei si sequeremur, ad hanc si nostros sensus dirigeremus,* in [6] captivitatem redigentes intellectum, in obsequium Christi, *nunquam incerti animis vagaremur,* errantes [7] in invio, *& non in via, sed* inhabitaremus [8] unius moris in domo, solliciti [9] servare unitatem spiritus, idipsum [10] sapere, fidem [11] tenere, *non* praevaricari in adinventionibus [12] nostris,

1 Psalm 144. vers. 9.
2 Judic cap. 15 n. 4.
3 In autographo *nectare*.
4 Cap. 17 num 8.
5 Act. Apost cap 15. num. 2.
6 II ad Corinth cap. 10. num. 5.
7 Psal m. 106. vers. 40.
8 Psalm. 67 vers. 7.
9 Ad Ephes. cap. 4. num. 3.
10 Ad Rom. cap. 15. num. 5.
11 Ad Hebr. cap 10. num. 23.
12 Psalm. 80. vers. 13. & Psalm. 105. vers. 39.

ftris, *non* transgredi (1) fines antiquos, *non* transferri (2) in aliud Evangelium, quod non est aliud, *non* claudicare (3) in duas partes, *non* indui (4) veste, quae ex duobus contexta sit, *qua interdixit populo Deus, ut intelligeret, uno sensu se, una & simplici religionis fide, colendum esse. Sive enim id agitur, ut licentiae omnium haeresum habenae permittantur, sive ut in unius alicujus nomine reliquae delitescant, perinde conculcatur filius Dei, & sanguis testamenti polluitur, perinde res perturbantur. Quoniam aut omnes sectas pari jure esse necesse est, aut aliam ab alia exagitari, evinci, expelli. Sic enim Isaias* (5) *ad eos loquens, qui dicebant* Percussimus foedus, & *quae sequuntur*, Coangustatum est, *inquit*, stratum, ut alter decidat; & pallium breve utrunque operire non potest. *Sed ne alter quidem alterum feret. Qui enim poterit, cui aliqua tangat animum religio, aut aliorum haereses, quas improbas & pestiferas putat, suae disciplinae pallio obtectas, diu fovere, aut suam ipse ementiri sectam, fidemque alterius rationi ac nomini obnoxiam ducere? Non haec in Christianum animum cadit pietatis negligentia. Nam fidem tum rite atque pie colere, tum non simulate prae se ferre, Christianum est. Quod si hebetentur conscientiae stimuli, ut dent* requiem (6) animabus suis, & *dicant* jam (7) non est Propheta, & nos non cognoscet amplius: *quid est aliud, quod expectetis, nisi ut, contra quam praecepit in Levitico* (8) *Deus*, serentes agrum *vestrum* diverso semine, in (9) bove & asino, *in dissimilium religionum jugo* aretis (10) *vobis* impietatem, & dicat (11) insipiens, Non est Deus, *sintque dies nostri* dies (12) blasphemiae, *super quam* reveletur (13) ira Dei? Curabant, *inquit Jeremias* (14), contritionem filiae populi mei cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescivirunt. Quamobrem cadent inter ruentes: in die (15) visitationis suae ruent (16), dicit Dominus. Haec dicit Dominus: State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, & ambulate in ea: & invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt: Non ambulabimus. Et constitui super eos (17) speculatores. Et (18) dixi: Audite vocem tubae. Et dixerunt: Non audiemus. Ideo audite, gentes, cognosce (19), congre-

ga-

1 Proverb cap. 22. num. 28.
2 Ad Gal. cap. 1. num. 6.
3 Reg. III. cap. 18 num. 21.
4 Levit. cap. 19. num. 19.
5 Cap. 28. num. 20.
6 Matth. cap. 11. num. 29.
7 Psalm. 73 v. 9.
8 Cap 19 num. 19.
9 Deuter. cap 22. num. 11.
10 Oseae cap. 10. num. 13.
11 Psalm. 13. v. 1.
12 Reg. IV. cap. 19. num. 3.
13 Ad Rom cap. 1. num. 18.
14 Cap. 6 num. 14.
15 Vulg. *tempore*.
16 Vulg. *corruent*.
17 Vulg. *vos*.
18 In vulg omitt. *Et dixi*.
19 Vulg. & *cogn.*

gatio, quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce adducam (1) mala super populum istum, fructum cogitationum ejus. *Verum haec pluribus essent verbis disserenda, sed in praesentia id tantum dicam, me salutis vestrae causa saepe ex intimis animis orare Dominum nostrum Jesum Christum*, qui (2) est pax nostra, qui facit utraque unum, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, *ut dissentientes* reconciliet, in uno corpore, Deo, & occurramus (3) omnes in unitate fidei & agnitionis filii Dei, & per (4) ipsum habeamus accessum in uno spiritu ad patrem. *Vos modo singulare hoc Dei ipsius beneficium agnoscite, qui Remp. vestram in Catholicae religionis fide ita fixit, ut nemo tam alienus ab ea inveniri possit, quin fateatur, nemo patriae amans, quin donum hoc divinae benignitatis complectatur, & salvum velit. Data igitur a Deo facultate, Deo auctore utamini, & libertatem, sanctissime & firmissime a majoribus stabilitam, iisdem vestigiis transmittite posteris vestris, & concordibus animis studiisque decernite regem eum, qui maxime Reip. utilis sit futurus, qui vestro beneficio ad vestram salutem utatur, qui, cum a vobis creatus, & tanquam genitus, rex fuerit, evadat ipse patriae & vestrum omnium pater, amator Reip. conservator legum, idem erga Deum pius, fortis adversum hostes, in gubernandis gerendisque rebus prudentiam, in jure dicendo justitiam diligentiamque adhibeat, in domestica consuetudine humanitatem, in omni publica actione dignitatem majestatemque retineat; nec ipse voluptatibus occupetur, nec juventutem languescere ocio patiatur, sed exemplo & praemiis ad pristinam bellicae disciplinae laudem excitet. Sit regia domus tanquam templum pudoris, modestiae, religionis, ut liberi vestri, quos in regis ministerium traditis, ex ea veluti schola virtutum, digni parentum honoribus evadant. Haud ego sum nescius, regem, his praeditum ornamentis, oratione effingi facilius, quam inveniri. Verum neque defuturus vobis est quaerentibus, &, ut talem habeatis, multum in vobis ipsis positum est, non solum deligendo illo, sed etiam instituendo. Quem enim non optimum regem efficietis, si, quot estis senatores, tot monitores esse volueritis? si regis salutem, quam gratiam, malueritis; si publica commoda privatis utilitatibus antetuleritis; si denique hoc propositum habebitis, diligentissimeque operam dabitis, ut & vos, ex legum praescripto, regis imperio obedientes sitis, & rex ita obsequio utatur vestro, ut se liberis & volentibus imperare intelligat. Hoc enim modo & res Polona augebitur, & libertas vestra integra conservabitur, nec dominatu offensa, nec corrupta licentia, quae plerunque, falso libertatis nomine, exitiosam servitutem concipit ac parit. Ad hunc statum rerum vestrarum tuendum communiendumqne vos Pontifex hortatur, atque ad eam rem mihi manda-*

1 Vulg. *ego adduram*.
2 Ad Ephes. cap. 2. num. 14 & 16.
3 Ad Ephes. cap. 4. num. 13.
4 Ib. cap. 2. num. 18.

davit, ut & in presentia vobis, &, paulo post, simul vobis, simul regi vestro summum paterni animi studium pollicear ac deferam, ut omnia vos, quae non solum conservando, sed etiam ornando atque augendo huic regno sint, haud aliter ab se, quam ab optimo patre, postulare atque expectare velit. Tum, sicuti vobiscum egit de rege, ex usu reque vestra eligendo, vobisque auctor fuit, nihil a majorum consuetudine rationibusque discedendi, ita regem, quem elegeritis, verbis suis admonere me voluit, ut, memor accepti a vobis regni, parem vobis gratiam referre studeat, nihilque sibi aut ad fidem praeclarius, aut ad charitatem optatius, aut ad stabilitatem firmius, aut ad nominis sui commendationem amplius ducat, quam ut hanc Remp. hoc libertatis jus sartum tectum retineat ac defendat. Me vero ipsum hic commodis & utilitatibus vestris, quantum opera atque studio meo effici possit, diligenter sua Sanctitas inservire jussit. In quo quidem si quantum voluntatis atque animi, tantundem facultatis esset de vobis merendi, etsi amori & pietati erga vos meae nunquam satisfacturus essem, vobis certe ipsis satisfacerem. Haec sunt de regno, de vobis, de novo rege S. D. N. mandata, haec vota parentis Reip. Haec ut consequi possitis, suis ille vos precibus Deo commendat, id maxime orans, ut actionem hanc, in qua vestra omnium salus vertitur, suo Sancto Spiritu regat, ut his comitiis eum regem, consentientibus studiis, renuncietis, sub quo florentissimi beatissimique vivatis.

INDEX

IN AVCTORIS CONTEXTVM.

A

B

Car-

Com-

D

E

F

G

Gre-

His-

Ju-

L

M

Mae-

N

O

Pruf-

R

S

Sa-

TA-

T

Tri-

Z

INDEX

IN ADNOTATIONES.

* * * *
* * * *

C

Ci-

D

E

F

G

dum

H

I

K

L

Lon-

M

N

O

Or-

P

Q

R

Re-

S

T

The-

V

X

Z